S. Thomas
de Aquino.

Questiones
de quodlibet.

Petrus
Mamoris.

Flagellum
malignorum.

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

03089

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nº 89

Este libro es de Rodrigo de vadillo arte de osma

Rodrigo de vadillo
arte de osma

2-13-9-6

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

3-4-36.

I
00089

618497913 (1)
618498073 (2)

Cs. Del siglo 15. y puede ser de los años desde 70. hasta 80.

Tomás

Questiones de quodlibet sancti Thome de aquino:

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CSIC.USAL.ES

Primum

Questiones de quodlibet sancti Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum incipiunt feliciter.

Articulus primus

Quesitum est de deo angelo et homine. De deo quesitum est et quantum ad diuinam naturam ⁊ quantum ad naturam humanam assumptam. Quantum ad diuinam naturam quesitum est. Utrū beatus Benedictus in visione qua vidit totum mundum diuinam essentiam viderit. Et ostendebatur ꝙ sic. Dicit enim Gregorius de hac visione loquens. Anime videnti deum angusta fit omnis creatura. Sed videre deum est videre diuinam essentiā. ergo beatus Benedictus vidit diuinam essentiam. Preterea ibidem subdit Gregorius. ꝙ totum mundum vidit in diuino lumine. Sed non est aliud lumen vel claritas dei ꝙ ipse deus vt idem Gregorius dicit. et habetur in glo. Exo. 33. super illud. Non videbit me homo et viuet. ergo beatus Benedictus vidit deum per essentiam. Sed contra est quod dicitur Johannis. 1. Nemo deum vidit vnq̄. vbi dicit glosa. ꝙ nullus in mortali carne viuens dei essentiam videre potest.

Rō. dicendum ꝙ corpus corruptibile aggrauat animam vt dicitur Sapientie. 9. Summa autem eleuatio mentis humane est vt ad diuinam essentiam videndam pertingat. vnde impossibile est vt mens humana dei essentiam videat. vt Augustinus dicit. 12. super Geñ. ad litteram. Nisi huic vite mortali funditus homo intereat. vel sic alienetur a sensibus vt nesciat vtrum sit in corpore an extra corpus. sicut de Paulo legitur. 2. ad Corinthe. 12. beatus autem Benedictus quando illam visionem vidit nec huic vite funditus mortuus erat. nec a corporeis sensibus alienatus. quod patet per hoc ꝙ dum adhuc in eadem visione persisteret alium ad idem videndum aduocauit vt Gregorius refert vnde manifestum est ꝙ dei essentiam non vidit. Ad primus

ergo dicendum ꝙ Gregorius ex quadam proportione argumentari intendit in verbis illis. Si enim videntes dei essentiam in eius comparatione totam creaturam reputant paruum quid ad videndum non est mirum si beatus Benedictus per lumen diuinum aliud amplius videre potuit ꝙ homines communiter videant. Ad secundum dicendum ꝙ lumen dei quandoq; dicitur ipse deus. quandoq; vero aliud lumen derivatum ab ipso secundum illud ps. In lumine tuo videbimus lumen. hic autem accipitur pro lumine derivato a deo.

DEinde querebantur duo circa humanam naturam in xpo Primo vtrum fuerit in xpo vna filiatio qua refertur ad patrem et ad matrem: an due. Secundo de morte eius vtrum in cruce mortuus fuerit.

Articulus secundus

AD primum sic procedebatur. Videtur ꝙ in xpo sint due filiationes. Multiplicata enim causa relationum multiplicantur relationes. Generatio autem est causa filiationis. Cuius ergo alia sit generatio qua Christus natus est eternaliter a patre. alia qua natus temporaliter a matre. erit etiam alia filiatio qua refertur ad patrem: & alia qua refertur ad matrem. Preterea quod recipit ex tempore aliud absolutum absq; sui mutatione: multo magis absq; sui mutatione potest recipere temporaliter aliꝙ proprietatem relatiuam. Sed filius dei ex tempore recipit aliquid absolutum absq; sui mutatione quia super illud Luce primo. Magnus erit: & filius altissimi vocabitur. dicit Ambrosius. Non ideo erit magnus: ꝙ ante partum virginis magnus non fuerit sed quia potentiam quam dei filius naturaliter habet homo erat ex tempore accepturus. ergo multo magis ex tempore potuit accipere filius dei absq; sui mutatione nouam filiationem vt sic ei conueniant due filiationes. vna eterna alia temporalis. Sed contra. A quo aliquid habet ꝙ sit tale ab eius vnitate habet ꝙ sit vnum tale. Sed filiatione aliquis habet ꝙ sit filius. ergo vna filiatione est vnus filius. Sed Cristus est vnus filius et non duo. ergo in Cristo non sunt due filiationes sed vna tantum. Respondeo dicendum ꝙ relationes differunt in hoc ab omnibus aliis rerum generibus. quia ea que sunt aliorum generum ex ipsa ratione sui generis habent ꝙ sint res nature sicut quantitates ex ratione quantitatis:

et qualitates ex ratione qualitatis. Sed relationes non habent ꝙ sint res nature ex ratione respectus ad alterum. Inueniuntur enim quidam respectus qui non sunt reales sed rationales tantum. sicut scibile refertur ad sciencia; non aliqua reali relationi in scibili existente sed potius qz sciencia refertur ad ipsum scdm Philo. 5o metha. Sed relatio habet ꝙ sit res nature ex sua causa per quã vna res naturalem ordinem habet ad alteram. qui quidem ordo naturalis & realis ẽ ipsis ipa relatio. vnde dextrum & sinistrum in animali sunt relationes reales. qz consequitur qualdam naturales virtutes. In colũna autem sunt respectus rationis tantum secundum ordinẽ animalis ad ipsum. ex eodem autem habet aliquid ꝙ sit ens & ꝙ sit vnum. & ideo contingit ꝙ est vna relatio tantum. propter vnitatem cause. sicut patet de equalitate. propter vnam enim quantitatem est in vno corpore vna equalitas tantum quãuis sint respectus plures secundum quos diuersis corporibus dicitur esse equale. Si autem secundum omnes illos respectus multiplicarentur realiter relationes in vno corpore sequeretur ꝙ in vno essent accidentia infinita vel indeterminata. & similiter magister est vna relatiõe magister omniũ quos idem docet quãuis sint multi respectus. sic etiam est vnus homo secundum vnam realem filiationem est filius patris sui & matris sue. qz vna natiuitate vnam naturam ab vtroq; accepit. Sequẽdo g° hãc ratiõem videtur dicẽdũ ꝙ alia sit filiatio realis in xpo qua refert ad patrẽ. & alia qua refert ad matrẽ qz alia generatiõe nascit ab vtroq;. & alia ẽ natura quã habet a patre. & alia quã habet a matre. sed alia ratio informat pactum. Hoc enim est vniuersaliter tenẽdum ꝙ nulla relatio dei ad creaturam realiter in deo existit sed est respectus rationis tantum. qz deus est supra omnem ordinem creature & mensura omnis creature a qua dependet omnis creatura & nõ econuerso multo magis ꝙ hoc conueniant scibili respectu sciencie in quo propter has causas non est relatio realis ad sciencia;

Est autem considerandum ꝙ subiectum filiationis non ẽ natura vel nature pars aliqua. Non enim dicimus ꝙ humanitas sit filia. vel caput. aut oculus. In xpo autem non ponimus nisi vnum suppositum & vnam ypostasim sicut & vnam personam quod est suppositum eternum in quo nulla relatio realis ad creaturam esse potest. vt iam dictum est. vnde relin

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

quitur ꝙ filiatio qua xp̄us refertur ad matrem est respectus rationis tantum. nec propter hoc sequitur ꝙ non sit realiter filius virginis. sicut enim deus realiter est dominus propter realem potenciam qua ꝯtinet creaturaꝫ sic realiter est filiꝰ v̄ginis propter realem naturam quā accepit a matre. Si autem essent in xp̄o plura supposita oporteret ponere ī xp̄o duas filiationes sed hoc reputo erroneum ⁊ in ꝯsiliis reperitur damnatum. vnde dico ꝙ in cristo est vna relatio realis tantū qua refertur ad patrem. Ad primū ergo dicēdū ꝙ nō negamꝰ non esse in cristo realem filiationeꝫ qua refertur ad matrē qꝛ causa relationis deficiat. sed qꝛ deficit subiectum talis relationis cuꝫ nō sit in cristo aliqđ suppositu ꝫ creatuꝫ vel ypostasis

Ad 2ᵐ dicendum ꝙ eo mō quo ille homo accepit ex tempore dei potentiam eo mō accepit filiationem eternaꝫ inquātum scꝫ factum est vt vna esset persona dei et hoīs vt Amb. ibidem subdit. Hoc aūt non ē factum per aliud realiter absolutum vel relatiuum tēporaliter inherens filio dei. sed per solam vnionem q̄ realiter existit in natura creata. non aūt ē realiter in ipsa persona assumente. Qꝛ v̄o in contrariuꝫ obicitur necessitatem non habet. Dicitur enim aliquādo vnus qualis propter vnitatem substancialem subiecti licet sint multe qualitates. vt color ⁊ sapor in pomo.

Articulus tercius

AD secunduꝫ sic procedebatur. Uidetur ꝙ xp̄us in cruce mortuus non fuerit. Si enim fuit mortuus aut hoc fuit qꝛ ipse aīaꝫ a corpore separauit: aut propter vulnera. Sꝫ nō pᵒ mō. Sic enī sequeretur ꝙ iudei christū nō occidissent sed ꝙ ipse sui ipsius fuisset homicida qđ ē inconueniens. Et similiter nec 2ᵒ mō qꝛ mors q̄ accidit propter vulnera prouenit hoīe ad summā debilitatē proueniēte qđ in cristo nō fuit qꝛ clamans expirauit. gᵒ cristus in cruce nullo mō mortuus fuit. Preterea natura humana nō fuit in cristo debilior q̄ in aliis hoībus. Sꝫ nullus alius hō taꝫ cito moreretur propter vulnera manuū ⁊ peduꝫ. Uulnus aūt lateris fuit ei inflictuꝫ post mortē cristi. gᵒ in cruce mortuꝰ nō fuit cuꝫ nulla cā mortis eius esse videatur. Sꝫ ꝯtra ē qđ dicit Jo. 19. Qꝛ cristus in cruce pendens inclinato capite tradidit spiritum. mors autē est per separationē anime a corpore. gᵒ xp̄s ī cruce mortuus

fuit. Rᵒ dicendum ꝙ absqꝫ omni dubio confitendum est cristum in cruce vere mortuum fuisse. Sed ad videnduꝫ causam mortis eius considerandum est ꝙ cum cristus fuit verus deus ⁊ homo eius potestati suberat quicquid pertinet ad humanam naturam in cristo. qđ in aliis puris hominibus nō contingit. Uoluntati enim eoꝝ non subiacent que naturalia sunt. Unde hec causa assignatur quare anima cristi simul paciebatur ⁊ fruebatur qꝛ scꝫ eo volente hoc factum est vt non fieret redundancia a superioribus viribꝰ in inferiores nec impedirentur superiores virtutes a suo actu propter passionem inferiorum. qđ in aliis hominibus contingere nō potest propter naturalem coniunctionem potentiarum ad inuicem. Et similiter in proposito est dicendum. Mors enim violenta accidit ex hoc ꝙ nocumento illato natura cedit ⁊ quādiu natura resistere potest tamdiu mors retardatur. Unde in quibus natura est fortior ex equali causa tardius moriuntur. Erat autem subiectum voluntati cristi qđ in natura resisteret nocumēto illato. ⁊ quando cederet. Unde eo volente natura restitit nociuo illato vsqꝫ ad finem plus q̄ in aliis hominibꝰ possit ita ꝙ in fine post multam sanguinis effusioneꝫ quasi integer viribus clamauit voce magna ⁊ statim eo volente natura cessit. ⁊ tradidit spiritum. vt se dominum nature ⁊ vite ⁊ mortis ostenderet. vnde hoc admirans centurio dixit. Uere hic homo filius dei erat. Sic ergo ⁊ iudei cristum occiderunt nocumentum mortiferum inferentes et tamen ipse animam suam posuit ⁊ tradidit spiritum. qꝛ quando voluit natura nocumēto illato totaliter cessit. Nec tamē culpandus est quasi sui homicida. est enim corpus propter animam ⁊ non econuerso. Unde iniuria fit anime cum propter nocumentum corpori illatum de corpore expellitur contra naturalem appetitum anime licet forte non propter deprauatam voluntatem se interficientis. sed si anima in sui potestate haberet recedere a corpore quando vellet et iterum aduenire non maioris esset culpe si corpus desereret q̄ ꝙ habitator deserit domuꝫ. culpe tamen est ꝙ inde expellatur inuitus. et per hoc patet responsio ad obiecta.

DEinde querebantur duo de angelo. Primo vtruꝫ angelus dependeat a loco corporali secunduꝫ suam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

essentiam an sit in loco secundum operationem tantus. Secundo de motu angeli vtr̃ possit moueri de extremo in extremum sine medio.

Articulus quartus

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ angelus non sit in loco secundum operationem tantum. Prius ẽ enim esse & operari. ergo prius est esse in loco & operari in loco. Sed posterius non est causa prioris. ergo operari in loco non est causa quare angelus sit in loco. Preterea duo angeli possunt operari in vno loco. Si ergo angelus esset in loco solum per operationem sequeretur ꝙ plures angeli essent simul in vno loco. qõ reputatur impossibile. Sed contra Nobilius non dependet ab ignobilioꝛi. Sed essentia angeli est nobilioꝛ & locus corporeus. ergo non dependet a loco corporeo. R.º dicendum ꝙ qualiter angelus sit in loco corporeo considerari potest ex modo quo corpus est in loco. Est enim corpus in loco per contactum loci. Contactus autẽ corporis est per quantitatem dimensiuã que in angelo non inuenitur cum sit incorporeus. sed loco eius est in eo quãtitas virtualis. Sicut ergo corpus est in loco per ctactum dimensiue quantitatis. ita angelus est in loco per contactum ṽtutis Si quis autem velit virtutis contactum operationem vocare propter hoc ꝙ operari est proprius effectus virtutis. dicatur ꝙ angelus est in loco per operationem. ita tamen ꝙ per operationem non intelligatur sola motio sed quecunq; vnitio qua sua virute se corpori vnit presidendo vel continẽdo vel quocunq; alio modo. Ad primum ergo dicendum ꝙ nihil prohibet aliquid esse prius simpliciter qõ nõ est prius quantum ad hoc. sicut corpus subiectum ẽ simpliciter prius superficie. sed non quantum ad hoc qõ est colorari. ꝛ similiter prius simpliciter est corpus q̃ tactus. tamen est in loco q̃ tactum dimensiue quantitatis. ꝛ similiter angelus per cõtactum virtutis. Ad secundum dicendum ꝙ si aliquid mouetur perfecte ab vno motore non conuenit ꝙ ab alio simul immediate moueatur. vnde ratio magis valet ad oppositum eius & ad propositum.

Articulus quintus

AD secundum sic procedebatur. Videtur ꝙ angelus non possit moueri de extremo ad extremum quin pertranseat medium. Omne enim qõ mouetur prius est imutari & imutatum esse. vt probatur in 6º phisicoꝝ. Sed si angelus monetur de extremo in extremum puta de a. in b. cum est in b. est imutatum esse. ergo prius erat imutari. Sed non quando erat in a. q̃ tunc nõdum mouebatur. ergo quãdo erat in c. qõ est medium inter a. ꝛ b. ꝛ sic oportet ꝙ pertranseat mediuꝫ. Preterea si angelus monetur de a. in b. sine hoc pertranseat medium oportet ꝙ corrumpatur in a. ꝛ terminet in b. Sed hoc est impossibile q̃ sic non esset idem angelus. ergo oportet ꝙ pertranseat mediuꝫ. Sed ꝓtra. Omne qõ pertransit medium oportet ꝙ prius ptranseat equale sibi aut minus & maius. vt dicitur in 6º phisicoꝝ. ꝛ ad sensum apparet. Sed non potest esse minus spaciuꝫ & angelus qui est indiuisibilis. ergo oportet ꝙ pertranseat equale. qõ est locus indiuisibilis et punctalis. Infinita autem puncta sunt inter quoslibet duos terminos motus. Si ergo necesse esset ꝙ angelus in suo motu pertrãsiret medium oportet ꝙ pertransiret infinita. qõ est impossibile. R.º dicendum ꝙ angelus si vult potest moueri de vno extremo ad aliud absq; hoc ꝙ pertrãseat mediuꝫ. ꝛ si vult potest pertransire omnia media. Cuius ratio est q̃ corpus est in loco sicut ꝓtentum ab eo. Et ideo oportet ꝙ in mouendo sequatur loci conditionem. vt seꝫ pertranseat media primꝫ & ad extrema loci perueniat. sed cum angelus sit in loco per contactuꝫ virtutis non subditur loco vt contentus ab eo sed magis continet locum sua virtute superueniens in loco. vnde non habet necesse vt sequatur in suo motu conditiones loci. sed voluntati sue subest ꝙ applicet se per contactum virtutis huic loco ꝛ illi. ꝛ si vult absq; medio sicut etiam intellectus potest applicari intelligendo vni extremo. puta albo ꝛ postea nigro indifferenter vel cogitando vl non cogitando de mediis coloribus quãuis corpꝰ subiectuꝫ colori non possit moueri de albo in nigrum nisi per media.

Ad primum ergo dicendum ꝙ verbuꝫ phi ꝛ eius probatio locum habet in motu continuo. Sed motus angeli nõ oportet ꝙ sit continuus sed ipsa successio applicationum predictarum motus eius dicitur. sicut ꝛ successio cogitationum vel affectionum dicatur motus spiritualis creature secundũ Aug.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

octauo super Ben. ad lram. Ad 2m dicendum q hoc non accidit per corruptionem angeli aut nouam creationem sed qz eius virtus supereminet loco. Ad illud vero qđ in ptrariuz obicitur đđ q angelus non est in loco per ꝓmensurationem sed per applicationem sue virtutis ad locum que quidē põt esse indifferenter z ad locum diuisibilem zindiuisibilez. Unđ põt ꝓtinue moueri sicut aliquid in loco diuisibili existens ꝓtinue intercapiēdo spaciuz. scđm đo q in loco indiuisibili ē nõ põt eius motus esse ꝓtinuus nec pertransire oia media.

Deinde querebatur de boie. et p9 quantum ad bonum nature. Secundo quantum ad bonum gracie. Tertio quantum ad bonum glorie. Circa primũ querebantur tria.

Primo de vnione anime ad corpus. vtz. s. aĩa adueniente corpori corũpantur omnes forme q̃ prius inerant z substãtiales z accidentales. Secundo de potestate liberi ar. vtz. s. homo absqz gracia possit se ad graciaz preparare. Tertio de dilectõne naturali. vtz. s. homo in statu innocentie dilexit deum plusq̃ omnia z supra seipsum.

Articulus sextus

Ad primum sic procedebatur. Uidetur q per aduentuz aĩe non excludantur omnes forme q̃ prius inerãt Dicitur. n. Ben. 1. Formauit deus hominez de limo terre z inspirauit in faciem eius spiraculum vite. Frustra aũt formasset corpus si inspirando aĩam forma quaz formando indiderat excluderetur. Non enim adueniente aĩa tolluntur omnes forme precedentes. Preterea necesse est q aĩa sit in corpore formato z dispposito multis dispositionibus. Si ergo aduenies aĩa omnes precedentes formas z dispositõnes amouit. sequitur q in instanti aĩa totum corpus formet. qđ videtur esse solius dei. Preterea aĩa non ē nisi in corpore mixto. Sz mixtio elementoz non fit solum scđm materiam sed etiam scđm formas alioquin esset corruptio. g9 aĩa nõ excludit oēs formas in materia inuentas. Preterea aĩa est perfectio. perfectionis aũt non ē corũpere sed perficere. Nõ g9 aduenies corpori corũpit formas preexistentes. Sed ꝓtra. Dis forma aduenies existẽti in actu est forma accidentalis. Forma. n. subãlis facit esse actu simpliciter. Sed si aĩa aduenies nõ destrueret preexistentes formas sed eis superadderetur sequeret q adue-

niret existenti in actu qz quelibet forma cũ sit actus facit esse in actu. g9 anima aduenies excludit formas preexistentes.

R9 dicendum q impossibile est in vno z eodez esse plures formas substanciales. z hoc ideo qz ab eodem habet res esse z vnitatem. Manifestum est autem q res habet esse per formam. Unđ z per formam res habet vnitatem. z propter hoc vbicunqz est multitudo formarum non est vnum simpliciter sicut homo albus non est vnuz simpliciter: nec animal bipes esset vnum simpliciter si ab alio esset animali z ab alio bipes vt phūs dicit. Sed sciendum est q forme substanciales se habent ad inuicez sicut numeri. vt dicitur in 8o metha. vel etiã sicut figure. vt de partibus anime dicit phūs in 2o de anima Semper enim maior numerus vel figura virtute continet in se minorem: sicut quinarius quaternarium z pentagonus tetragonum. Et similiter perfectior forma virtute continet in se imperfectiorem vt maxime in animalibus patet. Anima enim intellectiua habet virtutẽ vt cõferat corpori humano quicqđ cõfert sensitiua in brutis. z similiter sensitiua facit in animalibus quicquid nutritiua in plantis z adhuc amplius. Frustra ergo esset in homine alia anima sensitiua preter intellectiuam et quo anima intellectiua virtute continet sensitiuaz z adhuc amplius. sicut frustra adderetur quaternarius posito quinario. Et eadem ratio est de omnibus formis substantialibus vsqz ad materiam primam: ita q non est in homine diuersas formas substantiales inuenire sed solum secundum rationez sicut consideramus eum vt viuentem per animam nutritiuaz z vt sencientem per animam sensituam. z sic de aliis. Manifestum est autem q semper aduenient forma perfecta tollitur forma imperfecta: sicut etiaz aduenient figura pentagoni tollitur figura quadrati. vnđ dico q aduenīte anima humana tollit forma substancialis q̃ prius inerat alioquin generatio esset sine corruptione alterius. qđ est impossibile. Forme vero accidentales que prius inerant disponentes ad animam corumpuntur quidem non per se sed per accidens ad corruptionem subiecti. vnde manent eedem specie sed non eedem numero. sicut etiam contingit circa dispositiones formarum elementarium que primitus materie aduenire apparent. Ad primum ergo dicendum est q secundum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Basilium spiraculum vite dicitur ibi gracia sancti spūs. ⁊ sic obiectio cessat. Si aūt vt Aug. dicit spiraculum vite sit ipsa aīa non oportebit dicere ꝙ alia forma formatum sit corpus hoīs de limo terre ꝙ ipso spiraculo vite diuinitus inspirato. non enim illa formatio tēpore precessit inspirationez nisi forte velimus dicere illam formationem referri ad dispositiones accidentales. puta figuram ⁊ alia hmōi que quodam rationis ordine preintelliguntur in corpore ante aīam ītellectiuaz sicut materiales dispositiones. quibus tamen preintelligitur ipsa aīa intellectiua non inquantuz ē intellectiua sed inquātum continet in se virtutē aliquam de imperfectioribꝰ formis.

Ad secundum dicendum ꝙ anima cum aduenit corpori non facit esse corpus effectiue. sed formaliter tantum. Effectiue autem facit corpus esse illud qđ dat corpori formā vt perficiēs. vt disponēs autem illud quod preoperatur ad formam. paulatim autem ⁊ ordine quodam inducendo materiam ad propinquiorem formam aut dispositionem. quanto eniz propinquior fuerit forma aut dispositio tanto minor ē resistencia ad introductionem forme et dispositionis complete. Facilius enim fit ignis ex aere ꝙ ex aqua quāuis vtraqz forma īmediate assit materie. Ad tercium dicendum ꝙ Auicenna posuit formas elementorū actu remanere in mixto qđ non potest esse qr forme elementoruz non possunt esse in vna ꝑte materie simul. ⁊ sic oportet ꝙ sint in diuersis materie partibus que distinguuntur secunduz dimensiue quantitatis diuisionez. ⁊ sic oportebit ꝙ vel plura corpora sint simul. vel ꝙ non sit mixtio vera totius ad totum. sed mixtio ad sensum secundum minima iuxta se posita. Auerrois autem in. 3º li. đ celo dicit. Qr forme elementorū sunt medie inter formas accidentales ⁊ substanciales. ⁊ ꝙ recipiunt magis ⁊ minus ⁊ sic formis elementorum remissis ⁊ quodāmodo ad medium redactis quodāmodo fit mixtio. Sed hoc est minus possibile ꝙ primum. nam forma substantialis est terminus quidē esse specifici. vnde in indiuisibili est ratio forme sicut ratio numeri ⁊ figure. nec est possibile vt intendatur vel remittatur. Sed omnis additio vel subtractio facit aliam speciem. Et ideo aliter dicendum secundum Philo. in. 1. de generatione. ꝙ forme miscibilium non manent in mixto actu. sed virtute prout scz virtus forme substancialis manet in qualitate elementari

licet remissa et quasi medium redacta. qualitas enim elementaris agit in virtute forme substantialis. alioquin actio que est per calorem ignis non terminaretur ad formam substantialem.

Ad quartum dicendum ꝙ anima cum sit forma. est quidem perfectio quedam particularis. non autem vniuersalis. et ideo ea adueniente sic aliquid perficitur vt tamen aliquid corrumpatur.

Articulus septimus

AD secundum sic procedebatur. Uidetur ꝙ homo absqz gracia per solam naturalem arbitrii libertatem possit se ad graciam preparare. quia vt dicitur prouerbiorum. 16. Dominis est preparare animum. Hoc autez dicitur esse alicuius quod est in eius potestate constitutum. ergo in potestate hominis constitutum est ꝙ possit se ad graciam preparare. Non ergo indiget ad hoc auxilio gracie. Preterea Ansel. dicit in libro de casu dyaboli ꝙ non ideo aliquis caret gracia quia deus non vult dare sed quia ipse non vult accipere. Si ergo vellet accipere posset accipere. Potest ergo si vult se ad graciam preparare absqz exteriori auxlio sed dicebat ꝙ homo indiget in hoc auxilio gracie quantum ad exterius mouens. Sed contra. Homo potest moueri ad conuersionem non solum ex bonis sed etiam ex peccatis sicut si aliquis videat aliquem enormiter peccantem et ex horrore peccati ad deum conuertitur. Sed peccatum non est a deo. ergo absqz dei operatione potest se homo ad graciam preparare. Sed contra. Per hoc ad graciam preparamur ꝙ ad deum conuertimur. Sed ad hoc indigemus auxilio diuine gracie. Dicitur enim treñ. quarto. Conuerte nos domine ad te ⁊ conuertemur. ergo homo indiget auxilio gracie diuine ad hoc ꝙ se ad graciam preparet. Preterea ad nihilum non potest homo se preparare nisi cogitando. Sed ad hoc ipsum indiget homo auxilio gracie. Dicitur enim. 2. ad Corintheos tertio. Non sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. ergo indigemus auxilio diuine gracie. ad hoc ꝙ nos ad graciam preparemus. Respondeo dicendum ꝙ in hac questione cauendus est error Pelagii qui posuit ꝙ per liberum arbitrium homo poterat adimplere legem et vitam eternam mereri. nec indigebat auxilio diuino nisi quantum ad hoc ꝙ sciret quid facere deberet secundum illud ps. Doce me facere voluntatem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tuam. Sed quia hoc nimis parum videbatur vt solam sciencia⁹ haberemus a deo. caritatem autem qua precepta legis implen⁹tur haberemus a nobis. ideo postmodum pelegiani posuerunt ꝙ initium boni operis est homini ex seipso dum consentit fidei per liberum arbitrium. sed consummatio est homini a deo. pre⁹paratio autem ad initium boni operis pertinet. Unde ad erro⁹rem pelagianum pertinet dicere ꝙ homo possit se ad graciam ꝑ parare absq⁹ auxilio diuine gracie. et est contra Apostolum qui dicit ad Philipens. primo. Qui cepit in nobis opus bonum ipe perficiet. Dicendum est ergo ꝙ homo indiget auxilio gracie non solum ad merendum sed etiam ad hoc ꝙ se ad graciam pre⁹paret. aliter tamen et aliter. Nam meretur homo per actum vir⁹tutis cum non solum bonum agit sed bene ad quod requiritur habitus vt dicitur in secundo Ethicorum. Et ideo ad merendu⁹ requiritur habitualis gracia. Sed ad hoc ꝙ homo preparet se ad habitum consequendum non indiget alio habitu. quia sic⁹ esset procedere in infinitum. Indiget autem diuino auxilio non solum quantum ad exteriora mouentia. prout scilicet ex diuina prouidentia procurantur homini occasiones salutis. puta pre⁹dicationes exempla. et interdum egritudines et flagella. sed etiam quantum ad interiorem motum. prout deus cor hominis in⁹terius mouet ad bonum secundum illud Prouerbiorum decimo nono. Cor regum in manu dei et quocunq⁹ voluerit vertet illud et ꝙ hoc necessarium sit probat philosophus in quodam capitu⁹lo de bona fortuna. Homo enim agit voluntate. voluntatis au⁹tem principium est electio et electionis consiliu⁹. Si autem queratur qualiter consiliari incipiat non potest dici ꝙ ex consi⁹lio consiliari inceperit quia sic esset in infinitum procedere. Un⁹de oportet aliquid exterius principium esse quod scilicet move⁹at mentem humanam ad consiliandum de agendis. Hoc autē⁹ oportet esse aliquod melius humana mente. non ergo est corpus celeste quod est infra intellectualem virtutem. sed deus. vt phi⁹losophus ibidem concludit. Sicut ergo omnis motus inferio⁹rum corporum que non semper mouentur principium est motus celi ita omnium motuum interiorum mentium principium est a deo mouente. Sicut ergo nullus potest se ad graciam preparare nec aliquid boni facere nisi per diuinum auxilium.

Ad primum ergo dicendum ꝙ per hoc ꝙ homo⁹ est se ad

graciam preparare per liberum arbitrium non excluditur neces⁹sitas auxilii diuini sicut nec per hoc ꝙ ignis est calefacere exclu⁹ditur necessitas celestis motus. Ad secundum dicendum ꝙ deus mouet omnia secundum modum eorum et ideo diuina mocio a quibusdam participatur cum necessitate. a natura autē rationali cum libertate. propter hoc ꝙ virtus rationalis se ha⁹bet ad opposita. et ideo sic deus mouet mentem humanam ad bonum quod tamen homo potest huic motioni resistere. et sic ex deo est vt homo se ad graciam preparet sed ꝙ gracia careat non habet causam a deo sed ab homine secundu⁹ illud Osee 13. Per ditio tua ex te israel. tantummodo ex me auxilium tuum. Ad tertium dicendum ꝙ licet peccatum non sit a deo tamen deus peccatum quandoq⁹ ordinat ad hoc vt sit alicui salutis occasio.

Articulus octauus

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ primus homo in statu innocentie non dilexerit deum super omnia et plus ꝑ seipsum. Sic enim diligere deum meritoriu⁹ est maxime. Sed primus homo in statu illo non habuit vnde posset proficere per meritum. vt dicitur in .24. distinctione secundi libri sententia⁹rum. ergo primus homo in statu illo non dilexit deum plus ꝑ se⁹ipsum et super omnia. Preterea sic diligere deum est maxima preparatio mentis ad graciam humanam consequendam. Pri⁹mus autem homo in statu illo ponitur graciam non habuisse⁹ sola naturalia. ergo non dilexit deum plus ꝑ seipsum ⁊ super om⁹nia. Preterea natura in se recurua est. quia scilicet omnia que amat retorquet ad se. Sed propter quod vnumquod⁹q⁹ et illud magis. ergo naturali dilectione plus diligebat seipsum ꝑ deum Non ergo diligebat deum super omnia. Sed contra. Si non diligebat deum plus ꝑ seipsum. aut ergo minus se. aut equali⁹ter sibi. et vtroq⁹ modo sequitur ꝙ seipso homo frueretur dum se non referret in deum. Frui autem seipso inducit peruersitatem peccati vt Augustinus dicit. ergo primus homo in statu innocē⁹cie iam erat peruersus per peccatum. quod est impossibile. Se⁹quitur ergo vt diligeret deum super omnia. Responsio di⁹cendum ꝙ si homo fuit factus in gracia vt ex verbis Basilii et Augustini haberi potest questio ista locum non habet. Mani⁹festum est enim ꝙ existens in gracia per caritatem diligit deum supra seipsum. sed quia possibile fuit deo vt hominem faceret i⁹

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

puris naturalibus vtile est considerare ad quantum se dilectio naturalis extendere possit. Dixerunt ergo quidam q̄ homo vel angelus in puris naturalibus existens diligit deū plusq̄ seipsum naturali dilectione secundum amorem concupiscentie quia sciliz cet bono diuino magis frui desiderat tanq̄ maiori et suauiori. sed secundum amorem amicicie naturaliter homo plus diligit se ipsum q̄ deum. Est enim amor concupiscentie quo dicimur amare illud quo volumus vti vel frui sicut vinum vel aliquid huiusmodi. Amor autem amicicie est quo dicimur amare amicum cui volumus bonum. Sed ista positio stare non potest. dilectio enim naturalis est quedam naturalis inclinatio indita nature a deo. nihil autem naturale est peruersum. Impossibile est ergo q̄ aliqua naturalis inclinatio vel dilectio sit peruersa. peruersa autem dilectio est vt aliquis dilectione amicicie diligat plus se q̄ deum. Non potest ergo talis dilectio esse naturalis. Dicendum est ergo q̄ diligere deum super omnia plusq̄ seipsum est naturale non solum angelo et homini sed etiam cuilibet creature. secundum q̄ potest amare aut sensibiliter aut naturaliter. Inclinationes enim naturales maxime cognosci possunt in his que naturaliter aguntur absq; rationis deliberatione. Sic enim agitur vnumquodq; in natura sicut aptum natum est agi. videmus autem q̄ vnaqueq; pars naturali quadam inclinatione operatur ad bonum totius etiam cū periculo aut detrimento proprio vt patet cum aliquis manum exponit gladio ad defensionem capitis. et quo dependet salus totius corporis. Unde naturale est vt quelibet pars suo modo plus amet totum q̄ seipsum. Unde z secundum hanc naturalem inclinationem et scōm politicam virtutem. bonus ciuis mortis periculo se exponit pro bono communi. Manifestum est autem q̄ deus est bonum commune totius vniuersi et omnium partium eius. Unde quelibet creatura suo modo naturaliter plus amat deum q̄ seipsam. Insensibilia quidem naturaliter. bruta vero animalia sensitiue. creatura vero rationalis per intellectualem amorem qui dilectio dicitur. Ad primum ergo dicendum q̄ diligere deum est principium totius esse ad naturalem dilectionem pertinet. Sed diligere deum prout est obiectum beatitudinis est gratuite dilectionis in qua meritum consistit. nec tamen necessarium est vt in hoc sustineamus sententiā magistri dicentis. Qz hō in primo statu nō habuit gr̄az p quā mereri posset. Ad z° dō q̄ naturali dilectōe qua deus

super omnia naturaliter diligitur potest aliquis magis et minus vti: z quādo in summo fuerint tunc est summa preparatio ad graciam habendam. Ad tertium dicendum q̄ inclinatio rei naturalis est ad duo scz ad moueri z ad agere. illa autez inclinatio nature que est ad moueri in se ipsa recurua est: sicut ignis monetur sursum propter sui conseruationem. Sed illa inclinatio nature q̄ est ad agere non est recurua in se ipsa. non enim ignis agit ad generandum ignem propter seipsum sed propter bonuz generati qō est forma eius. z vlterius propter bonum cōmune qō est conseruatio speciei. vnde patet q̄ non vniuersaliter verum est q̄ omnis dilectio naturalis sit in se recurua.

Deinde querebatur de bis que pertinent ad bonum gracie. Et primo de bis que pertinent ad ipsum bonum gracie. Secundo de bis que pertinent ad malum culpe. qō ei opponit.

Circa bonum gracie querebatur. Primo quidem de eo quod pertinet ad omnes. Secundo de eo qō pertinet ad clericos. Tertio de eo qō pertinet ad religiosos. Circa ea vo que ad omnes pertinent querebatur de duabus partibus penitencie. Primo ō contritione. vtrum scz contritus teneatur velle magis esse in inferno q̄ peccare. Secundo de confessione.

Articulus nonus

Ad primum sic procedebatur. Videtur q̄ contritus nō debeat magis velle esse in inferno q̄ peccare. Pena enim inferni est eterna z irremediabilis. De peccato autem potest liberari per penitentiam. ergo magis debet velle peccare q̄ in inferno esse Preterea pena inferni includit culpam. vna enim de penis inferni est vermis. i. conscientie remorsus de culpa. Culpa autem nō includit penam inferni. ergo magis est eligenda culpa q̄ pena inferni. Sed contra est qō Anselmus dicit in li. de similitudinibus. q̄ aliquis debet magis eligere esse in inferno sine culpa q̄ in paradiso cum culpa. qz innocēs in inferno non sentiret penam z peccator in paradiso non gauderet de gloria. Rō dicendum q̄ contritus tenetur in generali velle pati magis quācunq; penam q̄ peccare. z hoc ideo qz contritio nō potest esse sine caritate per quaz omnia dimittuntur peccata. Ex caritate enim plus homo diligit deum q̄ seipsum. peccare autem est facere contra deum. punire autem est aliquid pati contra seipsum. Unde caritas hoc requirit vt quālibet penam homo contritus preeligat culpe. Sed in speciali

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

descendere ad hanc penam vel ad illam nō tenetur quinimo stulte faceret si quis seipsum vel alium sollicitaret super hmōi particularibus pens. Manifestum est.n. q̄ sicut delectabilia plus mouent in particulari considerata q̄ in ꝯmuni. ita terribilia plus terrent si in particulari considerentur. ꝛ aliqui sunt qui minori temptatione non cadunt qui forte maiori caderent. sicut aliquis audiens adulterium non incitatur ad libidinem. sed si per considerationem descendit ad singulas illecebras magis moueretur. Et similiter aliquis non refugeret pati mortez pro xp̄o. sed si descenderet ad considerandum singulas penas magis retraheretur. Et ideo descendere in talibus ad singula est inducere hominē in temptationem ꝛ prebere occasionem peccandi. Ad primū ergo dicēduz q̄ culpa etiaz mortalis de se perpetua est sed ex sola dei misericordia remedium habet. Preterea plus preponderat bonum diuinū contra qđ agit culpa bono nature create cui opponitur pena q̄ perpetuitas pene tēporalitati culpe. Ad zm̄ dō q̄ remorsus cōsciencie non est culpa sed consequens ad culpam ꝛ posset esse sine culpa. vt in eo qui habet conscienciam errantem de preterito ꝯmisso. sicut si aliquis credat aliquid a se prius ꝯmissum esse illicitum qđ tñ licitum erat ꝛ ipse tum faceret licitum reputabat.

DEinde circa confessionem querebantur tria. Primo vtruz sufficiat q̄ aliquis scripto confiteatur an oportet q̄ confiteatur verbo. Secundo an aliquis teneatur statim confiteri habita oportunitate vel possit expectare vsqz ad quadragesimam. Tertio vtr̄ presbiter parrochialis debeat credere suo parrochiano dicenti se alteri confessum ꝛ dare ei eucaristiam vel non.

Articulus decimus

AD primum sic procedebatur. Uidetur q̄ sufficiat si aliqs confiteatur scripto. Confessio.n. requiritur ad manifestationem peccati. Sed peccatuz manifestari potest scripto sicut ꝛ vbō. ergo sufficit si confiteatur scripto. Sed contra est qđ dr Ro.10. Ore confessio fit ad salutem. R.o dō q̄ confessio est quoddā sacramentale. sicut enim in baptismo requiritur aliquid ex parte ministri scz vt abluat ꝛ verba proferat. ꝛ aliquid ex parte suscipiētis sacramentuz. vt.s. intendat ꝛ abluatur. ita in sacramento penitēcie ex parte sacerdotis requiritur q̄ abluat sub aliqua forma vbōrum. Ex parte vero penitentis requiritur q̄ se claubus ecclesie subiciat peccata sua per confessionez manifestans. De necessitate

ergo sacramenti est q̄ sua peccata manifestat. ꝛ contra hoc nullus dispensare posset: sicut nec contra baptismum. Sed q̄ fiat manifestatio verbo non est de necessitate sacramenti alioquin nulla necessitate posset aliter aliquis effectum huius sacramēti percipere nisi ore confitendo. qđ patet esse falsum. Nam mutis vel quibuscūqz qui verbo confiteri non possunt sufficit scripto vel nutibus confiteri. Nulla autē necessitate potest aliquis baptizari nisi aqua propter hoc q̄ aqua est de necessitate sacramenti. Sed ex institutione ecclesie tenetur homo qui potest vt verbo confiteatur. non solum propter hoc vt ore confitens confitendo magis erubescat. vt qui ore peccat ore purgetur. sed etiam semper in omnibus sacramētis accipitur id cuius est ꝯmunior vsus: sicut in sacramentali ablutione baptismi accipitur aqua qua homines ꝯmunius vtuntur ad abluendum ꝛ in eucaristia panis qui est ꝯmunior cibus. vnde ꝛ in manifestatiōe peccatorz conuenit vti verbis quibus homines cōmunius ꝛ expressius suos conceptus significare consueuerunt. Et attendendum est q̄ in hoc sacramento non imprimitur caracter. sed solum confertur gracia ad remissionem peccati quaz remissionem nullus consequitur peccando. Peccat autem qui ordinatiōnez ecclesie pretermittit. vnde in baptismo qui seruat ea que sunt de necessitate sacramenti pretermittens statuta ecclesie consequit caracterem sacramenti sed non sacramenti effectum. hic aūt nihil consequitur. Rationes autem que ad vtrāqz partem inducunt non multum cogunt. nam neqz manifestatio ita expresse pōt fieri scripto sicut verbo. neqz qđ dicatur ore ꝯfessio fit ad salutez. ñ intelligitur de confessione peccatorum sed de confessione fidei.

Articulus vndecimus

AD secundum sic proceditur. Uidetur q̄ aliquis possit differre confessionem vsqz ad quadragesimam. quicūqz enī seruat preceptum ecclesie non delinquit. Sed ecclesia statuit q̄ semel in anno homines propria peccata confiteantur. ergo si aliquis expectat vsqz ad terminum ab ecclesia constitutum non peccat. Preterea baptismus est sacramentum necessitatis sicut ꝛ penitencia. sed cathecuminus non peccat si differat baptismum vsqz ad sabbatum sanctum. ergo pari ratione nec contritus peccat si differat confessionem vsqz ad ipsam quadragesimam. Preterea maioris necessitatis est contricio q̄ confessio. Sed confessio sine contritione non valet ad salutem.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Contritio autez sine confessione potest in aliquo casu valere. sed ille qui est in peccato non tenetur statim conteri contritione q̄ delet peccatum alioquin peccator per singula momenta peccaret. ergo nec contritus tenetur statim confiteri ita ꝙ peccet si secus agat

Sed contra. Magis est subueniendu3 morbo spirituali ꝙ morbo corporali. Sed aliquis subiectus morbo corporali periculo se ꝯmitteret nisi remedium medicine quereret ꝙcito posset. ⁊ ex negligentia peccaret. Multo ergo magis peccat qui differt remedium confessionis adhibere contra spiritualem morbum peccati.

R.º dicendum ꝙ laudabile est ꝙ peccator ꝙcicius commode potest peccatum suum confiteatur: qꝛ per sacramentum penitencie confertur gracia que hominē reddit magis firmum ad resistēdum peccato. Quidam autez dixerunt ꝙ tenetur confiteri ꝙcito oportunitas confitendi se obtulerit ita ꝙ si differat peccat. Sed hoc est contra rationem precepti affirmatiui qđ licet obliget semper non tamen obligat ad semper sed pro loco ⁊ tempore. Tempus autem implendi preceptum de confessione videtur quando imminet aliquis casus in quo necesse est homini ꝙ sit confessus. puta si imineat ei mortis articulus vel necessitas accipiendi eucaristiam: aut sacrum ordinem vel aliquid hmōi: ad qđ oportet hominem per cōfessionem purgatum preparari. vnde si aliquid horum imineat ⁊ aliquis confiteri pretermittat peccat dūmodo debita oportunitas assit. ⁊ qꝛ ex precepto ecclesie omnes fideles tenentur saltem semel in anno in festo pasce precipue sacramenti cōmunionem accipere ideo ecclesia ordinauit vt semel in anno quādo iminet tempus accipiendi eucaristiam omnes fideles confiteantur. Dico ergo ꝙ differre confessionez vsq3 ad hoc tempus per se loquendo licitum est sed per accidens potest fieri illicitu3. puta si immineat aliquis articulus in quo confessio requiratur. Vel si aliquis propter contemptum confessionem differat. ⁊ similiter ꝑ accidens possit esse tal' dilatio meritoria. si ad hoc differret vt prudentiori confiteretur deuotius vel propter sacrum tēpus. primas rationes concedimus. Ad illud vero qđ in contrarium obicitur dicendum ꝙ morbus corporalis nisi per medicine remedium extinguatur semper inualescit in peius nisi forte etiam virtute nature fuerit extinctus. morbus autem peccati extinguitur per contricionem. vnde non est simile.

Articulus duodecimus

Ad tercium sic proceditur. Videtur ꝙ sacerdos parrochialis non debeat credere suo subdito dicenti se alteri esse cōfessum vt propter hoc ei eucaristiam det. Frequēter enim ipsa cōfessione aliqui conteruntur qui prius contriti non fuerunt. Sz sacerdos debet subditum suum quantum potest ad bonum inducere. g.º videtur ꝙ omnino ab eo expetere debeat ꝙ sibi confiteatur Preterea prouerbi. 27. Dicitur pastori ecclesie. diligenter agnosce vultu3 pecoris tui. Sed hoc nullo modo melius potest ꝙ per cōfessionem. ergo debet ab eo exigere ꝙ sibi confiteatur. Sed cōtra. Si sibi confiteretur posset dicere que vellet ⁊ crederetur ei. g.º etiam de hoc sibi debet credi ꝙ sit confessus. R.º dicendu3 ꝙ in foro iudiciali creditur homini contra se sed nō pro se. In foro autem penitencie creditur homini pro se ⁊ contra se. Est g.º distinguendum ꝙ dupliciter fit impedimentum quo aliquis a perceptione eucaristie impediatur. si enim fit impedimentum ad forum iudiciale pertinēs. puta excōicatio non tenetur sacerdos suo subdito credere quem excōicatum nouit nisi ei de absolutione ꝯstet. Si autem sit impedimentum qđ ad forꝝ penitentie pertineat sc3 peccatum tenetur ei credere ⁊ iniuste agit si deneget eucaristia3 ei qui perhibet se confessum ⁊ absolutu3 ab eo qui absoluere potuit vel auctoritate apl'ica vel auctoritate episcopi. Ad primu3 g.º dicendum ꝙ illud bonum qđ in confessione homines consequūtur iam consecutus est ille qui confessum se dicit si veru3 dicit. Si autem falsum dicit pari ratione posset falsum dicere confitendo: nec potest aliquis alicuius hominis auctoritate compelli ad confitendum peccatum qđ alteri confessus est qui absoluere potuit. qꝛ sicut iam dictum est confessio peccatorum quoddam sacramētale est diuino imperio subiacens non humano. Ad secundū dicendum ꝙ spiritualis pastor vultum pecoris sui debet diligenter agnoscere considerando exterius vitam eius. sed per modum confessionis non potest diligentius scrutari sed oportet ꝙ credat ea que sibi a suo subdito dicuntur.

Deinde querebantur duo de his que pertinent ad clericos Et primo de officio ecclesie vtꝝ ille qui est prebendat⁹ in duabus ecclesiis in die quo diuersum officium fit in vtraq3 ecclesia debeat vtrūq3 officium dicere: Secundo de studio theologie vtrum aliquis teneatur dimittere studium theologie etiam si sit aptus ad alios docendum ad hoc ꝙ intendat saluti animaꝝ.

Articulus tredecimus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

AD primum sic procedebatur. Videtur ꝙ aliquis in tali casu debeat vtrūqz officium dicere. Onus enim debet respōdere emolumento. Ille ergo qui habet emolumentum prebēde in duabus ecclesiis debet onus sufferre vtriusqz vt scz vtriusqz ecclesie officium dicat. Preterea iustum esse videtur vt si habet maius emolumentuz ab vna ecclesia in qua forte cātatur prolixius officium ꝙ etiaz maius onus subeat prolixius officiuz dicēdo. Non ergo ad eum pertinet electio. sed vel debet vtrūqz dicere vel ōbet dicere officium ecclesie in qua habet pinguius beneficium. Sed in contrarū inducebatur consuetudo. ℞. dō ꝙ supposito ꝙ aliquis licite sit prebendatus in duabus ecclesiis scz ex dispensatione ꝺsiderandum est ꝙ ille qui in aliqua ecclesia prebendam accepit duobus obligatur scz deo. vt ei ōbitas laudes exsoluat pro eius beneficiis. z ecclesie de qua accipit sumptus. Ea ꝩo que ad ecclesiam pertinent subiacent dispensationi prelatorum ecclesie. z ideo hoc debitum qō debet ecclesie debet exsoluere scōm ꝙ statutum est vel per seipsuz si sit prebenda que requirat residentiaz vel pvericarium. si hoc sufficiat secunduz ecclesie statum ac consuetudinem. Sed debitum qō debet deo per seipsum debet exsoluere. non refert autem quantum ad deum quibus psalmis z hymnis deum laudet vtputa vtz dicat in vesperis. Dixit dñs. vel Lauda te puer dominuz. nisi quantum ad hoc ꝙ homo debet sequi maiorum traditiones. z qz laudes deo debet quasi vnus homo. sufficiat ꝙ semel officium dicat scōm consuetudinem alicuius ecclesie/ rum quarum est clericus. Sed de electione ꝺficii rationabiliter videtur ꝙ debeat dicere officium illius ecclesie in qua maiorem gradum habet. puta si in vna sit decanus z in alia simplex canonicus debet dicere officium ecclesie in qua est decanus. Qz si in vtraqz ecclesia fuerit simplex canonicus debet dicere officium dignioris ecclesie ℚuis forte in minori ecclesia habeat opulentiorem prebendam. qz temporalia nullius momenti sunt spiritualibus ꝺparata Si vero ambe ecclesie sint equalis dignitatis. potest ergo eligere quodcunqz officiū magis voluerit si fuerit ab vtraqz ecclesia ꝺsens. Si autem fuerit in aliqua earum presens debet se conformare illis cuz quibus ꝺuersatur. z per hoc patet responsio ad obiecta

Articulus decimusquartus

AD secundum sic procedebatur. videtur ꝙ aliquis qui potest saluti animarum curam impendere peccet si circa studi

um tempus occupat. Dicitur enim Gal. vlti. Dum tempus habemus operemur bonum. nulla etiam est grauior iactura ℚ tēporis Non debet ergo aliquis totum tempus in studio expendere diffe rens saluti animarum curam impendere. Preterea perfecti tenentur ad id quod melius est. Sed religiosi sunt perfecti. ergo maxime religiosi debent dimittere studium vt saluti animarum insistāt Preterea peius est errare in via mozz ℚ in via pedum. Sed prelatus tenetur reuocare suum subditum si videat euz errare in via pedum. ergo multo magis tenetur eum reuocare ab errore qui est in via mozum. Est autem error si bō pretermittat qō melius est. g⁹ prelatus debet subditum cogere vt saluti animarum intendat studio pretermisso. In contrarium inducebatur consuetudo pro rōe

℞. dō ꝙ aliqua duo possunt ꝺparari adinuicem z simpliciter z scōm aliquem casum. nihil enim prohibet id qō est melio⁹ simpliciter in aliquo casu esse minus eligendum: sicut philosophari ē simpliciter melius ℚ ditari. sed in tempore necessitatis ditari ē magis eligendum z aliqua preciosa margarita est carior vno pane z tamen in aliquo casu famis panis preeligeretur. scōm illud treñ. 4⁹ Dederunt preciosa queqz pro cibo ad refocillandas animas Est autem considerandum ꝙ in quolibet artificio simpliciter melior ē qui disponit de artificio: z dicitur architector ℚ aliquis manualis qui opere exequitur secundum ꝙ ei ab alio disponitur. vnde z edificiis construendis maiori mercede conducitur qui disponit de edificio licet nihil manibus operetur ℚ manuales artifices qui dolant ligna z inscidant lapides. In edificio autez spirituali sunt quasi manuales operarii qui particulariter insistūt cure animaruz puta sacramēta ministrando vel aliquod huiusmodi. particulariter agendo sed quasi puncipales artifices sunt episcopi qui imperant z disponunt qualiter predicti suum officiuz exequi debeant. propter qō z episcopi. i. superintendentes dicuntur z simpliciter theologie doctores sunt quasi pricipales artifices qui inquirūt z docēt qualiter alii ōbeāt salutē aiaz ꝓcurare. Simplr g⁹ melio⁹ ē docere sacrā doctrinā z magis meritoriū si bona intētione agat ℚ impēdere pticularē curā saluti bui⁹ z illi⁹. vñ apls ō se dicit. i. ad Cor. 1. Nō. n. misit me xp̄us baptizare sz euangelizare ℚuis baptizare sit opus maxime ꝺferēs saluti aiaz. z. z. ad Thi. 2⁹ dicit apls ꝺmēdat fidelib⁹ boīb⁹ q ydonei erūt z alios docere Ipa etiā rō ōnōstrat ꝙ melio⁹ ē erudire ō pūnētib⁹ ad salutē eos qui z in se z i aliis pficere pūt ℚ simplices qui in se tantū pficere

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

possunt. In aliquo tamen casu necessitate imminente deberent et episcopi z doctores intermisso proprio officio particulariter intendere saluti animarum. Ad primum ergo dicendum ꝙ nullam iacturam temporis patitur qui qđ est melius operatur docendo sacram doctrinam vel qui ad hoc per studium se disponit. Ad secundum dicẽdum ꝙ perfectus dicitur aliquis dupliciter. Uno modo qz habet perfectionem. Alio modo qz habet statum perfectionis. Perfectio autem hois in caritate consistit que homines deo coniungit. Uñ quantum ad dilectionez dei dicitur Beñ. 17. Ambula coram me z esto perfectus. quantumvero ad dilectionẽ primi post ꝙ dñs dixerat. Diligite inimicos vestros: ꝯcludit Matthei. 5º Estote ergo perfecti. Statum aũt perfectionis habere dicuntur qui solemniter obliganter ad aliquid perfectioni annexuz Est aũt aliquid annexum pfectioni caritatis dupliciter. Uno mõ sicut preambulum z preparatorium ad perfectionez vt paupertas castitas z hmõi. quibus homo retrahitur a curis secularium rerum vt liberius vacet his que dei sunt. Uñ hmõi magis sunt quedaz perfectionis instrumenta. propter qđ Dier. exponens illud ꝛbum Petri dicentis. Ecce nos relinquimus omnia z secuti sumus te. dicit ꝙ non sufficit Petro dicere. Ecce nos relinquimus omnia sed addidit ꝙ perfectum est. z secuti sumus te. Quicunqz ergo vl voluntariam paupertatem vel castitatez seruant: habent quidez preparatorium perfectionis sed non dicuntur habere statum perfectionis nisi qui se ex solemni professione ad hmõi obligant. Aliqd enim solemne z perpetuum dicitur habere statuz sicut patet in statu libertatis vel matrimonii z similiuz. Alio vero modo aliquid est annexum perfectioni caritatis vt effectus vt scz aliquis curam animarum suscipiat. Est eniz perfecte caritatis vt aliquis propter dei amorem pretermittat dulcedinem contemplatiue vite quam magis amaret z accipiat actiue vite occupationes ad procurãdũ proximorum salutem. Quicunqz ergo hoc modo saluti proximorum intendit habet quidem aliquem perfectionis effectum sz nõ habet perfectionis statum nisi episcopus qui cum quadaz solemni consecratione suscipit animarum curam. Archidiaconi vero z parrochiales presbiteri magis habent ꝯmissa quedam officia ꝙ ꝙ per hoc in aliquo perfectionis statu ponantur. Soli ergo religiosi z episcopi dicuntur perfecti quasi statum perfectionis habẽtes. vnde religiosi fiunt episcopi sed non archidiaconi vl plebani Cum g º ôr ꝙ perfecti tenẽtur ad id qđ melius est vez ẽ si intelligatur de bis qui dicuntur perfecti propter perfectionem caritatis Dmõi enim obligantur ex lege interiori que inclinando obligat vnde ad hoc obligantur sz mẽsuram siue perfectionis qđ iplent Si aũt intelligatur de bis qui dicuntur perfecti propter statum sicut episcopi z religiosi non est vez. Non .n. tenẽtur epi nisi ad ea ad que se extendit cura suscepti regiminis. Et religiosi non tenentur nisi ad ea ad que obligantur ex voto siue professionis. alioqn esset obligatio ad infinituz cuz tamen z natura z ars z omnis lex certos terminos habeat dato tamen ꝙ perfecti semper tenẽtur ad id qđ melius est ñ esset ad proposituz sicut ex supradicti apparet

Ad 3um dđ ꝙ licet prelatus teneatur subditum suum reuocare ab omni malo. non tñ tenetur eum inducere ad oẽ melius. Nec etiam ratio in proposito locum non habet sicut nec alie zc.

Deinde querebantur duo de bis que pertinent ad religiosos. Primo vez religiosus teneatur ꝯobedire suo prelato vt reuelet sibi aliqđ secretuz qđ fidei siue est ꝯmissuz. 2º vez tenea tur sibi obedire vt reuelet occultam culpam fratris quam nouit.

Articulus quindecimus

Ad primum sic proceditur. Uidetur ꝙ religiosus teneatur aliqđ secretum fidei siue ꝯmissum reuelare prelato precipiẽti. Ad obediendum enim prelato obligauit se religiosus professione solemni. ad tenendum aũt secretum obligauit se simplici promissione. g º magis debet obedire prelato ꝙ seruare secretuz. Sz contra est qđ Bern. dicit. Id qđ est institutuz propter caritatẽ nõ militat cõtra caritatem. Sed professio obedientie quã religiosus facit prelato institura est propter caritatem. ergo non militat ꝯtra caritatem qua quilibet tenetur seruare fidẽ proximo. Rº dđ ꝙ sicut Ber. dicit in li. de dispensatione z precepto. sufficiens obedientia est vt religiosus obediat suo prelato de bis que ad regulam pertinent vel directe. sicut ea que sunt scripta in regula: vl indirecte sicut ea que ad hec reduci possunt. sicut ministeria exhibẽda fratribus z pene pro culpis inflicte z hmõi. Perfecta aũt obedientia est vt simpliciter in omnibus obediat que non sunt ꝯtra regulam vel ꝯtra deum. Sz ꝙ aliquis obediat prelato in bis que sunt ꝯtra deum vel cõtra regulam ẽ obedientia incauta z illicita. Est g º ꝯsiderandum in proposito vez sit licitũ religioso secretuz fidei siue ꝯmissuz reuelare. Circa qđ distinguẽdum ẽ de secreto. Est eniz aliqđ secretuz qđ illicitum ẽ celare. sicut qđ in periculuz vgit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aliorum quibus aliquis cauere tenetur. vnde ⁊ in iuramento fide
litatis continetur ꝙ hmōi serui secreta debeant dñis reuelari. Ad
preceptum ergo prelati tenetur religiosus tale secretum pandere
etiaꝫ si promisit se non reuelare. dicente Isid. In malis promissis
rescinde fideꝫ nisi forte in confessione audierit qꝛ tunc nullo mō
est reuelanduꝫ. Est aūt aliud secretū qđ de se celari potest sine pec
cato ⁊ tale secretuꝫ religiosus nullo modo prelato precipiento pā
dere debet si sit fidei sue ꝯmissum. peccaret enim frangendo fideꝫ
ꝯmisso. Ad primum ergo dđ ꝙ solemnior est obligatio ad ser
uanda ea que sunt fidei ⁊ caritatis que est ex lege naturali ⁊ ex ꝓ
missione in baptismo facta ꝙ ea q̄ ē ex professione religionis.

Articulus sedecimus

D secundum sic proceditur. Videtur ꝙ subditus debeat
prelato precipienti reuelare culpam occultam alterius fra
tris. qꝛ vt Hiero. dicit. Non debet occultari culpa vnius in preiu
dicium multoꝝ: Sed presumendum est ꝙ prelatus culpam vni⁹
cognoscere velit propter multitudinis bonum. ergo prelato preci
pienti debet culpa alterius reuelari. Sed contra est qđ Greg.
dicit. ꝙ etsi aliquando propter obedientiam debemus aliqua bo
na dimittere. nullo tamen modo propter obedientiam debemus
aliquod malum perpetrare. Sed malum esse videtur culpam oc
cultam detegendo alium informare. ergo hoc propter obedientiā
fieri non debet. R.º dđ ꝙ religiosus prelatus in capitulo p̄est
sicut iudex ecclesiasticus in foro iudiciali. Unde ad ea potest ex p̄
cepto subditos obligare vt ei pandantur propter que potest iudex
ecclesiasticus in foro iudiciali iuramentum exigere. Est ergo scien
dum ꝙ in criminibus triplex est modus procedendi. vnus per de
nunciationem. alius per inquisitionem. alius per accusationem.
In via ergo denunciationis intenditur correctio delinquentis. et
ideo scđm preceptum domini Math. 18. debet precedere fraterna
correctio. vt scꝫ corripias eum inter te ⁊ ipsum solum. ꝙ si non au
dierit coram duobus vel tribus testibus. ⁊ vltimo dicatur ecclesie
Caritatis enim est vt aliquis parcat fratri quantum potest. vnde
prius debet niti vt corrigat conscienciam fratris seruata fama so
litarie admonendo ⁊ postmodum coram duobus vel tribus. tan
dem negligenda est fama vt emendetur conscientia ⁊ dicendum ē
ecclesie in quo etiam processu ꝯsulitur ꝯscientie. Naꝫ peccator si a
principio videret se publicatum amitteret ꝟecundiā ⁊ obstinatior

fieret ad peccandum. In inquisitione vero debet precedere infa
mia. In accusatione ꝟo debet precedere inscriptio per quā ipse ob
ligat se ad talionē. In inquisitione aūt ⁊ accusatione intendit pe
na peccantis propter multitudinis bonum. Si ergo appareat ac
cusator in capitulo qui se obliget ad talioneꝫ potest prelatus pre
cepto ꝟitatis confessionem exigere sicut ⁊ iudex ecclesiasticus iura
mento. Et similiter si precedat infamia pōt prelatus precepto ve
ritatem exquirere ⁊ subditi tenentur obedire. Si aūt procedatur
per viam simplicis denunciationis non tenetur religiosus prela
to precipienti culpam fratris reuelare nisi precedente monitione
eum videat incorrectum īmo magis peccaret si ad preceptum pre
lati reuelaret. qꝛ plus tenetur obedire euangelio ꝙ prelato ⁊ mul
to magis prelatus peccaret si subditum induceret ad peruertēduꝫ
ordinem euangelii. Ad primum ergo dicendum ꝙ de peccato
preterito de quo iam aliquis correctus est ad secretam āmonitio
nem vel de quo potest sperare corrigendus nisi contrarium inue
niatur non potest īminere periculum multitudinis. Sed de pecca
to futuro qđ est periculosum multitudini vel spiritualiter vel cor
poraliter procedit obiectum. tunc. n. non oportet āmonitioneꝫ se
cretam expectare. sed statim periculo occurrere. vñ ⁊ dñs nō dicit.
Si peccare intendat in futuro. sed si peccauerit in preterito.

Einde queruntur quatuor ad culpam pertinentia. Pri
mo vtꝝ peccatum sit natura aliqua. Secundo vtꝝ per
iurium sit grauius peccatum ꝙ homicidium. Tertio vtruꝫ pec
cet qui propter ignorantiam constitutionem pape non seruat.
Quarto vtꝝ monachus peccet mortaliter comedendo carnes

Articulus decimus septimus

D primum sic procedebatur. videtur ꝙ peccatum non sit
aliqua natura. Dicitur. n. Jo. 1. Sine ipso factum est nihil
id est peccatuꝫ. Sed qđ est natura aliqua nō potest dici nihil. g.º
peccatum non est natura aliqua: Sed contra. Si peccatuꝫ nō
est natura aliqua. oportet ꝙ sit priuatio pura sed priuatio pura
non dicitur secundum magis ⁊ minus. vt mors ⁊ tenebra. g.º vnū
non esset grauius altero. quod est inconueniens. Respondeo
dicendum ꝙ peccatum maxime transgressionis est actus inordi
natus. Ex parte g.º actus peccatum ē natura aliqua. Sꝫ inordina
tioē priuatio ⁊ sꝫ hāc peccatū đr nihil. ⁊ ꝑ h.º pꝫ solo ad obiecta

Articulus decimus octauus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dz⁹ sic procedebatur. Uidetur ꝙ periurium sit grauius peccatum ꝙ homicidium. Dicit.n. Ber. ꝙ ꝺtra ꝑcepta prime tabule non potest dispensare nec deus nec homo. Contra precepta aũt secunde tabule põt dispensare deus sed non hõ. ex quo potest accipi ꝙ grauius sit peccare cõtra precepta prime tabule ꝙ ꝺtra precepta secunde. Sed periurium est contra preceptuz prime tabule qõ est. Non assumes nomen dei tui in vanum. Homicidium autem est contra preceptum secunde tabule. Non occides. g⁹ grauius peccatum est periurium ꝙ homicidium. Preterea grauius est peccare in deum ꝙ in hominez. Sed periurium est peccatum in deum. homicidium in hominem. ergo grauius peccatuz ẽ periurium ꝙ homicidium. Sed contra: Pena proportionatur culpe. Sed grauius punitur homicidium ꝙ periurium. g⁹ est grauius peccatum. Rn⁹ dõ ꝙ sicut aplus; dicit ad hebr. 6⁹ Doies per maiores sui iurant ꝛ omnes controuersie eoꝝ finis est iuramẽtum. Frustra aũt in causa homicidii cõtrouersie finis esset iuramẽtum si homicidium esset grauius peccatum ꝙ periuriuz. presumeretur enim ꝙ qui maiorem culpam homicidii ꝺmisisset non vereretur minorem periurii incurrere. vnde ex hoc ipso ꝙ in causa cuiuslibet peccati differtur iuramentum manifeste ostenditur ꝙ periurium pro maximo peccato ꝺbet haberi. nec ĩmerito qz periurare nomen dei videtur quedam diuini nominis denegatio. vñ scõm locum posty dolatriaz peccatuz periurii tenet. vt ex ordine preceptorum apparet. Sed ꝛ apud gentiles iusiurandum erat honoratissimum. vt dicitur in prin⁹ methа. Primas ergo rationes concedimus. Ad illud ẏo qõ ꝺ in ꝺtrariuz obicitur dõ ꝙ in iudicio humano nõ semper quantitas pene respondet quantitati culpe. Interduz. n. infligitur maior pena pro minori culpa qñ grauius nocumẽtuz imminet hoĩb⁹ ex minori culpa. sz sz⁹ dei iudicũ grauior culpa grauiori pena punit. vñ vt oñdat grauitas ydolatrie ꝛ periurii posꝙ in p⁹ ꝑcepto dixerat. Non adorabis ea neqz coles. subditur ego. zl. Ego suz dñs deus tu⁹ visitãs iniqtates patrꝝ. in filios. ꝛ postꝙ dixerat. nõ assumes nomẽ dñi dei tui in vanũ. subdit Nec. n. habebit insontẽ dñs euz qui assũpsit nomẽ dñi sui frustra

Articulus decimusnonus

Dz⁹ sic ꝓcedit. Uidet ꝙ q̃ facit ꝺtra ꝺstitutionẽ pape per ignorãtiaz ñ peccat. Ut. n. Aug. dicit. Pctm̃ a deo ẽ volũtariũ: ꝙ si ñ ẽ volũtariũ ñ ẽ pctm̃. sz ignorãtia causat inuolũtariuz. vt ꝺr in 3⁹ Ethi. g⁹ qõ fit ꝑ ignorãtiaz nõ ẽ pctm̃. Preterea

secundum iura dominus potest repetere seruum suum ordinatum post certum tempus. hoc autem debet computari a tempore ordinationis non a tempore noticie. ergo obligatio constitutionis pape obligat a tempore noticie. Sed ꝺtra. Ignorantia iuris nõ excusat. Sed constitutio pape facit ius. ergo qui facit ꝺtra constitutionem pape per ignorantiam non excusatur. Rn⁹ dicendum ꝙ ignorantia que est causa actus causat inuoluntariuz. vnde semper excusat nisi ipsa ignorantia sit peccatum. Est autem ignorãtia peccatum quando ignorat quis que potest scire ꝛ tenetur. Constitutionem enim pape omnes suo modo scire tenentur. Si ergo aliquis nesciat per negligentiam non excusatur a culpa si contra cõstitutionem agat. Si vero aliquis habeat sufficiens impedimentum propter qõ scire non potuerit. puta si fuit in carcere vel in terris extraneis ad quas constitutio non pervenit. vel propter aliqõ simile talis ignorantia excusat vt non peccet contra constitutionẽ pape agens. ꝛ per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus vicesimus

Dquartum sic proceditur. Uidetur ꝙ monachus peccet mortaliter comedendo carnes. Dicit enim canon de consecratione. ꝙ monachi non debent comedere carnes. ꝛ si contrafecerint debent incarcerari. Sed talis pena non infligitur nisi ꝑ peccato mortali. ergo monachi comedentes carnes peccant mortaliter. Preterea facere contra votum est peccatum mortale. Sz monachi ex voto obligantur ad seruandum regulaz beati Benedicti in qua continetur ꝙ monachi a carnibus abstineant. ergo monachi peccant mortaliter comedendo carnes. Sed contra. Nullum peccatum mortale conceditur alicui ratione cuiuscunqz infirmitatis. Sed comedere carnes conceditur monacho ratione infirmitatis. ergo comedere carnes non est peccatum mortale monacho. Rn⁹ dicendum ꝙ nihil est mortale peccatũ monacho vel religioso cuicunqz per se loquendo qõ non sit peccatum mortale alteri. nisi sit contrarium ei ad qõ se voto professionis obligauit. per accidens tamen ratione scandali vel alicuius hmõi posset aliquid ei esse peccatum qõ non esset alii peccatum. Est ergo considerandum quid sit illud ad quod religiosus voto professionis se astringit. ꝛ si quidem religiosus profitendo vouet se regulaz seruaturum videretur se obligare voto ad singula que continentur in regula. ꝛ sic contra quodlibet eorum agendo peccaret mortaliter.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Et ex hoc sequeretur q religionis status esset religiosis in laqueum peccati mortalis. qđ vix aut nunq̄ possent declinare. Sancti ergo patres qui ordines instituerunt nolentes hominibus inicere damnationis laqueum sed magis viam salutis ordinauerunt talem professionis formam in qua periculuz esse non posset. sicut in ordine fratrum predicatorꝝ est cautissima ꝛ securissima forma profitendi qua non promittit se seruare regulam sed obedientiam secundum regulam. vnde ex voto obligantur ad seruanda ea que ponuntur in regula tanq̄ precepta ꝛ que prelatus scđm tenorem regule sibi precipere voluerit. Cetera vero que nō continentur in regula sub precepto non cadunt directe sub voto. vnde ea preter/mittens non peccat mortaliter. Beatus vero Benedictus statuit monachum profiteri non quidem obseruare regulam sed q̄ profitens promittit conuersionem moꝝ suorum scđm regulam. hoc est dictum vt scđm regulam dirigat mores suos: contra quod facit si vel ea que sunt precepta in regula transgrediatur vel etiam ꝓtemnat regulaz scđm ea dirigere actus suos omnino recusans. nō aūt omnia que in regula continentur sunt precepta. quēdam. n. sunt monitiones siue consilia. quedam vero ordinationes siue statuta quedam. vt q̄ post completorium nemo loquatur. Dmōi autem statuta que in regula continentur non habent vim precepti. sicut nec prelatus statuens aliquid intendit semper ad peccatum mortale obligare per preceptum. Est autem prelatus quasi quedā regula animata. vnde stultum esset putare q̄ monachus frangens silentium post ꝯpletoriū peccaret mortaliter: nisi forte faceret hoc contra preceptum prelati vel ex contemptu regule. Abstinere aūt a carnibus non ponitur in regula beati Benedicti vt preceptum sed vt statutum quoddam. vnde monachus comedens carnes ñ ex hoc ipso peccat mortaliter nisi in casu propter inobedientiā vel contemptum. Ad primum ergo dicendum q̄ pena illa infligit monacho contumaciter ꝛ inobedienter carnes comedenti. Ad secundum dicendum q̄ comedere carnes nō est contra votuz monachi nisi quando comederet ex inobedientia vel ex contemptu.

Qđ vero in contrarium obicitur efficaciam non habet. procedit enim ratio de his que sunt secundum se mala. sicut homicidium adulterium ꝛ huiusmodi. que sunt omnibus illicita tam sanis q̄ infirmis. Non autem procedit de his que sunt mala quia prohibita. aliquid enim potest prohiberi sano quod non prohibetur infirmo.

Einde circa bonum glorie querebantur duo de corporib⁹ gloriosis. Primo vtꝝ corpus gloriosum naturaliter possit esse cum alio corpore non glorioso in eodem loco. Secundo vtrum hoc fieri possit miraculo.

Articulus vicesimusprimus

D primum sic proceditur. Videtur q̄ corpus gloriosum naturaliter possit esse cuz alio corpore in eodem loco. Si enim prohibetur esse cum alio corpore in eodem loco. aut est propter grossiciem siue corpulentiam. aut propter dimensiones. ſz nō propter grossiciem seu corpulentiam. qz corpus gloriosum erit spirituale scđm Aplm. 1. ad Cor. 15. Similiter nec propter dimensiones qz cum tangentia sint quoꝝ vltima sunt simul necesse est q̄ punctum vnius corporis naturalis sit simul cum puncto alterius ꝛ linea cum linea: ꝛ superficies cum superficie. Pari ergo ratione ꝛ corpus cuz corpore. Non ergo prohibetur corp⁹ gloriosuz quin naturaliter possit esse simul cum alio corpore in eodem loco. Preterea Cōmen. dicit in 8°. phi. Qđ partes aeris ꝛ aque partim subintrant se inuicem propter hoc q̄ partim sunt nature spiritualis. sed corpora gloriosa omnino erunt spiritualia vt iam dictum est. ergo totaliter poterunt subintrare alia corpora ꝛ simul esse cū eis

Sed contra. Glorificatio non tollit naturam. Sed corpus humanum non potest naturaliter esse simul cum alio corpore in eodem loco in statu isto. ergo neqz postq̄ erit glorificatum. Rō. dicendum q̄ manifestum est q̄ corpus humanuz in statu isto nō potest esse cum alio corpore in eodem loco. Si ergo corpus gloriosum naturaliter possit esse cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam. illa proprietas aufert hoc propter qđ corpus humanū in statu isto prohibet esse cū alio corpore in eodē loco. Est g⁹ ꝑsiderandū q̄d sit hmōi phibēs. Dicūt aūt quidā hoc esse grossicē vł corpulētiā quādā q̄ tollet p dotē gr̄ie quā nolant subtilitatē ſz h⁹ ñ ē intelligibile. nō. n. inuenit quid sit hmōi corpulētia vł grossicies. nō. n. ē aliqua qualitas qz nlla qualitas dat pōt qua remota corp⁹ possit eē cū alio corpe in eodez loco. Silr nec pōt eē forma nec materia q̄ sunt ptes eēntie. qz tūc ītegra eēntia corpoꝝ hūani ñ remaneret cū gr̄ia qđ ē hereticū Et iō dđ ē q̄ hoc phibēs nihil ē aliud q̄ dimēsiones q̄b⁹ subsłat materia corporalis. necesse est. n. vt id quod est per se sit causa in vnoquoqz genere. Distinctio autem secunduz situm primo ꝛ per se conuenit quantitati dimensiue que diffinitur esse quantitas

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

positionez habens. vnde ꝛ partes in subiecto ex hoc ipso distincti
onem habent secundum situm ꝙ sunt subiecte dimensioni. ꝛ sicut
est distinctio diuersarum partium vnius corporis secundum diuer
sas partes vnius loci per dimensiones ita propter dimensiones di
uersa corpora distinguuntur scōm diuersa loca. Duo enim cor
pora facit actualis diuisio materie corporalis. Duas autem ptes
vnius corporis diuisibilitas potentialis. vnō ꝛ pbūs dicit in 4°
phi. Qz sicut subintrante cubo ligneo in aquam vel aerem opor
tet ꝙ cedat tantum de aqua vel aere ita oportet ꝙ cederent dimē
siones separate si vacuum poneretur. Cuz ergo gloria non tollat
dimensiones corporis dico ꝙ corpus gloreosuz non potest natu
raliter esse cum alio corpore in eodem loco propter aliquam pro
prietatem inditam. Ad primum ergo dicendum ꝙ sicut dic
tum est corpus humanum in statu isto prohibetur esse cum alio
corpore in eodem loco non propter corpulentiam aut grossitiez q̄
per gloriam tollatur spiritualitatem eniz Aplus opponit anima
litati scōm quaz corpus est alimonia indigens. vt Augu. dicit.
Non autem grossitiei vel corpulentie sed impeditur propter dis
mensiones. Ratio vero que in contrariuz obicitur ponitur inter
sophisticas rationes a phiko. in 4° phi. Puncto enim ꝛ linee ꝛ su
perficiei non debetur locus sed corpori. vnō non sequitur. Si ter
mini corporum se tangentiuz sunt simul ꝙ propter hoc plura cor
pora possunt esse in eodem loco: Ad secunduz dicendum ꝙ si
cut ibidem cōmentator exprimit subintratio illa fit per condensa
tionem ꝛ dicuntur habere spiritualem virtutem propter raritatem
Esset autem erroneum dicere hoc modo ꝙ sint aeri ventisq3 sikla.
vt patet per Grego. 19. moralium.

Articulus vicesimus secundus

D secundum sic procedebatur. Uidetur ꝙ corpus glorio
sum nullo modo possit esse simul cum alio corpore in eo
dem loco sicut enim se habet corpus vnum ad vnum locum. ita
duo corpora ad duo loca. ergo cōmutatim sicut vnum corpus ad
duo loca. ita duo corpora ad vnum locum. Sed vnum corpus
nullo modo potest esse in duobus locis. ergo nec duo corpora in
vno loco. Preterea si duo corpora sunt in vno loco sumentur duo
puncta in duabus extremitatibus loci. Sequitur ergo ꝙ iter ista
duo puncta erunt due linee recte duorum corporum in eodē loco
existentium qō est ipossibile. ergo impossibile est duo corpora esse

in eodem loco. Sed contra est ꝙ xp̄us intrauit ad discipulos
ianuis clausis. vt habetur Jo. zo. qō esse non potest nisi corp⁹ ei⁹
simul cum corpore portarum fuisset in eodem loco. Potest ergo
corpus gloriosum cum alio corpore esse in eodem loco. R.° dō
ꝙ sicut iam dictum est. duo corpora esse in eodem loco prohiben
tur ex dimensionibus q̄ materia corporalis sz⁹ dimensiones di
uiditur. dimensiones autem distinguuntur scōm situm. De⁹ aūt
qui est omniuz causa prima potest conseruare effectus in esse sine
causis proximis. vnde sicut conseruat in sacramento altaris acci
dentia sine subiecto ita potest conseruare distinctionē materie cor
poralis ꝛ dimensionuz in ea absq3 diuersitate situs. Miraculose
ergo fieri potest ꝙ duo corpora sint in eodem loco. vnde corpori
xp̄i attribuitur a sanctis ꝙ exiuit per clausum virginis vtex et ꝙ
intrauit ianuis clausis per virtutem diuinam. et similiter dico ꝙ
corpus gloriosum qō erit figuratum corpori claritatis xp̄i poterit
esse cum alio corpore in eodem loco non propter aliquaz virtutē
creatam inditam sed sola diuina virtute assistente ꝛ hoc operante
sicut ꝛ corpus Petri sua vmbra sanabat infirmos. sed diuina vir
tute assistente ꝛ miracula faciente. Ad primuz ergo dō ꝙ pro
portione cōmutata sic est vtendum sicut se habet primū ad z⁹. vt
duo ad tria ita se habet tertium ad quartuz. ergo cōmutatim sicut
se habet primum ad tertium vt duo ad quatuor. ita se habet z⁹
ad quartum. i. tria ad sex. ꝛ scōm hoc ratio sic deberet procedere.
sicut se habet vnum corpus ad vnum locum. ita duo corpora ad
duo loca. ergo sicut vnum corpus ad duo corpora. ita vnus loc⁹
ad duo loca. ꝛ sic non sequitur ꝙ si vnum corpus non potest esse
in duobus locis. ꝙ duo corpora nō possunt esse in vno loco. vnū
enim corpus esse localiter in duobus locis implicat cōtradictionē
q̄ de ratione loci est ꝙ sit terminus locati. terminus autem est ex
tra quem nihil est rei. vnde nihil locati potest esse in loco exterior
ꝙ si ponatur esse in duobus locis sequitur ꝙ sit extra suum locuz
ꝛ ita sequitur ꝙ sit locatum ꝛ non locatum: nec est instantia ō cor
pore xp̄i q̄ non est in sacramento altaris localiter sed per conuer
sionem. Ad scōm dicendum ꝙ duas lineas rectas mathema
ticas esse infra duo puncta est impossibile. quia in eis nulla alia
ratio distinctionis potest itelligi nisi ex situ. Sed duas lineas na
turales esse infra duo puncta est impossibile quidem per naturaz
sed possibile per miraculuz. quia remanet alia ratio distinctionis
in lineis duabus ex diuersitate corpoꝝ subiectorum que cōseruat

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

virtute diuina etiam remota diuersitate situs.

Incipit quodlibet secundum.

Uesitum est de xpo de angelis. ⁊ de hominibus. Circa xpm quesita sunt duo de passione eius. Primo vtr in triduo mortis fuerit idem homo in numero. Secundo vtrum quelibet passio xpi sufficeret ad redemptionem humani generis sine morte.

Articulus primus

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ xpus fuerit idez homo in triduo. Dicitur enim Math. 12. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus. ita erit filius hominis in corde terre. sed non fuit alius filius hominis in corde terre nisi filius hominis qui loquebatur super terram. alioquin xpus fuisset duo filii. ergo fuit idem homo in triduo mortis. Preterea Jonas fuit idem homo in ventre ceti qui prius fuerat. Sed sicut Jonas fuit in ventre ceti ita xpus in corde terre. ergo etiam xpus fuit idem homo. Sed contra. Remota forma partis remouetur forma totius que resultat ex cōpositione forme ⁊ materie. Sz in triduo mortis anima fuit separata a corpore xpi. g⁹ desiit esse humanitas. Non ergo fuit idem numero homo in triduo mortis

Respondeo dicendum q̄ in xpo fuerunt tres substantie vnite scz corpus anima ⁊ diuinitas. Sed corpus ⁊ anima fuerunt vnita non solum in vnam personam sed in vnam naturam. Diuinitas autem in natura quidem non potuit vniri nec anime nec corpori. quia cum sit perfectissima natura non potest esse pars alicuius nature. sed fuit vnita ⁊ anime ⁊ corpori in persona. In morte autem separata fuit anima a corpore. alioquin non fuisset vera mors xpi. de cuius ratione est q̄ separaretur anima a corpore qō per animam vinificatur. sed diuinitas non fuit separata nec ab anima nec a corpore qō patet ex simbolo fidei in quo de filio dei dicitur. Qz sepultus est ⁊ descendit ad inferos. Corpore autez iacente in sepulcro et anima ad inferos descendente non attribuerentur ista filio dei nisi hec duo essent ei copulata in vnitate ypostasis vel persone. et ideo de Christo in triduo mortis dupliciter loqui possumus. Uno modo quantum ad ypostasim vel personam. ⁊ sic est idem numero simpliciter qui fuit. aut quantum ad

naturam humanam. et hoc dupliciter: Uno modo quantum ad totam naturam que humanitas dicitur. et sic Christus non fuit homo in triduo mortis. vnde nec idem homo nec alius homo ſz eadem ypostasis. aut quantum ad partem humane nature. et sic anima quidem fuit omnino eadez numero eo q̄ non est transmutata secundum substantiam. corpus vero fuit idem numero secundum materiam sed non secundum formam substantialem que ē anima. vnde non potest dici q̄ simpliciter fuerit idem numero. qua quelibet differentia substantialis excludit idem simpliciter. animatum autem est differentia substantialis. et ideo mori est corrumpi non alterari tantum: nec iterum potest dici q̄ simpliciter non idem vel aliud quia non est secundum totam substantiam non idem aut aliud. Dicendum est ergo q̄ secundum quid idem secundum quid non idem secundum materiam enim idem. secundum formam vero non idem. Ad primum ergo dicendum q̄ homo est nomen nature sed filius est nomen ypostasis. et ideo magis in triduo mortis Christus potest dici filius hominis q̄ homo. Ad secundum dicendum q̄ similitudo non attenditur ibi quantum ad omnia sed solum quantum ad occupationem. Nam Christus fuit mortuus in corde terre non autem Jonas in ventre ceti.

Articulus secundus

D secundum sic proceditur. Uidetur q̄ illa passio Christi non sufficisset ad redemptionem humani generis sine morte. Dicit enim Apostolus ad Galatas secundo. Si ex lege est iustitia. ergo Christus mortuus est gratis id est inutiliter et sine causa. Sed si alia passio sufficeret Christus gratis mortuus esset. sed hoc habet Apostolus pro inconuenienti. ergo alia passio Christi non sufficisset ad redemptionem humani generis.

Preterea illud enim emi dicitur quod iusto precio comparatur. Sed iustum precium pro peccato primi parentis quo venditum est in seruitutem genus humanum esse non potuit aliud q̄ vita Christi que valet omnium hominum vitas que per illud peccatum priuatur. Nam per peccatum primi hominis mors in omnes introiuit vt dicitur ad Romanos quinto. ergo non potuisset humanum genus redimi per aliam passionez Christi absq; morte. Preterea Grego. dicit in 3⁹ Moral. Qz nisi Christus mortē indebitā suscepisset nequaq̄ nos a morte debita liberaret. g⁹ passio

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

alia non suffeciſſet ad liberationem humani generis ſine morte. Preterea Apoſtolus dicit ad heb.10. Qz xp̃us vna oblatione cõ ſummauit in eternum ſantificatos. et ideo non eſt locus ſecunde oblationis. Sed manifeſtum eſt ꝙ xp̃us ante mortez multas paſ ſiones ſuſtinuit eſuriens. laborans. conſputus et flagellatus. Si ergo iſte paſſiones ſuffeciſſent non obtuliſſet ſeipſum ad mortem obtulit autem ſeipſum hoſtiaz deo pro peccatis noſtris vt dicitur ad ephe.5.z hoc per mortem. ergo paſſio xp̃i abſqz morte nõ ſuf feciſſet. Sed contra. Iniuria vl' paſſio alicuius menſuratur ex dignitate perſone. maiorem enim iniuriam patitur rex ſi percucia tur in facie ꝙ aliqua priuata perſona. ſed dignitas perſone xp̃i eſt infinita quia eſt perſona diuina. ergo quelibet paſſio eius quan tumcunqz ſit minima eſt infinita. Quelibet ergo paſſio eius ſuf feciſſet ad redemptionem humani generis etiam ſine morte. Pre terea Bern. dicit. Qz minima gutta ſanguinis xp̃i ſuffeciſſet ad re demptionem humani generis. potuiſſet autem aliqua gutta ſan guinis xp̃i effundi ſine morte. ergo etiaz ſine morte potuiſſet per aliquam paſſionem humanum genus redimere. Reſpondeo dicendum ꝙ ad emptionem duo requiruntur ſcz quantitas precii z deputatio eius ad aliquid emendum. Si enim aliquis det pre cium non equiualens ad rem aliquam acquirendam non dicitur eſſe ſimpliciter emptio. ſed partim emptio partim donatio. puta ſi aliquis emat librum qui valet. 20. libras pro. 10. libris partim emeret librum z partim ſibi daretur. Rurſus ſi daret etiam maiꝰ precium z non deputaret ad emendum non diceretur emere libꝛ Si ergo loquamur de redemptione humani generis quantuz ad quantitatem precii ſic quelibet paſſio xp̃i etiam ſine morte ſuffe ciſſet ad redemptionem humani generis propter infinitam digni tatem perſone. z ſic procedunt due vltime rationes. Si autem lo quamur quantum ad deputationem precii ſic dicenduz eſt. ꝙ nõ ſunt deputate ad redemptionem humani generis a deo patre et xp̃o alie paſſiones xp̃i abſqz morte. z hoc triplici ratione. Primo quidem vt precium redemptionis humani generis non ſoluz eſſz infinitum valore. ſed etiam eſſet eiuſdem generis vt ſcilicet nos de morte per mortem redimeret. Secundo vt mors xp̃i non soluz eſſet precium redemptionis ſed etiam exemplum virtutis vt vi delicet homines non timerent proveritate mori. Et has duas cau ſas aſſignat Apoſtolus ad Heb.2º dicens. Ut per mortẽ deſtru eret eum qui habebat mortis imperium. quantum ad primum.

Et liberaret eos qui timorẽ mortis per totaz vitam obnoxii erant ſeruituti. quantum ad ſecunduz. Tertio vt mors xp̃i eſſet etiaz ſacramentum ſalutis. dum nos virtute mortis xp̃i morimur pec cato z carnalibus concupiſcentiis z proprio effectu. et hec cauſa aſſignatur. 1. Petri 3º Xp̃us ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis vt nos offerret deo. mortificatus quidez car ne viuificatus autem ſpiritu. z ideo humanum genus non eſt re demptum per aliam paſſionem abſqz morte xp̃i. Ad primum ergo dicendum ꝙ non ſine cauſa deputata eſt mors xp̃i ad redẽp tionem humani generis quãuis minor paſſio ſufficere potuiſſet. vt dictum eſt. Ad ſecundum dicendum ꝙ xp̃us non ſoluẽdo vitam ſuam ſed etiam quãcunqz paſſionem patiendo ſufficiens precium exſoluiſſet pro redẽptione humani generis. ſi minor paſ ſio ad hoc diuinitus deputata fuiſſet. z hoc propter infinitaz dig nitatem perſone xp̃i. vt dictum eſt. Alie due rationes procedunt ex hoc ꝙ alie paſſiones xp̃i nõ fuerunt deputate ad hoc ꝙ p eas abſqz morte xp̃i redimeretur humanum genus.

Einde querebatur de angelis. Et primo quantum ad cõ poſitionem ipſoꝝ. Secundo quantum ad tempus mor ipſoꝝ. Circa primum querebantur duo. Primo vtrum angelus ſubſtantialiter ſit compoſitus ex eſſentia z eſſe. Secundo vtrum in angelo ſit aliud ſuppoſitum z natura.

Articulus tercius

D primum ſic proceditur. Videtur ꝙ angelus ſubſtanci aliter non componatur ex eſſentia z eſſe. Eſſentia enim an geli eſt ipſe angelus. qz quidditas ſimplicis eſt ipſum ſimplex. Si ergo angelus componeretur ex eſſentia z eſſe componeretur ex ſe ipſo z alio. hoc autem eſt inconueniens. Non ergo ſubſtantialiter componitur ex eſſentia z eſſe. Preterea nullum accidens ca dit in ſubſtantialem compoſitionem ſubſtantie. Sed eſſe angeli eſt accidens. proprie enim deo attribuit Dion. in libro de trinitate ꝙ eſſe non ſit accidens ei. ſed ſubſiſtẽs veritas. ergo angelus nõ eſt eſſentialiter compoſitus ex eſſentia z eſſe. Sed contra ẽ qđ dicitur in ꝓmento libri de cauſis. ꝙ intelligentia ſiue dicimus an gelum habet eſſentiam z eſſe. Rº dicendum ꝙ dupliciter ali quid de aliquo predicatur. Uno modo eſſentialiter. Alio modo per participationem. Lux enim predicatur de corpore illuminato participatiue. Sed ſi eſſet aliqua lux ſeparata predicaretur de ea

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

essentialiter. Secundum ergo hoc dd̄ est ꝙ ens predicatur de solo deo essentialiter eo ꝙ esse diuinum est esse subsistens ⁊ absolutum De qualibet autem creatura predicatur per participationem. Nulla enim creatura est suum esse sed est habens esse. Sic ⁊ deus dicit̄ bonus essentialiter qꝛ est ipsa bonitas. creature aūt dicuntur bone per participationem qꝛ habent bonitatem. vnūquodqꝫ enim inquantū est bonuꝫ ē scd̄m illud Aug. in p° de do. xp̄i. ꝙ inquantum sumus boni sumus. quandocūqꝫ aūt aliquid predicatur de altero per participationeꝫ oportet ibi aliquid esse preter id quod participatur. ⁊ ideo in qualibet creatura est aliud ipsa creatura q̄ habet esse ⁊ ipsum esse eius. ⁊ hoc est qd̄ Boe. dicit in li. de ebdomad̄. Qꝛ in omni eo qd̄ est circa primum aliud est esse ⁊ quod est

Sed sciendum est ꝙ aliquid participatur dupliciter. Uno° quasi exn̄s de substantia participātis sicut gen⁹ participatur a specie Hoc aūt modo esse non participatur a creatura. Id eniꝫ est d̄ substantia rei qd̄ cadit in eius diffinitione. Ens autē non ponitur in diffinitione creature. qꝛ nec est genus neqꝫ differentia. vnde participatur sicut aliquid non exn̄s de essentia rei. Et ideo alia qd̄ ē. an est ⁊ quid est. vnde cum omne qd̄ est preter essentiam rei dicatur accidens esse qd̄ pertinet ad qōnem an est: est accidens. ⁊ ideo ꝯmentator dicit in. 5. metha. Qꝛ ista propositio. sortes est. est de accidentali predicato sꝫ ꝙ importat entitatem rei vel veritatē propositionis. sed verꝫ est ꝙ hoc nomen ens scd̄m ꝙ importat rē cui competit hmōi esse sic significat essentiam rei et diuiditur per. 10. genera. non tamen vniuoce qꝛ non eadem ratione competit omnibus esse. Sed substantie quideꝫ per se: aliis autem aliter. Si ergo in angelo est compositio ex essentia ⁊ esse non tamen est cōpositio sicut ex partibus substantie sed sicut ex substantia ⁊ eo qd̄ adheret substantie. Ad primum ergo dicenduꝫ ꝙ aliquando ex his que simul iungūtur relinquitur aliqua res tertia sicuti ex anima ⁊ corpore constituitur humanitas que est homo. vnde homo cōponitur ex anima ⁊ corpore. Aliquando autem ex his que simul iunguntur non resultat res tertia. sed resultat quedam ratio composita sicut ratio hominis albi resoluitur in rationem hominis ⁊ in rationeꝫ albi. ⁊ in talibus aliquid componitur ex seipso ⁊ alio sicut album componitur ex eo qd̄ est albuꝫ ⁊ ex albedine. Ad secundum dicendum ꝙ esse est accidens non quasi per accidens se habens sꝫ quasi actualitas cuiuslibꝫ substantie. vnde ⁊ ip̄e de⁹ qui est sua actualitas est suum esse.

Articulus quartus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ in angelo idem sit suppositu ⁊ natura. In his eniꝫ que sunt compsita ex materia ⁊ forma differt suppositum ⁊ natura. qꝛ suppositum addit supra naturam speciei materiam indiuidualem qd̄ non potest esse in angelo. si angelus non sit compositus ex materia ⁊ forma. ergo in angelo non differt suppositu ⁊ natura. Sed dicebat ꝙ suppositum in angelo differt a natura inquantuꝫ suppositum intelligitur vt habens esse. non auteꝫ natura. Sed ꝯra. Sicut esse nō ponitur in diffinitione nature ita non poneret̄ in diffinitione suppositi vel singularis si suppositum vel singulare diffineretur. ergo suppositum per esse a natura non differt. Nullo ergo modo differunt suppositum ⁊ natura. Sed contra. In omnibus creaturis natura constituit suppositum. Sed nihil constituit seipsum. ergo in nulla creatura est idem suppositum ⁊ natura. R.° dicēduꝫ ꝙ ad huius questionis intelligentiaꝫ oportet considerare quid sit suppositum ⁊ quid natura. Natura auteꝫ quāuis multipliciter dicatur tamen vno modo dicitur natura ip̄a substātia rei. vt dicitur in. 5. metha. scd̄m ꝙ substantia significat essentiaꝫ vel quidditatē rei vel qd̄ quid est. Illud ergo significatur nomine nature. prout hic loquimur de natura qd̄ significat diffinitio. vnde Boe. dicit in li. de duabus naturis. Qꝛ natura est vnūquodqꝫ informās specifica differentia. differentia enim specifica est completiua diffinitionis. Suppositum autem ē singulare in genere substantie qd̄ dicitur ypostasis vel substantia prima. Et quia substantie sensibiles composite ex materia ⁊ forma sunt magis nobis note. ideo in eis primo videamus quomodo se habent essentia vel natura ad suppositum. Dicunt autem quidam ꝙ forma partis est idem cuꝫ forma totius que dicitur essentia vel natura secundum rem. sꝫ differt sola ratione. nam forma partis dicitur inquantum facit materiam esse in actu. forma autem totius inquantum constituit speciem sicut anima dicitur forma partis inquantum facit corpus esse in actu. et similiter dicitur anima forma totius inquantum constituit speciem humanam. et sic dicitur humanitas. et secundum h° in rebus compositis ex materia et forma natura est pars suppositi. Nam suppositum est indiuiduum compositum ex materia et forma. vt dictum est. Sed predicta positio non videtur esse ꝟa. qꝛ vt dictuꝫ ē natura vel essentia d̄r id qd̄ significat diffinitio

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Diffinitio autem in rebus naturalibus non solum significat formam sed etiam materiam. vt dicitur in. 6. metha. Nec potest dici q materia ponatur in diffinitione rei naturalis sicut non exns de essentia eius. hoc enim est proprium accidentis vt diffiniatur per aliquid qđ non est de essentia eius. s. per subiectum. z ideo habent essentiam incomplete. vt dicitur in. 6. metha. Relinquitur ergo q in rebus compositis ex materia z forma essentia vel natura non sit sola forma sed compositum ex materia z forma. restat ergo considerandum cum suppositum vel individuum naturale sit compositum ex materia z forma. vtr sit idem essentie vel nature. Et hanc q̃nem mouet phūs in. 7. metb. vbi inquirit vtr sit idem vnūquodq; z q quid est eius. z determinat q in his que dicuntur per se idem est res z q quid est rei. In hīs autem que dicuntur per accidens non est idem. Homo enim nihil est aliud q̃ quid est hominis. Nihil enim aliud significat homo q̃ animal gressibile bipes. Sed res alba non est idem omnino ei q quid ẽ album. qđ scz significatur nomine albi. Nam album nihil significat nisi qualitatem. vt dicitur in predicamentis. res autez alba est substantia habens qualitatem. Secunduz hoc ergo cuicunq; potest aliquid accidere qđ non sit de ratione sui nature in eo differt res. z q quid est siue suppositum z nature. naz in signatione nature includitur solum id qđ est de ratione speciei. suppositum autem non solum habet hec que ad rationem speciei pertinent. sed etiam alia que ei accidunt. z ideo suppositum signatur vt totum. natura autem siue quidditas vt pars formalis. In solo aūt deo non inuenitur aliqđ accidens preter eius essentiam. qr suuz esse est sua essentia. vt dictum est. z ideo in deo est omnino idem suppositum z natura. In angelo autem non est omnino idem. qr aliquid accidit ei preter id qđ est de ratione siue speciei. qr̃ z ipm esse ãgeli ẽ preter eius essentiam seu naturaz. z alia q̃dam ei accidunt que omnia pertinent ad suppositum. non autez ad naturaz

Ad primum ergo dicẽdum q non solum in compositis ex materia z forma inuenitur aliquod accidens preter essentiaz speciei sed etiam in substantiis spiritualibus que non componuntur ex materia z forma. z ideo in vtrisq; supposituz nõ est omnino idez qđ natura. Hoc tamen est aliter z aliter in vtrisq;. Dupliciter. n. aliquid accipitur vt accidens preter rationem rei. Uno? qr non cadit diffinitione signate essentiam rei sed tamen non ẽ designatiuum vel determinatiuum alicuius essentialium principiorum.

sicut rationale accidit animali. vtpote preter diffinitionem eius existens. z tamen est determinatiuum essentie animalis. vnde est essentiale homini z de ratione eius existens. Alio? accidit aliqđ alicui. qr nec est in eius diffinitione nec est determinatiuum alicuius essentialium principioz. sicut albedo accidit homini. Dis ergo que sunt composita ex materia z forma accidit aliqđ preter rationem speciei existens vtroqz modo. Cuz enim de ratione speciei humane sit q componatur ex anima z corpore: determinatio corporis z anime est preter rationem speciei. z accidit homini inquantuz est homo q sit ex hac anima z ex hoc corpore. Sed hoc conuenit per se huic homini de cuius ratione esset si diffiniretur q esset ex hac anima z ex hoc corpore sicut đ ratione hominis cõmunis est q sit ex anima z corpore. Accidunt etiam compositis ex materia z forma preter rationem speciei multa alia que ñ sunt determinatiua essentialium principiorum. Substantiis vero immaterialibus creatis accidunt quidem aliqua preter rationẽ speciei que non sunt determinatiua essentialium principiorum vt dictuz est. non tamen accidunt eis aliqua que sunt determinatiua essentie speciei qr ipsa natura speciei non individuatur per materiam sed per se ipsam ex hoc q talis forma non est nata recipi in aliqua materia. vnde per se ipsam non est multiplicabilis neqz predicabilis de plurib9. sed qr non est suuz esse accidit ei aliquid preter rationem speciei scz ipsum esse z alia quedam que attribuuntur supposito z non nature propter qđ suppositum in eis non est omnino idem cum natura. Ad secundum dicenduz q nõ omne qđ accidit alicui preter rationem speciei est determinatiuũ essentie ipsius vt oporteat illud poni in ratione eius sicut dictuz est. z ideo licet ipsuz esse non sit de ratione suppositi qr tamẽ pertinet ad suppositum z non est de ratione nature manifestum ẽ q suppositum z natura non sunt omnino idez in quibuscunq; res non est suum esse. Ad illud vero qđ in contrarium obicitur dicendum q natura dicitur constituere suppositum etiaz in compositis ex materia z forma non qr natura sit vna res z suppositum alia res. Hoc enim scđm opinionem dicentium q natura speciei sit forma tãtũ que constituit suppositum sicut totum sed qr scđm modum signandi natura significatur vt pars ratione supradicta suppositum vero vt totum. nam significatur vt constituens z suppositum vt constitutum.

Articulus quintus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CREDOS USALES

Einde quesitum est de tempore per qđ deus mouet creaturam spiritualem sm Aug. vtr sit idem cum tẽpore qđ mẽsurat motus corporalium rerr. Et videtur ꝙ sic. qr neqz Aug. diuersitatem hanc tẽporr assignat neqz aliquis phũs. Vnum gr videtur hanc diuersitatem temporr assignare. Preterea omne qđ est inquantum est vnum est. Si ergo non sit vnum tẽpus sz diuersa non erit ens qđ est inconueniens. Oportet ergo ponere vnum tempus tantum. Sz contra. Tẽpus quo mensurantur corporales motus ẽ numerus motus primi celi scđm philo. in. 4. phi. Sed tempus per qđ mouentur angeli non habet aliqez ordinẽ ad motum. ergo illud tempus ẽ aliud a tempore corporaliuz rerr Preterea perpetuo z corruptibili nihil est ꝯmune nisi scđm nomẽ vt dicitur in. 10. metha. sed angeli sunt perpetui. corpora aũt sunt corruptibilia. non ergo id tẽpus est vtrorũqz. Rr. dđ ꝙ sicut Aug. dicit in. xi. de ciui. dei. Tempora non fuissent nisi creatura fieret que aliquid aliqua motione mutare. cuius mutationis aliud atqz aliud que simul esse non possunt. cedit atqz succedit sequitur tempus. ex quo accipitur ꝙ etiam phũs dicit in. 4. phi. Oz oportet loqui de tempore scđm rationem motus. nam tẽpus est numerus motus secundum prius z posterius. Omnes gr motus qui possunt mensurari vna mensura habent vnuz tempr. Si qui vero motus sunt qui non possunt vna mensura mensurari necesse est ꝙ eorr sit diuersum tempus. Cum autem mensura sit homogenea mensurato. vt dicitur in. 10. metha. manifestum ẽ ꝙ omnia que sunt vnius generis possunt habere vnam mensuram cõmunem non autem que sunt generr diuersorr. Omnes aũt motr continui conueniunt in vno genere inquantum sunt cõmensurabiles. z ideo possunt habere vnam mensuram ꝯmunem. mensurãtur enim omnes simplicissimo sui generis. s. velocissimo motu primi celi. vñ omnium motuum ꝯtinuorr potest esse vnuz tẽpus cõmune. qđ quidem tẽpus licet videatur esse sm genus de numero discretorr. qr est numerus harr rerr ꝯtinuarr. s. motuum sit z ipm ꝯtinuum. sicut decẽ simpliciter dictuz ẽ aliquid discretuz. Sz decẽ vlne pãni est aliquid ꝯtinuum. discretorr aũt z ꝯtinuorr nõ põt esse vna mẽsura cõis cum sint diuersorr generr inquantũ sunt mẽsurabilia. z ideo necesse ẽ si sint aliqui motus nõ ꝯtinui ꝙ tẽpus eorr aliud a motu quo mẽsurantur motus ꝯtinui. Manifestum ẽ aũt ꝙ motus spiritualium creaturarr de quibus Aug. loquit dicens creaturaz spiritualẽ moueri per tẽpus z nõ per locuz nõ sunt

motus continui sed vicissitudines quedam discrete. Dicit enim ꝙ per tẽpus mouetur animus vel reminiscendo qđ oblitus erat vel discendo qđ nesciebat. vel volẽdo qđ volebat. vñ manifestuz est ꝙ cuz tẽpus non habeat ꝯtinuitatem nisi ex motu. ꝙ tale tẽpr nõ est ꝯtinuz. z ꝙ est aliud a tempore corporalium rerum. Ad primum ergo dicendum ꝙ Aug. ex ipsa differentia motuum dat intelligere differentiam temporum. Ad secundum dicendum ꝙ eo modo aliquid est vnum quo est z dicitur esse. qđ enim dicit esse secundum speciem est vnum specie non autem vnuz numero vnde non sequitur si sint plures homines ꝙ non sit homo. z similiter non sequitur si sint plura tempora ꝙ non sit tempus.

Einde quesitum est de hominc. Et primo quantum ad vtutes. Secundo quantum ad peccata. Tertio quantum ad penas. Circa virtutes autem fuit quesituz z quantuz ad res diuinas z quantum ad res humanas. Quantuz ad res diuinas quesita sunt tria. Primo circa fidem vtrum aliquis teneretur credere xpo visibilia miracula non facienti. Secundo circa fidei sacramentum. vtrum paruuli iudeorum sint baptisandi inuitis parentibus. Tertio circa decimas que debentur ministris sacramentorum. vtrum aliquis propter consuetudinem possit excusari ne decimas soluat.

Articulus sextus

D primum sic proceditur. Videtur ꝙ xpo non facienti visibilia miracula homines credere non tenerentur. Quicũqz enim non facit hoc ad qđ tenetur peccat. Sed si hoies non crederent xpo miracula non facienti non peccarent. Dicit. n. ipse in Johãne qntodecimo. Si opera non fecissem in eis que nullus alius fecit peccatuz nõ haberẽt. z loquit de pctõ infidelitatis sm aug. gr xpo si nõ fecisset miracula hoies credere nõ tenerent. Preterea nullus põt mutare legẽ nisi lator legis vl eo superior. Sz xpus pdicabat qdaz qđ videbant ptinere ad veteris legis abolitionẽ sicut ꝙ cibi nõ coinquinauerũt hoiem z ꝙ lz in sabbato opari. Si gr nõ pbasset se esse legislatorẽ nõ fuisset ei credẽduz. Sz hr fieri nõ potuisz nisi p miracla cũ legislatorẽ multa miracla pcesserit. gr xpo nõ eẽt credẽdũ nisi miracla feciss. Sz ctra. Magis obligant hoies ad credẽduz prime vitati ꝙ ad credenduz visibilibus signis. Sz licet xps miracula nõ fecisset ipe tñ verus deus erãs prima vitas erat. ergo etiaz si miracula non fecisset adhuc erat ei credendum.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Preterea gracia vnionis est maior q̄ gracia gratum faciens per adoptionem. Sed miracula non sufficiēter probant graciaz gratum facientem. qz vt habetur Math. 7. his qui xp̄o in iudicō dicent. Dn̄e in nomine tuo virtutes multas fecimus. respondebitur Non noui vos. ergo multo minus miracula sufficiunt ad probādum graciam vnionis. Si ergo sine miraculis xp̄o homines credere non tenerentur neqz etiam miraculis factis tenebantur credere dicenti se esse deum. qd̄ patet esse falsum. R.º dicenduz q̄ nullus tenetur ad hoc qd̄ est supra vires suas nisi per hūc modum quo fit sibi possibile. credere autem est super potentiam hominis naturalem. vnde ex dono dei prouenit. sz̄ illud Apl̄i ad ephe. 2. Gracia saluati estis per fidez. z hoc non ex nobis. dei. n. donum est. z ad phil. 1. dicit. Uobis datum est non solum vt in ipsum credatis. sed vt pro ipso patiamini. Homo ergo tenetur credere sz̄ hoc q̄ adiuuatur a deo ad credendum. Adiuuatur aūt a deo aliquis ad credendum tripliciter. Primo quidem per interiorem vocationez. de qua dicitur Jo. 6. Omnis qui audit a patre z didicit venit ad me. z ad Ro. 8º Quos predestinauit hos z vocauit. Secundo per doctrinam et predicationem exteriorem secundum illud apl̄i ad Ro. 10. Fides ex auº itu. auditus autez per verbum xp̄i. Tertio per exteriora miracula. vnd̄ dicitur. 1. ad Cor. 14. q̄ signa data sunt infidelibus vt scz per ea prouocentur ad fidem.. Si autem xp̄us visibilia miracula non fecisset adhuc remanebant alii modi attrahendi ad fidem quibus homines acquiescere tenerentur. Tenebantur enim homines credere actori legis z prophetarum. Tenebantur etiam interiori vocationi nō resistere. sicut Jsa. de se dicit. Dominus deus aperuit mihi aurez ego autem non ꝯtradico retrorsum non abii. Jsa. 50. sicut de quibusdam dicitur Act. 7. Uos semper spiritui sancto restitistis.

Ad primum ergo dicendum q̄ inter illa opera que xp̄us in hominibus fecit ānumerari etiam debet vocatio interior qua quosdam attraxit sicut Grego. dicit in quadam omelia. Qz xp̄us per misericordiam Magdalenam traxit interius. qui etiam per clementiam suscepit foris. Annumerari etiam debet eius doctrina cum etiam ipse dicat. Si non venissem z locutus eis non fuissez peccatum non haberent. Ad secundum dicendum q̄ xp̄s poterat se ostendere esse legislatorem non solum faciendo visibilia miracula. sed etiam per auctoritatem scripture z per interiorez instinctum. Ad tertium dicēdum q̄ interior instinctus quo xp̄s

poterat se manifestare sine miraculis exterioribus pertinet ad virtutem prime veritatis. que interius hominem illuminat z docet

Ad quartum dicendum q̄ miracula visibilia fiunt virtute diuina ad confirmationem virtutis fidei. vnde dicitur Math. vlti. de apl̄is. q̄ predicauerunt vbiqz domino cooperante z sermonez confirmante sequentibus signis. Non autem fiunt miracula semper ad demonstrādum graciam eius per quem miracula fiunt. et ideo potest contingere q̄ aliquis graciam gratum facientem non habēs miracula faciat. sed hoc contingere non potest q̄ aliquis falsam doctrinam annuncians vera miracula faciat que nisi virtute diuina fieri possunt. Sic enim deus esset falsitatis testis qd̄ est impossibile. Cum ergo xp̄us se filium dei diceret equalez deo. hanc eius doctrinam comprobabant miracula que faciebat. z iō ostendebatur xp̄us per miracula que faciebat esse deus. Petrus autem licet eadem vel maiora miracula faceret non probabatur esse deus. sed per ea etiam probabatur q̄ xp̄us esset deus. qz Petrus non predicabat seipsum sed Jhesum xp̄m esse deum.

Articulus septimus

D secundum sic procedebatur. Uidetur q̄ pueri iudeoruz sint baptisandi inuitis parentibus. Maius enim est vinculum matrimoniale q̄ ius paterne potestatis. quia paterna potestas potest per hominem solui cum filiusfamilias emancipatur vinculum autem matrimoniale non potest solui per hominem secundum illud Math. 19. Quos deus coniunxit homo non separet. Sed propter infidelitatem soluitur vinculum matrimoniale. Dicit enim apl̄us. 1. ad Cor. 7. Qz si infidelis discedit discedat. Non enim seruituti est subiectus frater aut soror z hmōi. z canon dicit q̄ si coniunx infidelis non vult cohabitare sine contumelia creatoris q̄ alter coniugum non debet ei cohabitare. ergo multo magis propter infidelitatem tollitur ius paterne potestatis. Sic ergo infideles iudei non habent ius paterne potestatis in suos filios. possunt ergo eorum filii baptisari eis inuitis. Preterea magis debet homini subuenire contra periculuz mortis eterne q̄ cōtra periculuz mortis temporalis. Sed si aliquis videret hominez in periculo mortis temporalis et ei non ferret auxilium peccaret. Cum ergo pueri iudeorum z aliorum infidelium sint in periculo mortis eterne si parentibus relinquantur qui eos in sua infidelitate informāt. videtur q̄ sint eis auferendi z baptisandi z in fide instruendi. Preterea filii seruorum sunt serui z in potestate do-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

minorum. Sed iudei sunt serui regum ꝛ principum. ergo ꝛ filii eorum. Reges ergo ꝛ principes habent potestatem de filiis iudeorum facere qđ voluerint. Nulla ergo erit iniuria si baptisarent inuitis parentibus. Preterea quilibet homo magis est dei a quo habet animam ꝙ patris carnalis a quo habet corpus. Non ē g⁹ iniustum si pueri iudeorum carnalibus parentibus auferantur et deo per baptisimum consecrantur. Preterea baptismus est efficax ad salutem ꝙ predicatio. qz per baptismuz statim tollitur peccati macula ꝛ reatus pene. ꝛ aperitur ianua celi. Sed si periculuz sequatur ex defectu predicationis imputatur ei qui non predicauit. vt habetur Ezech. 3°. ꝛ. 33. De eo qui videt gladium venientez ꝛ non insonuerit tuba. g⁹ multo magis si pueri iudeoꝝ damnentur propter defectum baptismi imputatur ad peccatum eis qui potuerunt baptisare ꝛ non baptisauerunt. Sed contra. Nemini facienda est iniuria. Fieret aũt iudeis iniuria si eoꝝ filii baptisarentur eis inuitis. qz amitterent ius paterne potestatis in filios iam fideles. g⁹ eis inuitis non sunt baptisandi. Rō. dicēduz ꝙ maximam auctoritatem habet ecclesie consuetudo que semper est in omnibus emulanda. qz ꝛ ipsa doctrina catholicoꝝ doctoꝝ ab ecclesia auctoritatem habet. vnde magis est standum consuetudini ecclesie ꝙ vel auctoritati Aug. vel Dier. vel cuiuscūqz doctoris. hoc aũt ecclesie vsus nunꝙ habuit. ꝙ iudeoruz filii inuitis parentibus baptisarentur ꝙuis fuerint retroactis temporib⁹ multi catholici principes potentissimi. vt Constantinus Theodosi⁹ ꝛ alii plures quib⁹ familiares fuerunt sanctissimi episcopi. vt Siluester Constantino ꝛ Ambrosius Theodosio. qui nullo mō b⁹ pretermisissent ab eis impetrare si hoc esset consonum rationi. et ideo periculosum videtur banc assertionem de nouo inducere. vt preter consuetudinem in ecclesia hactenus obseruatam iudeorum filii inuitis parentibus baptisentur. Et huius ratio ē duplex. vna quidem propter periculum fidei. Si enim pueri nondum vsuz rationis habentes baptismum susciperent postmodum cum ad perfectam etatem peruenirent de facili possent a parentibus induci vt relinquerent qđ ignorantes susceperunt quod verteret in fidei detrimentum. Alia vero ratio est. quia repugnat iustice naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris. et primo quidem a parente non distinguitur secundum corpus quādiu in matris vtero continetur. Postmodum vero postꝙ ex vtero egreditur anteꝙ vsuz liberi arbitrii habeat continetur sub parentuz cura. sicut sub

quodam spirituali vtero. Quādiu enim vsum rationis non habet puer non differt quantum ad ea que agit ab animali irrationali. vnde sicut bos vel equus iure gentium vel ciuili est possessoris vt vtatur eo cuz voluerit sicut proprio instrumento ita de iure naturali est ꝙ filius anteꝙ habeat vsum rationis sit sub cura patris. vnde contra iusticiam naturalem esset si puer anteꝙ haberet vsum liberi ar. a cura parentum subtrabatur vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Postꝙ autem incipit habere vsum liberi arbitrii iam incipit esse suus. ꝛ potest quantum ad ea q̄ sunt iuris diuini vꝫ naturalis sibi ipsi prouidere. ꝛ tunc est inducēdus ad fidem non coactione sed persuasione. ꝛ potest etiaz inuitis parentibus consentire fidei et baptisari: non autem anteꝙ habeat vsum rationis. vnde de pueris antiquorum patrum dicitur ꝙ saluabantur in fide parentum. per quod datur intelligi ꝙ ad parentes pertinet prouidere filiis de sua salute precipue anteꝙ habeāt vsum rationis. Ad primum ergo dicendum ꝙ in vinculo matrimoniali vtriqz coniugum habent vsum liberi arbitrii ꝛ vterqz potest inuito altero fidei assentire. sed hoc non hz locuz in puero anteꝙ habeat vsuz rōis sz postꝙ hz vsuz rōis tūc tz silitudo si cōuerti voluerit. Ad secundū dicēduz a temporali non est aliqs eripiendus contra ordinem iuris ciuilis. puta si aliquis a suo iudice condemnetur ad mortem nullus debet eum violenter eripere. vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturalis q⁹ filius est sub cura patris vt eum liberet a periculo mortis eterne.

Ad tertium dicendum ꝙ iudei sunt serui principum seruitute ciuili que non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini. Ad quartum dicendum ꝙ homo ordinatur ad deum per rationē per quaz deum cognoscere potest. vnde puer anteꝙ vsum rationis habeat naturali ordine ordinatur in deum per rationem parentum. quorum cure naturaliter subiacet ꝛ secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda. Ad quintum dicenduz ꝙ periculuz quod sequitur ex predicatione omissa nulli imminet nisi ei cui est commissum predicationis officium. vnde in Ezech. premittit. Speculatorem dedi te filiis israel. prouidere autem pueris infidelium de sacramentis salutis pertinet ad parentes eoꝝ. vnde eis imminet periculum propter subtractionem sacramentorum si eorum paruuli detrimentum salutis patiantur.

Articulus octauus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

D tertium sic procedebatur. Uidetur q̄ propter consuetu
dines aliqui deobligentur a iure reddendi decimas. Ma
gis enim est accipere decimas q̄ non dare. Sed propter consuetu
dinē in aliquibus terris aliqui milites accipiunt decimas. et hoc
ab ecclesia tolleratur. ergo multo magis propter consuetudinem
aliqui deobligantur vt decimas non soluant neq3 soluere tenean
tur. Sed contra. Jus diuinum non aboletur per dissuetudinē
Sed decime debentur de iure diuino. ergo per dissuetudinem nō
aboletur ius reddendi decimas. Tenentur ergo homines redde
re decimas contraria consuetudine non obstante. R.ō dicēdu3
q̄ ea que sunt de iure positiuo per dissuetudinem abolentur. Ea
vero que sunt a iure naturali vel de iure diuino nulla dissuetudi
ne aboleri possunt. Nulla enim dissuetudine fieri potest vt sit lici
tum furari vel mechari. Est ergo considerandum ad propositam
questionem vtr̄ dare decimas sit de iure diuino vel de iure posi
tiuo humano. Jus autem diuinum in nouo t veteri testamēto cō
tinetur. t quidē non apparet in nouo testamento aliquod precep
tum datum de decimis soluendis in doctrina dico euangelica vl̄
apostolica. Q̄ enim dicitur Math. 23 de solutione decimar̄ hoc
oportuit facere t illa non omittere. t q̄ dicit phariseus Lu. 18. De
cimas do omnium que possideo. magis videtur ad statum vete
ris testamenti pertinere q̄ obseruantie noui testamenti formā im
ponere. In veteri autem testamento triplex genus preceptor̄ erat
quedam enim erant precepta moralia. quedam iudicialia. que
dam ceremonialia. Precepta moralia sunt que sunt indita natu
rali rationi ad que homines omni tempore obligātur. vt honora
patrem t matrem. non mechaberis. non furtum facies. t similia.
Precepta autem iudicialia sunt per que iudicia exercebantur. pu
ta si quis furaretur vnam ouem redderet quatuor. t hmōi precep
ta non sunt indita rationi naturali. non enim ratio naturalis ha
bet q̄ ille qui furatur ouez magis reddat quatuor q̄ tres vl̄ vnaz
sed tamen per huiusmodi precepta determinatur morale precep
tum. Habet enim ratio naturalis q̄ ille qui furatur debeat puni
n. sed q̄ tali pena puniatur hoc determinatur per preceptum iudi
ciale. Precepta autem ceremonialia veteris legis sunt que perti
nent ad obseruantiam diuini cultus. t sunt ordinata ad figuran
dum aliquod futurum. sicut ymolatio agni paschalis figurabat oc
cisionem xp̄i. Est ergo considerandum vtr̄ preceptuz de decimis
persoluendis sit morale vel iudiciale vel cerimoniale. Si enim

morale est ad hoc omnes tenentur t omni tempore nulla obstan
te contraria consuetudine. sed hoc non videtur q3 ratio naturalis
non dictat magis q̄ homo ministris dei det decimam q̄ vndeci
mam vel nonam partem fructuum. Si autem sit preceptum iudi
ciale non tenentur ad decimas dandas: sicut nō tenentur omnes
ad iudicandum secundum iudicia in lege veteri conscripta. quia
illa iudicialia precepta sunt specialiter illi populo data considera
tis conditionibus eius. non enim eadez omnibus expediunt. Si
autem sit preceptum cerimoniale non solum obligaret sed etiam
obseruatum induceret in peccatum. peccaret enim si quis agnum
paschalem ymolaret q3 post aduentum veritatis cessauerunt figure
Dicendum est ergo sicut antiqui magistri dixerunt q̄ quedaz pre
cepta legis sunt pure moralia. vt non occides. non furtum facies
quedam autez pure sunt cerimonialia. vt ymolacio paschalis agni
t circumcisio. quedam autem sunt media. secundum aliquid mo
ralia t secundum aliquid cerimonialia. sicut preceptum de obser
uatione sabbati est morale quantum ad hoc q̄ aliq̄s temp⁹ que
ti deputetur ad vacandum diuinis. Hoc eniz ratio naturalis ha
bet. sed q̄ dies septima sit deputata hoc est ex determinatōne dei
propter aliq̄ figuram. vnde hoc est cerimoniale. Sic ergo precep
tum de decimis persoluendis est quidem secundum aliquid mo
rale. vt scz qui pro toto populo diuino obsequio vacant stipen
diis populi, sustententur. sicut t qui in aliis officiis reipublice ser
uiunt a populo sustentantur. t secundum hunc modum proponit̄
hoc preceptum in nouo testamento. Dicit enim dominus Math.
7. Dignus est operarius cibo suo. t aplus dicit. 1. ad Cor̄. 9. Q̄
dominus ordinauit vt qui euangeliuz annunciant de euangelio
viuant. t qui altario seruiunt de altario viuant.. Sed quantum
ad determinatum numeruz decime non est de iure naturali neq3
est preceptum morale. sed est cerimoniale inquantum refertur ad
figurandum aliquid circa xp̄m: vel etiam est iudiciale secundum
conuenientiam ad illum populum in quo multitudo ministroruz
tali taxatione opus erat ad ministrorum dei sustentationem. Sic
ergo hoc commune q̄d est prouidere ministris dei in necessariis vi
te est de iure diuino quasi morale preceptum t de iure naturali ex
istens. Ad quemlibet autem principem qui potest leges condere
pertinet ius naturale commune per ius positiuum determinare.
nihil enim est aliud ius positiuum q̄ determinatio iuris natura
lis. sicut ius naturale habz q̄ malefactor puniat̄. sed q̄ tali pena

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

puniatur hoc determinatur per ius positiuum. Quia ergo eccle sia habet potestatem condendi legem in his que pertinent ad cul tum dei potuit per ecclesie statutum taxari quantitas eox q̄ sunt danda ministris dei a populo. ꝛ vt esset quedaꝫ consonantia no ui ꝛ veteris testamenti statuit ecclesia vt taxatio veteris testamen ti seruaretur etiam in nouo. vnde omnes tenẽtur ad decimas ve lint nolint. posset autem ecclesia statuere si causa subesset vel in maiori vel in minori numero. puta q̄ daretur octaua vel duode cima sicut ꝛ q̄ detur decima. Patet ergo q̄ nulla consuetudo con traria soluit hominem ab obligatione reddendi decimas. qꝛ hec ob ligatio fundatur supra ius diuinum ꝛ supra ius naturale. vnd̄ semper tenentur homines reddere decimas si ecclesia exigat etiaꝫ contraria consuetudine non obstante. ꝛ in terris in quibus ẽ con suetudo q̄ decime soluantur ipsa cõsuetudo quasi expostulat de cimas. vnde peccaret qui non redderet. sed in terris in quib⁹ nõ est consuetudo ꝓmunis q̄ decime dentur ꝛ ecclesia non petit vide tur ecclesia remittere dum dissimulat. et ideo homines in terris illis non peccant decimas non dando. Dux enim esset dicere q̄ om nes homines ytalie ꝛ orientalium partium damnarentur qui de cimas non soluunt. Et hm̄oi argumentum possumus ab aposto lo accipere cui cum deberentur necessaria victus ab his quibus predicabat tamen nõ accipiebat nec tamen peccabant qui ei nõ dabant. alioquin male cum eis egisset non accipiendo presertim cum ipse dicat actꝫ. 20. Non enim subterfugi quo minus annun ciarem vobis omne consilium dei. ꝛ ideo aplus non exigebat qd̄ sibi debebatur ne daretur aliquod offendiculũ euangelio vt ipe dicit. vnde nõ bene facerent rectores ecclesiarum si in terris illis decimas exigerent in quibus non est consuetudo dari si probabi liter crederent q̄ ex hoc scandalum nasceretur. Ad illud ergo qd̄ in contrarium obicitur dicendum q̄ milites qui accipiunt de cimas in aliquibus terris non habent ius accipiendi decimas. hoc enim ius est spirituale debituꝫ ministris dei. vnde non cadit in laicam personam sed res ille temporales que a iure exiguntur ex concessione ecclesie date sunt aliquibus militibus propter ali qua seruicia que fecerunt ecclesie sicut et ecclesia potest remittere ipsos fructus qui debentur pro decima. non tamen remittit ius exigendi decimas. nec tollit debitum reddendi.

Unde quesitum est de his que pertinent ad virtutes cir ca res humanas. et circa hoc quesita sunt duo. Primo

vtrum filius teneatur obedire parentibus carnalibus in indiffe rentibus. Secundo vtꝝ venditor teneatur dicere emptori vici um rei vendite.

Articulus nonus

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ filius teneatur obe dire parentibus carnalibus quantum ad omnia. Dicitur enim Deut. 21. Si genuerit homo filium contumacem ꝛ proter uum qui non audiat patris aut matris imperium lapidibus eum obruet populus ciuitatis. Sꝫ pena talis nõ infligeretur nisi gra uiter peccaret non obediendo. ergo filii tenentur obedire parenti bus carnalibus per omnia. Preterea Apostolus dicit ad Col. 3⁰ Filii obedite parentibus per omnia. Preterea precepta mo ralia affirmatiua quãuis non ad semper obligent. tamen nunq̄ contrarium facere licet. Sed preceptum morale affirmatiuum est de honoratione parentum. ergo nunq̄ licet irreuerentem esse pa renti. quod esset si eius mandato non obediretur. tenetur ergo fi lius in omnibus p̃itibus obedire. Sed contra. Non minus obediendum est patribus spiritualibus q̄ carnalibus sed magis vt habetur per apostolum ad Hebre. 12. Sed patribus spiritua libus non tenentur subditi obedire in indifferentibus. Religio si enim qui obedientiam profitentur non tenentur obedire suis prelatis nisi in his que sunt secundum regulam. vt Bern. dicit in libro de dispensatione ꝛ precepto. ergo nec parentibus carnalib⁹ filii tenentur in indifferentibus obedire. Respondeo dicen dum q̄ cum obedientia prelato debeatur ad illa se extendit de bitum obedientie ad que se extendit ius prelationis. habet autẽ pater carnalis ius prelationis in filium. Primo quidem quan tum ad domesticam conuersationem. Sic enim est paterfamili as in domo sicut rex in regno. vnde sicuti subditi regis tenentur obedire regi in his que pertinẽt ad gubernationeꝫ regni. ita etiaꝫ filii ꝛ alii domestici tenẽtur obedire patrifamilias in his que per tinent ad dispensationem domus. Secundo quantum ad moꝝ disciplinam. vnde apostolus dicit ad Heb. 12. Patres quidem carnis nostre habuim⁹ eruditores ꝛ obtemperabamus eis. debet enim pater filio non solum educationem sed etiam disciplinam vt pbũs dicit. In his ergo filius tenetur obedire patri carnali et non aliis. Ad primũ g⁰ dd̄ q̄ loquitur ibi Moyses ō impio paterno qd̄ pertinet ad disciplinam moꝝ. vnde ibidem dicitur.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Monita nostra audire contemnit comesationibus vacat ⁊ luxurie atq; conuiuiis. Ad secundum dicendu; ꝙ aplus dicit obedi endum esse parentibus per omnia ad que se ius prelationis extē dit. Ad tertium dicendum ꝙ non exhibet irreuerentiā precipiē ti si non obedit ei in his in quibus obedire non tenetur.

Articulus decimus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ venditor non tene atur dicere vicium rei vendite emptori. qꝛ secundum leges ciuiles venditor ⁊ emptor se inuicem decipere possunt. nulla autē posset esse deceptio si venditor rei vendite vitium emptori dicere teneretur. ergo non tenetur. Sed dicebat ꝙ leges non loquunt secundum forꝝ conscientie sed qđ nunc loquimur est secundum fo rum contentiosum. Sed contra. Scđm phm̄ in 2º ethico. In tentio legislatoris est ciues facere bonos. qđ ergo licet secundum leges non est contrarium virtuti. ⁊ ita etiam non est contrariu; cō scientie. Sed contra est secundum leges ciuiles. Si aliquis ven dat animal morbidum tenetur de vicio. ergo tenebatur dicere vi cium emptori. Preterea Tullius dicit in li. de officiis. Qꝛ ad of ficium boni viri pertinet. vt dicat emptori illud pro quo res mi nus venderetur. hmōi autem est vitium rei vendite. ergo vendi tor tenetur dicere emptori vitiu; rei vendite. Rº dđ ꝙ aliquid pertinet ad bonum virum ad qđ tamen homines non tenentur. sicut ad bonum virum pertinet ꝙ liberaliter amico sua bona lar giatur ꝙuis ad hoc non teneatur. Sed aliquid pertinet ad bonū virum ad qđ tenetur sc; ꝙ reddat alicui quod iustum est. Na; ac tus iusticie est vt reddatur alicui quod ei debetur. Et ideo vnus quisq; venditor ad hoc tenetur vt iustam venditione; faciat. nō autem vt faciat venditionem liberalem dimittens aliquid de pre cio iusto. Iusticia autem equalitas q̄dam est. vt dicitur in. 5. ethi. Est ergo iusta venditio quando precium acceptū ab habēte equa tur rei vendite. iniusta aute; si non equetur sed plus accipiat. Si ergo vitium rei vendite faciat rem minus valere ꝙ̄ precium impo situm a venditore iniusta erit venditio. vnde peccat occultans vi cium. Si aūt nō faciat rem minus valere ꝙ̄ precium impositū qꝛ forte venditor minus precium imponit propter vitium tunc non peccat tacens vitium quia venditio non est iniusta. et forte esset sibi damnosum si vitium diceret. quia emptor vellet habere rem etia; pro minori precio ꝙ̄ valeret. Liberaliter tamē faceret si dam nosum proprium ꝯtemneret vt satisfaceret voluntati alteri⁹ licet

ad hoc non teneatur. Ad primum ergo dicendu; ꝙ per illud dictum legis non habetur ꝙ licitum sit simpliciter venditori deci pere emptorem ⁊ econuerso. sed dicitur aliquid esse licitum secun dum legem qđ per legem non punitur. sicut secundum legem ve terem licebat libellus repudii. Ad secundum dicendum ꝙ p̄ cepta legis sunt ductiua ad perfectam virtutem tamen actus per fecte virtutis non cadunt sub precepto legis humane sed prohib; quedam grauiora vt gradatim homines retracti a malis per seip sos ad virtutes exerceantur. permittit autem quedam minora pec cata eis penam non infligens qꝛ sine his non facile inuenitur ho minum multitudo: ⁊ de talibus est deceptio que est inter venden tes ⁊ emētes qꝛ plurimi sunt qui volunt vile emere ⁊ care vendere vt Aug. dicit in li. de trini. Ad illud vero qđ primo in contra rium obicitur dicendum ꝙ illud intelligendum est quando mor bus pecoris facit pecus minus valere ꝙ̄ vendatur. Ad secun dum dicendu; ꝙ ea ratione Tullius dicit ꝙ vir bonus non tacet vicium rei vendite quia ad virum bonum non pertinet decipere aliquem. deceptio autem non est si id qđ tacetur de re vendita nō facit rem minus valere ꝙ̄ precium qđ pro ea accipitur.

Einde quesitum est de peccatis. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo vtrum peccatum sit appetere prelationem. Secundo vtꝝ peccatū sit predicatori habere oculū ad rē tēporalē

Articulus vndecimus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ peccatum sit appete re prelationem. Non enim videtur ꝙ possit appeti sine pec cato id qđ non fuit in statu nature integre sed solum in statu na ture corrupte. Sed prelatio non fuit in statu nature integre sed in cepit esse post peccatum quando dictum est mulieri. Sub viri po testate eris. ergo peccatum est prelationem appetere. Preterea appetitus videtur esse de his que pertinent ad statum future glo rie. Sed in futuro cessabit omnis prelatio. vt dicit queda; glo. 1. ad Cor. 15. ergo peccatum est appetere prelationem. Sed ꝯtra est qđ dicitur. 1. ad Thi. 5º Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeantur. Sed non est peccatu; appetere illud cui debetur honor. qui non debetur nisi virtuti. ergo non est peccatu; appetere prelationem. Rº dicendum ꝙ hanc questionem sol uit Aug. 19. de ciui. dei. vbi dicit ꝙ locus superior sine quo po pulus regi non potest ⁊ si administretur vt decet tamen indecēter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

appetitur. Cuius ratio est quia qui appetit prelationem aut ē superbus aut iniustus. Iniusticia enim est q̄ aliquis velit sibi plus de honore accipere aut de potestate aut de aliis hominibus bonis nisi sit moribus dignus. vt dicitur in. ſ. etbi. Qz aūt aliqs estimet se esse magis dignum prelatione omnib⁹ illis super quos prelationez accipit superbie z p̄sumptionis est. vnde patet q̄ quicunqz prelationem appetit aut est iniustus aut superbus. z ideo nullus suo appetitu debet ad prelationez peruenire. sed soluz dei iudicio sc̄m illud apli ad heb. ſ. Nemo sibi assumit honorem. ſz qui vocatur a deo tanq̄ Aaron. potest tamen aliquis licite appetere se esse dignum prelatione vel opera boni prelati pro quibus debetur honor. Unde patet responsio ad vltimum. Prime vero due rationes non recte concludunt. qz etiam ea que non fuerunt in statu innocentie nec erunt in statu glorie possunt licite appeti. sicut subici penitere z alia hmōi. Quis prelatio quantum ad aliquid fuisset in statu innocentie z futura sit in statu glorie. ſ. quantum ad superioritatem gradus z quantum ad gubernationez vel regimen. non aūt quantum ad coactam seruitutem.

Articulus duodecimus

D secundum sic proceditur. Uidetur q̄ peccatum sit predicatori habere oculum ad temporalia. Dicitur enim Luce 12. Querite primo regnum dei. Glo. i. bona eterna. z hec omnia adicientur vobis: Glo. etiam non querentibus. ergo non licet predicatori habere oculuz ad terrena. Sz contra est qō dicitur. 1. ad Cor. 9. Debet qui arat in spe arare. Glo. stipendiorz temporalium. ergo licet predicatori de quo ibi loquitur habere oculuz ad terrena. R.ō dicendum q̄ habere oculum ad terrena contingit dupliciter. vno modo sicut ad mercedem vel premium. z sic predicatori non licet habere oculum ad terrena. qz sic faceret euāgelium venale. Alio modo sicut ad stipendia pro necessitate sustētationis vite. et sic licet habere predicatori oculum ad terrena. vñ p.ō ad Thimo. ſ. super illud. Qui bene presunt prebiteri zc̄. dicit glo. Aug. Necessitatis est accipere. vnde innuitur. caritas est prebere. non tamen venale est euangelium pro bis. Si enim sic vendunt magnam rem vili vendunt. accipiant ergo sustentationē necessitatis a populo. mercedem dispensationis a domino. z per hō patet responsio ad obiecta.

Einde quesitum fuit de penis peccatorz. Et primo ō ipis

penis. Secundo de remissione penarum. Circa primum quesita sunt duo. Primo vtz ania separata possit pati ab igne corporeo. Secundo vtz duorum qui eadem pena sunt digni vn⁹ diu cius moretur in purgatorio q̄ alius.

Articulus tredecimus

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ aīa a corpore separata nō possit pati ab igne corporeo qz sc̄m phm. quod non tangit non agit. Sed ignis corporeus nō tangit aīam separatam a corpore cum non habeat terminos corporales. que aūt̄ se tangunt habent vltima simul. ergo anima separata non patit ab igne corporeo. Preterea illa que patiuntur ad inuicem inuicem conuerti possunt. Sed aīa non potest conuerti in ignem corporeum nec econuerso. ergo aīa non potest pati ab igne corporeo Preterea Ber. dicit. Qz nihil ardet in inferno nisi propria voluntas. Sed propria voluntas cum sit quoddam spirituale non p̄t esse materia ignis corporalis. g⁹ aīa a corpore separata non p̄t ab igne corporeo pati. Sed contra est qō dicitur Isa. vltimo. Ignis eorz non extinguetur. R.ō dō q̄ pati multipliciter dicit. Uno⁹ pati cōmuniter dictum idem est qō recipere. secundum q̄ sentire z intelligere est quoddam pati. z hoc modo aīa conuncta corpori patitur a rebus corporeis sentiendo z intelligendo. ſz an separata a corpore possit hoc modo a rebus corporeis pati alterius qōnis est propter quosd.am qui dicunt q̄ aīa separata a corpore z etiam angelus potest accipere cognitionem a rebus sensibilibus. sed si etiam hec opinio esset vera tamen pati sentiendo z intelligendo est perfici non puniri nisi forte per accidens inquātuz id qō sentitur vel intelligitur repugnat voluntati. sed ipsum sentire vel intelligere secundum se consideratum penale non est. Alio modo dicitur pati proprie loquendo secundum contrarietatē agētis ad patiens. prout sz pati dicimur cum aliquid nobis aduenit quod est contrarium nature vel voluntati nostre z secundum hoc infirmitas et tristicia passiones dicuntur. Et hec quidem passio dupliciter esse potest. Uno modo per receptionem forme contrarie. sicut aqua patitur ab igne quantum calefit. et per consequens diminuitur qualitas naturalis eius. hoc videlicet modo separata anima non potest pati ab igne scilicet corporeo quia nec calefieri potest nec desiccari nec secundum ipsam formam aut scilicet qualitatem quamcunqz ignis corporei immutari.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Alio modo dicitur pati omne illud qđ quocūq3 modo impedi/
tur a suo proprio impetu vel inclinatione. sicut si dicimus lapidē
descendentem pati cum impeditur ne deorsum perueniat. ⁊ sicut
dicimus hominem pati cum detinetur vel ligatur ne vadat quo
vult. ⁊ ita per modum ligationis cuiusdaꝫ anima patitur ab igne
corporeo vt Aug. dicit. 21. de ciui. dei. Non enim̃ hoc est contra na
turam spiritus corpori alligari cum videamus animam naturali
ter alligari corpori ad viuificandum ipsum. Demones etiam per
nigromantiam potestate superiorꝫ demonuꝫ alligantur aliquib⁹
ymaginibus vel aliquibus aliis reb⁹. vnđ multo magis possunt
spiritus alligari diuina virtute igne corporeo non vt dent vitam
sed vt accipiant penam sicut Aug. dicit. Sed q̄ qđ est minoris
virtutis non potest sua virtute ligare id quod est maioris virtus.
inde est q̄ nullum corpus potest ligare spiritum qui est maioris
virtutis nisi aliqua superiori virtute. ⁊ propter h⁹ dicitur q̄ ignis
corporeus agit in animam separatam non virtute propria sed in
quantum est instrumentum diuine iustitie vindicantis. Ad
primum ergo dicendum q̄ ignis tangit animaꝫ non quidez tactu
mathematico qui attenditur secundum terminos quantitatiuos
sed magis contactu virtutis non proprie sed quaꝫ habet inquan
tum est instrumentum diuine iustitie. Ad secundum dicendum
q̄ ratio illa procedit de passione que est per susceptionem forme
contrarie. Ad tertium dicendum q̄ propria voluntas dicitur
ardere in inferno quia meretur ardorem.

Articulus decimusquartus

D secundum sic procedebatur. Videtur q̄ duoꝝ qui sunt
digni equali pena vnus non possit citius a purgatorio li
berari ꝙ alius. Judicium enim post mortem non est hominis sed
dei qui secundum veritatem iudicat. vt dicitur ad Ro. 2. Sed
contra veritatem iudicaret si vni eorum qui sunt digni equali pe
na infligeretur grauior pena sensus ꝙ alteri. Dilatio autem glorie
est maior pena ꝙ acerbitas pene sensus. q̄ sicut dicit Crisо. sup
Math. Carere visione diuina ē maior pena ꝙ quelibet pena sen
sibilis. ergo vnus eorum qui digni sunt equali pena non maiorē
dilationem glorie patietur altero citius liberato. Preterea malus
secundum Aug dicitur. q̄ nocet. nocet autem qđ adimit bonuꝫ
dilatio autem glorie adimit maius bonum scz bonum increatum
ergo maius malum. et sic idem qđ prius. Sed contra est qđ

magister dicit in. 4. sententiaꝝ di. 45. Q̄ ille pro quo fiunt plu/
ra suffragia citius a penis purgatorii liberatur. Contingit autem
q̄ pro vno eorum qui digni sunt equali pena fiunt plura suffra/
gia ꝙ pro alio. g⁹ vnus citius liberabitur. Preterea in fine mun
di inueniuntur aliqui cremabilia quedam habentes quorum di
latio a gloria non erit tam diuturna sicut eorum qui modo crema
bilia deferunt ad purgatorium q̄ breuis mora erit inter mortem
⁊ resurrectionem. vt Aug. dicit. ergo pari ratione ⁊ nunc eoꝝ qui
equalia cremabilia deferunt vnus potest minus differri a gloria
ꝙ alius. ⁊ sic erit citius liberatus a penis. R⁹ dicendū q̄ ista
questio fundatur supra virtutem suffragiorum. vtꝝ scz suffragia
facta pro aliquo valeant illi solum pro quo fiunt ad liberationē
vel etiaꝫ aliis. Circa qđ aliqui dixerunt q̄ non magis valent illi
ꝙ aliis imo forte magis valent alius si sint melius dispositi ad re
cipiendum suffragioꝝ virtutem et ponunt exemplum. sicut si ac/
cēdatur cereus in domo pro aliquo diuite qui sit cecus illuminat
omnes in domo existentes. ⁊ forte alios magis illuminat si habe
ant limpidiorē visum. ⁊ secundum hanc opinionem duoruꝫ qui ob
equales culpas in purgatorio detinentur vnus non potest citius
liberari ꝙ alter. sed hanc opinionem non reputo veram. Cui⁹ ra
tio est q̄ suffragium vnius valet alteri propter duo. Uno modo
propter vnitatem caritatis q̄ omnes qui sunt in caritate sunt qua
si vnum corpus. ⁊ ita bonum vnius redundat in omnes: sicut ma
nus deseruit toti corpori. ⁊ similiter quodlibet membꝝ corporis
et secundum hoc quodcunqꝫ bonum factum ab aliquo valet cui
libet in caritate existenti. sꝫ⁹ illud ps. Particeps ego sum omniuꝫ
timentium teꝝ custodientium mandata tua. Alio modo secūduꝫ
q̄ per intentionem alicuius actus eius transfertur in alterum. pu
ta si aliquis pro altero soluat aliquod debitum pro eodem habe
tur ac si ille solueret pro quo soluitur. Primo g⁹ modo valet op⁹
bonum per moduꝫ meriti cuius radix est caritas. sed secundo mō
opus vniuꝫ valet alteri per modum satisfactionis. prout vn⁹ pro
altero satisfacere potest. si hoc intendat. ⁊ talis valor attenditur in
suffragiis que ad hoc fiunt vt per ea homines liberentur a debi/
to pene. Et ideo dicendum est q̄ suffragia per istum modum nō
valent nisi illis pro quibus fiunt. et secundum hoc si pro aliquo
fiūt multa suffragia citius liberatur a pena purgatorii ꝙ alii pro
quibus non fiunt. etiam si equalia peccata detulerint. Concedē
dum tamen est q̄ suffragia pro vno facta oībus valent inquātuꝫ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

salicet omnes qui sciunt gaudent ex caritate de bonis que ex caritate fiunt. & secundum hoc verū est q illis pro quibus nō fiunt plus valent suffragia si sint maioris caritatis. Ad primuz g° dō q peccato veniali cum non habeat auersionem a deo per se loquendo non debetur pena carentie visionis diuine nec simpliciter nec ad tempus. Sed q ad tempus retardentur a visione diuina hoc contingit per accidens. qz saltz quādiu digni sunt aliqua pena non possunt participare summaz felicitatem que in dei visione consistit. iusticia autem respicit penam per se debitam peccato non autem eam que per accidens consequitur. & per hoc patet responsio ad secundum. Tertium concedimus & quartum similiter Illi tamen qui in fine mundi viui reperientur paruz habebunt ō cremabilibus precedentibus tribulationibus prepurgati. poterit etiam fieri vt acerbitas pene modici temporis recompenset diuturnitatem pene in aliis.

Einde quesitum fuit de remissione peccatorum. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo vtruz peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile. Secundo vtrum cruce signatus qui moritur anteq̄ iter arripiat trālmarinū plenā bēat pctō & remissionē

Articulus quindecimus

D primum sic procedebatur. Videtur q peccatum in spiritum sanctum non sit irremissibile. Una est enim dignitas & maiestas patris & filii & spiritus sancti. Sed peccatum in filium non est irremissibile. Dicitur enim Math. 12. Quicunqz verbum contra filium hominis dixerit remittetur ei. ergo peccatuz in spiritum sanctum non est irremissibile. Sed contra est q ibidez dicitur. qui dixerit contra spiritum sanctum verbum non remittetur ei neqz in hoc seculo neqz in futuro. R.° dicendum q de peccato in spiritum sanctum tripliciter aliqui sunt locuti. Doctores enim ante Aug. intellexerunt peccatum in spiritum sanctum esse blasphemiam dictam contra spiritum sanctum aut opera ei° vel etiam contra diuinitatem dei patris. aut filii. qz etiam pater & filius ꝯmuniter sumendo spiritus sanctus est. qz deus spiritus est vt dicitur Jo. 4. Peccatum autem in filium hominis intelligunt blasphemiam in xp̄o scd̄m humanam naturam. et vtroqz modo peccabant iudei in xp̄m. Primo enim modo contra euz peccabāt miracula que per spiritum sanctum & virtute sue diuinitatis faciebat principi demoniorum attribuendo. Secundo autez mō ꝯtra euz peccabant dicendo Ecce hō vorax potatorvini & publicanorꝝ

amicus. vt dicit Math. xi. Nanc ergo secundam blasphemiaz dicit remissibilem. qz habebant aliquam excusationem propter infirmitatem carnis quā in xp̄o videbant. aliam vero blasphemiaz dicit irremissibilem qz nullam excusationem habebant videntes manifesta iudicia spiritus sancti & diuinitatis. propter hoc scd̄m Criso. perseuerantibus non fuit remissa hec blasphemia neqz in hoc seculo neqz in futuro. quia in hoc seculo puniti sunt pro ea p romanos. & in futuro cruciabuntur in inferno. Secundum Aug. vero spiritui sancto qui est caritas patris & filii attribuitur remissio peccatorum. Ille ergo contra spiritum sanctum peccat vel blasphemat vel verbuz dicit corde ore aut opere qui hoc agit per impenitentiam vsqz ad finem vite sue. vt non fiat ei remissio peccatorum. & tunc planum est q hoc peccatum in spiritum sanctuz nō remittitur neqz in hoc seculo neqz in futuro. Doctores vero moderni dixerunt. q qz patri attribuitur potentia. filio sapientia. spiritui sancto bonitas. peccatum ex infirmitate est peccatuz in patrē peccatum ex ignorantia est peccatum in filium. peccatum ex certa malicia est peccatum in spiritum sanctuz. Quia ergo ignorantia vel infirmitas excusat peccatum vel in toto vel in parte: dicit q peccatum in patrem vel in filium remittitur qz vel totaliter culpa caret vel culpa diminuitur. malicia vero non excusat peccatuz sz aggrauat. & ideo peccatum in spiritum sanctum non remittitur neqz in toto neqz in parte. qz non habet in se aliquam rationem venie per quam diminuatur culpa. & si aliquando remittatur h°magis est ex misericordia dei remittentis qui etiam morbos incurabiles curat q ex remissibilitate peti. Et p h° pt̄z soko ad obiecta.

Articulus decimussextus

D secundum sic proceditur. Videtur q cruce signatus qui moritur anteq̄ iter arripiat habeat plenariam indulgentiam peccatorum. Ad hoc enim q indulgentia alicui valeat requiritur q sit vere penitens & confessus vt continetur in littera papali. Sed cruce signatus decedens ante iter assumptum habet hec omnia que requiruntur secundum formam littere ad percipiendam plenam indulgentiam peccatorum. ergo plene percipit eam Preterea solus deus remittit peccatum quantum ad ipsam culpam. Cum ergo papa dat indulgentiam omnium peccatorum hoc non est referendum ad culpam sed ad vniuersitatem penarum. Ille ergo qui accipit crucem secundum ipsam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

formam littere papalis nullam penam patietur pro suis peccatis et sic statim euolabit plenam remissionem peccatorꝝ consecutus.

Sed contra. Aug. dicit in. 15. de trini. Qꝛ non est idem abstrahere telum ꝛ sanare vulnus. Telum enim peccati abstrahitur per remissionem peccati. vulnus autem sanatur per reformationem ymaginis. que quidem fit per opera satisfactionis. Sed cruce signatus decedens ante iter arreptum nullum laborem sustinuit ad reformationem ymaginis. ergo nondum est sanatus vulnus. ꝛ sic non poterit ad gloriam statim peruenire anteꝙ penas purgatorias patiatur. Preterea quilibet sacerdos vtitur talibus verbis. ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. Si ergo cruce signatꝰ decedens euolaret pari ratione quilibet alius a quocunqꝫ sacerdote absolutus. quod est inconueniens. Rꝰ dicendum ꝙ ad euidentiam huius questionis ꝙ sicut supradictum est opus vnius potest esse satisfactorium pro alio ad quem per intentionem faciẽtis refertur. xꝑus autem pro ecclesia sua sanguinem suum fudit ꝛ multa alia fecit ꝛ sustinuit quorum estimatio est infinite valoris propter dignitatem persone. Vnde dicitur Sapien. 8. Qꝛ infinitus est in illa thesaurus hominibus. Similiter etiaꝫ ꝛ omnes alii sancti intentionẽ habuerunt in his que passi sunt ꝛ fecerunt propter deum. vt hoc esset ad vtilitatem non solum sui sed etiaꝫ totiꝰ ecclesie. Totus gꝰ iste thesaurus est in dispensatione eius qui preest ecclesie generali.. Unde Petro dominus claues regni celorum ꝺmisit Math. 16. Quando ergo vtilitas vel necessitas ecclesie bꝰ exposcat potest ille qui preest ecclesie de ista infinitate thesauri cõmunicare alicui qui per caritatem fit membꝛ ecclesie de predicto thesauro quantum sibi visum fuerit oportunum. velvsqꝫ ad totalem remissionem penarum. vel vsqꝫ ad aliꝙ certam quantitatẽ. ita scꝫ ꝙ passio xꝑi ꝛ aliorum sanctorum ei imputetur ac si ipse passus esset quantum sufficeret ad remissionem sui peccati. sicut contingit cum vnus pro alio satisfacit vt dictum est. Ad hoc ergo ꝙ indulgentia alicui valeat tria requiruntur. Primo causa pertinẽs ad honorem dei vel ad necessitatem aut vtilitatem ecclesie. Secundo auctoritas in eo qui facit. papa enim potest principaliter. alii vero inquantum potestatem ab eo accipiunt vel ordinariam vel commissam seu delegatam. Tertio requiritur vt sit in statu caritatis ille qui indulgentiam percipere vult. Et hec tria designantur in littera papali. Nam causa conueniens designatur in hoc ꝙ ꝑmittitur ꝺ subsidio terre sancte. auctoritas vero in hoc ꝙ fit mẽtio

de auctoritate apꝛoꝝ Petri ꝛ Pauli ꝛ ipsius pape. Caritas autem recipientis in hoc ꝙ dicitur. Omnibus vere penitentibus ꝛ confessis. non dicit. ꝛ satisfacientibus. qꝛ indulgentia non excusat a contritione ꝛ confessione sed cedit in locum satisfactionis. Est gꝰ dicendum in questione proposita ꝙ si secundum formaꝫ papalis littere indulgentia concedatur accipientibus crucem in subsidiuꝫ terre sancte cruce signatus statim habet indulgentiam etiam si decedat anteꝙ iter arripiat. qꝛ sic causa indulgentie erit non iter sed votum itineris. Si autem in forma littere contineatur ꝙ indulgẽtia detur bis qui transierint vltra mare ille qui decedit anteꝙ trãseat non habet indulgentiam qꝛ non habet indulgentie causam.

Ad primum ergo dicendum qui in hoc vltimo casu deficit in cruce signato decedente illud qꝺ est principalius scꝫ indulgentie causa. Ad secundum dicendum ꝙ per auctoritatem solus deus culpam remittit. sed ministerio etiam sacerdos inquantum exhibet sacramentum remissionis peccati. puta in baptismo vel penitentia. ꝛ tamen indulgentia non se extendit ad remissionem culpe qꝛ non est sacramentalis. vnde non sequitur ordinem sed iurisdictionem. potest enim ꝛ non sacerdos indulgentiaꝫ facere si sit ei ꝺmissum. ꝛ ideo pena totaliter remittitur si causa subsit non autẽ si causa desit. Ad tertium dicendum ꝙ satisfactio. ꝛ est punitiua inquantum est actus iudicatiue iustitie: ꝛ est etiam medicatiua inquantum est qnoddam sacramẽtale. Indulgentia ergo supplet locum satisfactionis inquantum est punitiua. qꝛ scꝫ pena ꝙ aliꝰ sustinuit imputatur isti ac si ipse sustinuisset. ꝛ ideo reatus pene tollitur. sed non succedit in locum satisfactionis inquantum est medicatiua. quia adhuc remanent pronitates ad peccandum derelicte ex priori peccato ad quas sanandas necessarius est labor satisfactionis. ꝛ ideo cruce signatis dum viuunt consulendum est vt non pretermittant satisfactionis opera. inquantum sunt preseruatiua a peccatis futuris. licet reatus pene sit totaliter solutus nec ad hoc requiritur aliquis labor. qꝛ sufficit labor passionis xꝑi. mortuis autem non est necessaria huiusmodi preseruatio sed solũ liberatio a reatu pene. Ad quartum dicendum ꝙ verbum sacerdotis dicentis. Absoluo te ab omnibus peccatis tuis nõ refertur ad penam sed ad culpam cuius absolutioni ministerium impendit. Non potest autem aliquis absolui ab vna culpa quin absoluatur ab omnibus. pena vero potest totaliter dimitti vel particulariter. particulariter quidem in absolutione sacramentali pena

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

dimittitur. totaliter vo in spirituali gracia indulgẽcie. sicut etiaꝫ dominus dicit Jo. 8. mulieri adultere. Non te condemnabo. vade ꝛ amplius noli peccare.

Incipit quodlibet tertium:

Uesitum est de deo. de angelis. de hominibus. et de creaturis pure corporalibus. De deo quesitum est et quantum ad naturam diuinam ꝛ quantum ad naturam humanam assumptam. Circa diuinam naturam q̃sita sunt duo de potentia dei. Primo vtrum deus possit facere ꝙ materia sit sine forma. Secundo vtrum possit facere ꝙ idem corpus simul localiter sit in duobus locis.

Articulus primus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ deus possit facere ꝙ materia sit sine forma. Sicut enim materia secundum suum esse dependet a forma ita accidẽs a subiecto. Sed deus potest facere ꝙ accidens sit sine subiecto vt patet in sacramento altaris. ergo potest facere ꝙ materia sit sine forma. Sed contra Deus non potest facere contradictoria esse simul. Sed materiaꝫ esse sine forma implicat contradictioneꝫ eo ꝙ esse materie importat actum qui est forma. Non ergo deus potest facere ꝙ materia sit sine forma. Respondeo dicendum ꝙ vniuscunqꝫ rei virtꝰ activa est estimanda secundum modum essentie eo ꝙ vnumquodqꝫ agit inquantum est ens actu. vnde si in aliquo inueniatur forma aliqua vel natura non limitata seu contracta erit virtus eius se extendens ad omnes actus vel effectus conuenientes illi nature. puta si intelligeretur esse calor per se subsistens vel in aliquo subiecto quod reciperet ipsum scõm totum eius posse sequeretur ꝙ haberet virtutem ad producendum omnes actus ꝛ effectꝰ caloris. Si vero aliqõ subiectum nõ reciperet calorem secundũ etotum posse sed cum aliqua contractione ꝛ limitatione nõ haberet virtutem actiuam respectu omnium actuum vel effectuuꝫ caloris. Cum autem deus sit ipsum esse subsistens manifestuꝫ est ꝙ natura essendi conuenit deo infinite absqꝫ omni limitatione et contractione. vnde eius virtus activa se extendit infinite ad totũ ens et ad omne id quod potest habere rationem entis. Illud gꝰ solum poterit excludi a diuina potentia quod repugnat rationi entis. ꝛ hoc non propter defectum diuine potentie sed qꝛ ipsum

non potest esse ens. Unde non potest fieri. Repugnat autem rationi entis non ens simul ꝛ secundum idem existens. vnde ꝙ aliquis simul sit ꝛ non sit a deo fieri non potest nec aliquid contradictionem includens. ꝛ de hmõi est materiam esse actu sine forma. omne enim quod est actu vel est ipse actus vel est potentia participans actum. esse autem actu repugnat rationi materie que secundum propriam rationem est ens in potentia. Relinquitur ergo ꝙ non possit esse in actu nisi inquantum participat actũ. actus autem participatus a materia nihil est aliud ꝙ forma. vnde idem est dictum materiam esse in actu ꝛ materiam habere formã. Dicere ergo ꝙ materia sit in actu sine forma est dicere ꝓtradictoria esse simul. vnde a deo fieri nõ potest. Ad illud gꝰ ꝙ in cõtrarium obicitur dõ ꝙ accidens sꝫ suum esse dependet a subiecto sicut a causa sustentante ipsum. ꝛ qꝛ deus potest producere omnes actus secundarũ causarũ absqꝫ ipsis causis secundis põt conseruare in esse accñs sine subiecto. sꝫ materia sꝫ suũ esse actuale dependet a forma inquantuꝫ forma ẽ ipse actꝰ eiꝰ. vñ nõ ẽ simile

Articulus secundus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ deus possit facere vnum corpus simul esse localiter in duobus locis. Difficilius enim est ꝙ hec substantia mutetur in illam substantiaꝫ ꝙ hoc accidens mutetur in illud accidens. Sed in sacramẽto altaris ex hoc ꝙ diuina virtute substantia panis remanẽtibus eiꝰ dimẽsionibus sꝫ quas ꝓmẽsuraꝫ loco ꝓuertitur in substantiaꝫ corporis xp̃i sequitur ꝙ idem corpus xp̃i sit non localiter sꝫ ꝓmensurationẽ propriarũ dimẽsionum sed sacramẽtaliter in plurib⁹ locis simul. gꝰ potest facere ꝙ ꝓuertatur dimẽsio huius corporis in dimẽsionẽ alterius corporis. ꝛ sic erit idem corpus localiter in duobus locis simul. Sed ꝓtra. Dia duo loca distinguuntur adinuicem sꝫ aliquã loci ꝓtrarietatem que sunt sursum ꝛ deorsum. ante ꝛ retro. dextrum ꝛ sinistrum. Sed deus non potest facere ꝙ duo contraria sint simul. hoc enim implicat contradictionẽ. ergo deus nõ põt facere ꝙ idem corpꝰ localiter sit sil' in duobus locis. Rꝰ dõ ꝙ aliqõ corpꝰ esse localiter i aliqꝰ loco nihil ẽ aliud ꝙ corpꝰ circũscribi ꝛ ꝓhẽdi a loco sꝫ ꝓmẽsurationẽ ꝓpriarũ dimẽsionũ. qõ aũt ꝓhẽdit a loco aliqꝰ ita ẽ in ipo loco ꝙ nihil eiꝰ ẽ extra locũ illũ. vñ ponere ꝙ sit localr i hꝰ loco ꝛ tñ sit i alio loco ẽ ponere ꝓtradictoria eẽ sil'. vñ sꝫ ꝑmissa hꝰ a dõ fieri ñ põt. Ad

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS.USAL.ES

illud ergo quod in contrarium obicitur dicendum q̄ difficilius ē hoc accidens mutari in illud accidens q̄ hanc substantiam mutari in illam substantiam. tum quia due substantie ꝓuenunt in subiecto materiali qđ est pars essentialis vtriusq3 substantie. tum qr substantia habet indiuiduationem per se ipsam. Accidens vo nō est indiuiduabile per seipsum sed per subiectum. vnde non potest ei conuenire q̄ hoc accidens conuertatur in hoc accidens dato tamen q̄ hec dimensio conuerteretur in illam dimensionem non sequeretur q̄ idem corpus esset in duob⁹ locis simul sed in vno tantum. qr sicut post q̄ substantia panis conuersa est in substantiam corporis xp̄i. iam non sunt ibi due substantie sed vna tantum. ita etiam si hec dimensio huius corporis conuertatur in illam dimensionem alterius corporis iam non erunt due dimensiones sz vna tantum. z sic non ꝓmensuraretur diuersis locis sed vno tantum.

Unde quesitum est de deo quantum ad humanam naturam assumptaz. et circa hoc questa sunt tria. Primo quā tum ad animam vtq̄ scz anima xp̄i sciat infinita. Secundo quā tum ad corpus vtq̄ scz oculus xp̄i post mortem dicatur equinoce oculus vel vniuoce. Tertio quantum ad actum coniuncti qui est ꝓmestio vtrum scilicet post resurrectionem Christus vere comedit incorporando sibi cibum.

Articulus tertius

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ anima xp̄i nō possit scire infinita. Nullum enim donum creatum cum sit infinitum potest eleuare creaturam ad id qđ est proprium dei qr tale ē infinitum. Sed gracia vnionis est donuz creatum. cognoscere autem infinita est proprium dei. cuius sapientie non est numerus ergo anima xp̄i per graciam vnionis non potest eleuari ad cognoscendum infinita. Preterea Dio⁹. xi. c. celestis ierarchie ponit tria sibi proportionata que sunt substantia. virtus. z operatio. sed substantia anime xp̄i non potest esse infinita. ergo neqz virtus eius. neqz operatio potest esse infinita vt infinita cognoscat. Sz cō tra. Intellectus anime xp̄i non est minor q̄ voluntas eius. Sz meritum xp̄i qđ est actus voluntatis anime eius est infinitum quia fuit sufficiens ad infinitoz peccatorum abolitionem. est enim propiciatio pro peccatis totius mundi. vt dicitur. 1. Jo. 1. ergo z act⁹ intellectuus anime xp̄i potest esse infinitus vt infinita cognoscat

R⁹ dicendum q̄ hic est opus multiplici distinctione. Primo

Re.º dicendum ꝙ aliter est dicendum de illo qui nondum religionem intrauit ⁊ aliter de illo qui iaꝫ in religione est professus. Ille enim qui nondum religionem intrauit si videat patrem suum in magna necessitate cui per alium subueniri non posset non debet religionē intrare sed tenetur ministrare parentibus maxime si absqꝫ periculo peccati possit in seculo remanere. Si vero per alium possit eius parentibus ministrare potest si vult religionem intrare Unde Criso. exponens illud. dimitte mortuos sepelire mortuos suos. dicit ꝙ maluꝫ est abducere hominem a spiritualibus ⁊ maxime cum fuerint qui ministerium parentum compleant. Erant enī aliqui qui complere possent illius funeris sepulturaꝫ. Postꝙ vero aliquis est iam in religione professus est mortuus mundo. vnde per spiritualem mortem deobligatur a cura impendenda parentibus sicut etiam deobligaretur per mortem corporalem. ⁊ ideo nō peccat nec contra preceptum dei agit si in claustro remaneat sub precepto prelati sui parentum ministratione pretermissa. Est eniꝫ factus impotens ad reddendum debitum ministerium absqꝫ propria culpa. Debet tamen quantum potest salua ordinis obedientia satagere vt per se vel per alium suis parentibus subueniatur si in necessitate fuerint constituti. Ad illud vero qđ in contrarium obicitur dicendum ꝙ religiosus tenetur ad implendum id qđ ad religionem pertinet non solum ex traditione humana sed etiam ex precepto diuino. Obligatur eniꝫ ex voto emisso ad obediendum ꝑlatis suis. Impletio autē voti cadit sub ꝑcepto diuino.

Articulus decimus septimus

D tertium sic proceditur. Uidetur ꝙ presbiteri parrochiales ⁊ archidyaconi sint maioris perfectionis ꝙ religiosi. Dicit enim Criso. in suo dyalogo. Si talem mihi aliquem adducas monachum qualis vt secundum exaggerationem dicam Helias fuit. non tamen illi comparandus est qui traditus populis ⁊ multoꝝ peccata ferre compulsus immobilis perseuerauit ⁊ fortis. ⁊ parum post dicit. Si quis mihi preponeret optionē vbi mallem placere in officio sacerdotali an in solitudine monachoruꝫ sine comparatione eligerem illud quod prius dixi: nec cessabaꝫ laudans ⁊ beatos pronuncians eos qui officium ecclesie bene administrare potuissent. ⁊ qđ laudabam tanto studio ⁊ beatum pronūciabam non vtiqꝫ defugerem si ydoneum me ad huiusmodi gubernationem viderem. Et in sequenti. c. postmodum dicit. Bene

inquaꝫ ammonuisti dulcissime. Istorum enim scꝫ secularium nec recordari oportet cum de sacerdotio fit questio. Uerum si quis in conuersationem multorum positus potest in perturbatum illum nitorem plene sanctitatis ⁊ continentie splendorem ⁊ alia monachorum bona incorrupta ⁊ inconcussa seruare omnibus est preferendus. Ex quibus omnibus videtur ꝙ presbiteri parrochiales et archidyaconi si bene in ministerio ecclesie viuant sint omnibꝰ etiā religiosis preferendi. Preterea Criso. in eodem li. dicit. Si quis administrato sacerdotio illius propositi scꝫ monachalis sudores conferat: tantum eos distare reperies quantum inter priuatum distat ⁊ regem. sed multo maius est bene exercere regis officium ꝙ cuiuscūqꝫ ꝑsone priuate. g.º multo maius ē ꝙ sacerdos parrochialis vel archidyaconus bene se habeat in suo officio ꝙ religiosus in suo. Preterea episcopi sunt in statu perfectiori ꝙ religiosi. alioquin non liceret de religione ad episcopatuꝫ transire. Sed presbiteri parrochiales ⁊ archidyaconi similiores sunt episcopis ꝙ religiosi. qꝛ sicut episcopus habet curam animarum in suo episcopatu ita presbiter in sua parrochia ⁊ archidiaconꝰ in suo archidyacoñ. ergo archidyaconi ⁊ plebani sunt magis in statu perfectionis ꝙ religiosi. Preterea bonum publicum preferendum est bono priuato: ⁊ vita actiua est magis fructuosa ꝙ contemplatiua: nullumqꝫ sacrificium est deo acceptius ꝙ zelus animarum. Sed archidyaconi ⁊ plebani intendunt vtilitati cōmuni multitudinis zelo salutis animarum in actiua vita fructificantes. ergo preferendi sunt religiosis qui saluti proprie student in vita contemplatiua deo seruientes. Preterea cui amplius a deo commissuꝫ est magis meretur si bene administret. Sed sacerdoti vel archidyacono amplius cōmissum videtur qꝛ plus ab eo requiretur in iudicio. ergo bene administrando amplius meretur. Sed contra est qđ dicitur. 19. q. i. c. due. Si quis in ecclesia sua ab episcopo populum retinet ⁊ seculariter viuit si afflatus spiritu sancto in aliquo monasterio vel regulari canonice saluari se voluerit qꝛ lege priuata ducitur nulla ratio exigit vt publica constringatur. Sꝫ lex priuata que est lex spiritus sancti vt ibidem subditur nunꝙ ducit hominem de statu magis perfecto ad statum minus perfectum. sed facit hominem ascensiones in corde suo disponere vt in pº s. dicitur. ergo status religiosorum est perfectior ꝙ status plebanorum. Re.º dicendum ꝙ perfectio spiritualis vite ex caritate pensanda est qua qui caret spiritualiter nihil est. vt đr. 1. ad Cor. 13. Ab eius aūt perfectione

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

simpliciter aliquis dicitur esse perfectus. Unde dicitur ad Col. 3º Super oia caritatẽ habere que est vinculu3 pfectionis. Amor autem vim transformatiuam habet qua amans in amatu3 quo dãmodo trasfertur. vnde Dio. 4. c. de diuis no. Est autẽ extasim faciens diuinus amor. non sinens sui ipsoꝝ amãtes esse sz amatorum. Quia ergo totum ꝛ perfectũ est idem vt dicitur in 3º phi. ille perfecte caritatẽ habet qui totaliter in deum per amorez transformatur seipsum ꝛ sua omnino postponens propter deum. Uñ Aug. dicit. 14. de ci. dei. ꝙ sicut ciuitatem babilonis facit amor sui vsq3 ad contemptum dei ita ciuitatem dei facit amor dei vsq3 ad contemptum sui. Et in li. 83. q. ꝙ perfectio caritatis ẽ nulla cupiditas. Brego. etiam super Ezech. dicit. Qz cum quis aliquid suum deo vouet ꝛ aliquid non vouet sacrificium est. Cum vero omne qđ habet. omne qđ viuit. omne qđ sapit omnipotenti deo vouet holocaustum est: qđ latina lingua dicitur totum incensum. Cuiuscunq3 ergo mens sic est effecta interius vt seipsu3 ꝛ omnia sua contemnat propter deum sz illud apli ad phili. 3º Que mihi aliquando fuerunt lucra arbitratus sum vt stercora vt xpm lucrifaciam. ille perfectus est siue sit religiosus siue secularis siue clericus siue laicus etiam matrimonio iunctus. Abrahaz. n. matrimonio iunctus erat et diues. cui dominus dicit Gen. 17. Ambula coram me ꝛ esto perfectus. ꝛ Eccl. 31. dicitur. Beatus dives qui inuentus est sine macula ꝛ post aurum non abiit. Et post pauca subditur. Qui probatus est in illo ꝛ perfectus inuentꝰ est. Sed aduertendum ꝙ aliud est esse perfectu3 ꝛ aliud esse in statu perfectionis. Sunt enim aliqui in statu perfectionis qui nondũ sunt perfecti sed interdum etiam peccatores. Sunt etiam aliqui perfecti qui in statu perfectionis non sunt. Et quãuis status multa significet. ꝛ rectitudinem ꝛ firmitatem. ꝛ si qua sunt alia hmõi tamen cum dicimus aliquos esse in statu perfectionis accipitur status pro conditione secundum ꝙ libertas vel seruitus dicitur status prout consuevit dici ꝙ error personę aut conditionis vl status impedit matrimonium. non autem error fortune aut qualitatis. ꝛ hoc modo accipitur status. z. q. 6. Si quando in causa capitali vel causa status interpellatum fuerit non per exploratores id est procuratores sed per seipsos est agendum. Sic ergo accipiendo statum illi proprie in statu perfectionis esse dicuntur qui se seruituti subiciunt ad opera perfectionis implenda. Manifestu3 est autem ꝙ seruitus libertati opponitur. Libertas autẽ faciendi

quodlibet per votum totaliter quia voluntatis est vouere. necessitatis est reddere vt supradictum est. Unde qui se ad aliquid voto obligat inquantu3 necessitati se subicit quodammodo constituit se seruum libertate se priuans. Siquidem gº aliquis se voto obliget ad aliquod particulare opus implendum ꝓstituit se quodammõ seruum non simpliciter sed secundum quid. respectu sez illius ad qđ se obligauit. Si vero simpliciter per votum totaz vitam suam dedicet deo ad implenda ea que sunt opera perfectionis propter deum simpliciter seipsum seruum constituit. ꝛ per hoc ponitur in statu perfectionis. vnde ꝛ totum se deo vouendo holocaustum offerre dicitur vt Brego. dicit. Hoc aũt modo obligant totam vitam suaz ad ea que sunt perfectionis episcopi in sua cõsecratione professionem quandam facientes qua obligantur ad curam gregis suscepti. sz illud. 1. ad Thi. vlti. Bonum certamẽ fidei apprehendere vitam eternam in qua vocatus es ꝛ cõfessus bonam confessionem coram multis testibus vel in ordinatione vel in predicatione. vt glo. dicit. religiosi etiaz in sua professione totam vitam suam obligant deo ad ea que sunt perfectionis. vnde ꝛ vterq3 serui dicuntur. Dicitur enim. 2. ad Cor. 4. Nõ enim predicamus nosmetipsos sed ihesum xpm. nos autem seruos vestros propter Ihesum qđ pertinet ad episcopos. religiosi etiaz serui vel famuli nominantur. vt dicit Dioº. 6. c. eccle. ierar. Et ideo tam religiosi ꝙ episcopi sunt in statu perfectionis. vnde ꝛ vtrisq3 in assumptione huiusmodi status solemnis benedictio adhibetur. vt patet per Dio. 6. ꝛ. 5. c. eccle. ier. Archidyaconi autem vel plebani non obligant voto totam vitam suam ad id quod cura gregis requirit. vnde nec in eorum institutione aliqua eis benedictio adhibetur que exhibetur monachis propter perfectionem assumptam. vt dicitur sexto capitulo eccle. ierar. Et ideo ex hoc ꝙ committitur eis cura parrochie vel archidyacoñ. constituuntur quidem in aliquo officio. non autem assumuntur ad statum perfectionis alioquin essent apostate dimittendo parrochias et prebendas sine cura in ecclesiis cathedralibus accipiendo. Nullus enim a statu perfectionis discedere potest nisi mortaliter peccando et apostatando. Et inde est ꝙ Dyonisius in eccle. ierar. perfectionem attribuit solis episcopis quasi perfectionibus et monachis quasi perfectis illuminationem vero attribuit presbiteris tanꝙ illuminatoribus per sacramentorum administrationẽ ꝛ sacro populo tanꝙ illuminandis. purgationẽ vo dyaconibus

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tanq̃ purgatoribus et ordini immundorum tanq̃ purgandis.

Ad primum ergo dicendum q̃ ad omnes illas Criso. auctoritates breuiter respõderi posset. ⁊ nõ loquitur de sacerdote parrochiali sed d̃ episcopo qui anthomatice sacerdos dicitur quasi summꝰ sacerdos. ⁊ hic modus loquendi est plurimum consuetus vt sacerdotes episcopi nominentur. Et hec respõsio videtur congruere secundum intentionem operis in quo Criso. Basilium consolatur de sua promotione. vterq; enim erat in episcopum electus. vt tamen particulariter ad singula respondeamus. Ad primuꝫ ergo dicendum q̃ si quis ꝯsideret verborum circumstantiam nihil ad propositum faciunt. premittit enim si illi qui in secretis habitant multorum sermonibus non mouentur digna quidem laude est patientia. non tamen ydoneum argumentum vere artis. cum vero fuerit in medius fluctibus ⁊ de tempestate nauez liberare potuerit tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibꝰ promeretur. ⁊ tunc concludit. Ita ergo ⁊ nunc mihi si talez aliquẽ adducas monachum qualem vt secundum exaggerationem dicã Delias fuit. tamen quãdiu solus est si non perturbatur neq; grauiter peccat quippe qui non habet quibus stimuletur atq; exasperetur non tamen illi comparandus est qui traditus populis et multorum peccata ferre compulsus immobilis perseuerat ⁊ fortis quia sicut in tranquillitate ita in tẽpestate gubernauit semetipsuꝫ vbi manifestum est q̃ non comparat statum statui sed impeccabilitatem impeccabilitati. Qꝛ eniꝫ monachus in claustro habitans non peccet non est ita euidens argumentum virtutis sicut si presbiter vel episcopus vel quicunq; rector populi in mediis perturbationibus abstinet a peccato. sicut non est argumentum tante industrie si gubernator absq; periculo nauiget in mari tranquillo ac si nauigaret in mari tempestuoso. ⁊ tamen ad industriaꝫ naute pertinet vt mare tempestuosum deuitet. Sic ergo ex premissis verbis nil aliud ostendi potest nisi q̃ periculosior est status habentis curam animarum q̃ monachi ⁊ in maiori periculo innocentem se seruare maioris virtutis est argumentum. vnde maior virtus requiritur ad hoc q̃ aliquis conseruet se a peccato immunem inter populos q̃ in religione. sed maioris virtutis est vitare pericula religionem intrando q̃ pericula non vitare. Quanto enim aliquis magis amat suam salutem tanto magis euitat sue salutis pericula. Et per hoc etiam patet responsio ad secundum. Non enim dicit q̃ mallet esse in officio sacerdotali q̃ in solitudine monachoꝝ

sed q̃ mallet placere in hoc q̃ in illo. Quilibet enim sapiens magis vellet habere tantam virtutem per quaꝫ posset etiam inter pericula securus existere q̃ talem virtutem qua posset extra pericula saluari. sed qꝛ presumptuosum est vt aliquis talem virtutem se habere presumat per quaꝫ possit etiam inter pericula esse tutus virtuosius est q̃ se extra pericula ponat. Unde ipse subdit. Qd̃ laudabam tanto studio ⁊ bonum pronunciabam scꝫ officium administrationis ecclesiastice non vtiq; defugerem si ydoneum ad eiꝰ gubernationem me viderem. Prudenter ergo refugiebat quia tantam virtutem per quaꝫ ydoneus esset non sibi superbe ascribebat. Et similiter responsio patet ad tertium. Si quis enim in conuersatione multorum positus potest inperturbatum illum nitorez plene sanctitatis ⁊ continentie splendorem ⁊ alia monachoruꝫ bona incorrupta ⁊ inconcussa seruare omnibus preferẽdus est Maioris enim virtutis indicium est vt puritatem perfectam aliquis conseruet etiaꝫ inter pericula puritatis q̃ si eam extra pericula cõseruaret. Sed tamen parum amare puritatem suam conuincitur qui puritatis pericula non euitat inter que difficilimum est ⁊ rarissimum omnimodam puritatem seruare sicut maxima puritas fuit beate Agnetis que etiam in lupinari posita virginalem puritatem seruauit. ⁊ tamẽ quia puritatis amatrix erat nunq̃ in lupinari hanc suam virtutem ostendere elegisset. sed quanto magis puram mentez habebat tanto magis lupanar propria voluntate elegisset ⁊ simile est in omnibus talibus. Ad 2ᵘᵐ dicendum q̃ auctoritas illa non pertinet ad perfectionem vite. sed ad differentiã dignitatis. Sic enim priuatus distat a rege sicut non habens prelationem ab habente. hoc autem in questione non vertitur an sit maior dignitate prelationis quicunq; habens curam animarum religioso curam animarum non habente. Ad 3ᵘᵐ dicenduꝫ q̃ alia ratio est de episcopis ⁊ plebanis. Nam episcopi principalem populi curam habent. plebani autem ⁊ archidyaconi sunt subministratores ⁊ coadiutores eorum. Unde dicitur. 16. q. i. Omnibꝰ presbiteris ⁊ dyaconibus ⁊ reliquis clericis attendendũ ẽ vt nihil absq; episcopi proprii licentia agant. non vtiq; missas sine suo iussu quisq̃ presbiteroruꝫ in sua parrochia agat. non baptiset nec quicquam absq; eius permissu faciet. ⁊ 1. ad Cor. 12. dicitur in glo. q̃ opitulationes sunt qui maioribus fuerunt opus vt Tytꝰ apl̃o vel archiepiscopum episcopis. gubernationes vero sunt minorum personaruꝫ gubernationes vt sunt presbiteri. vnde si quis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

recte consideret hoc modo in regimine ecclesie comparantur archidyaconi ⁊ plebani ad episcopum: sicut in regimine temporali prepositi ⁊ baliui ad regem. ⁊ ideo sicut rex coronatur ⁊ iniungitur in regno. non aũt prepositi vel baliui. ita etiaꝫ episcopus in ecclesia non autem archidyaconi vel plebani. ⁊ propter hoc episcopat⁹ ẽ ordo in comparatione ad corpus misticum. non aũt plebanatus vel archidyaconatus sed officium tantuꝫ. Episcopis ergo similes sunt archidyaconi ⁊ plebani sicut coadiutores ⁊ ministri. sed religiosi sunt episcopis similes in perpetua obligatione que facit statum perfectionis. Ad 4ᵐ dicendum ꝙ aliqua duo opera vel in bono vel in malo possunt multipliciter adinuicem comparari. Uno⁹ secundum suum genus sicut dicimus continentiam virginalem preeminere in bono continentie viduali. in malo vero homicidium furto. ⁊ hoc modo vita actiua est fructuosior ꝙ contemplatiua. sed contemplatiua merito maior est ꝙ actiua. vt Grego. dicit in. 7. moral. Zelus etiam animaꝝ est sacrificium deo acceptissimum si tamen ordinate fiat. vt scꝫ primo homo habeat curaꝫ salutis sue ⁊ postmodum aliorum. alioquin nihil prodest homini si vniuersum mundum lucretur. anime vero sue detrimentum patiatur. vt dicitur Math. 16. Alio modo potest opus operi cõparari in bono vel in malo non secundum se sed in ordine ad alium actuꝫ: sicut abstinentia prefertur in bono sumptioni cibi. tamẽ assumere cibum cum aliquo propter caritatem prefertur abstinencie. ⁊ in malo adulteriuꝫ prefertur furto. tamen furari gladiuꝫ ad occidendum est grauius ꝙ adulteriuꝫ. Tertio prefertur opus operi in bono vel malo ex voluntate facientis. Qd enim promptiori voluntate fit melius vl peius iudicatur. Si ergo comparemus opera plebani vel archidyaconi operibus religiosorum tertio mõ comparationis vel secundum promptitudinem voluntatis tunc incertum iudicium est quia ille qui ex feruentiori caritate operatur opera magis meritoria habet. Si vero ꝯparentur secunda cõparatione per ordinem ad aliquod aliud opus sic opera religiosi sunt incomparabiliter eminentia operibus archidyaconi vel plebani. ea enim que religiosi agunt ad illam radicẽ referuntur qua totam vitam suam deo deuouerunt. vnde nõ est pensanduꝫ quid faciant sed magis ꝙ ad q̃libet facienda se deuouerunt. ⁊ sic quodammodo cõparantur ad eos qui aliquod singulare bonũ op⁹ faciunt sicut infinitum ad finitum. Qui enim dat se alicui ad faciendum omnia que iubet in infinituꝫ magis se dat ei ꝙ ille qui

dat se ei ad aliquod opus faciendum. Unde supposito ꝙ religiosus secundum exigentiam sue religionis faciat aliquod opus qd sit paruum secundum se sed tamen recipit magnam intentionem ex ordine ad primam obligationem qua se totum deo dedit. Si vero comparentur ipsa opera secundum se sꝫ primum moduꝫ cõparationis sic aliqua particularia opera que plebani faciunt vel archidyaconi sunt maiora aliquibus particularibus operibus q̃ religiosi faciunt. sicut maius est intendere saluti animarum ꝙ ieiunare vel silentium tenere vel aliqua huiusmodi. Si tamen omnia omnibus comparentur multo maiora sunt opera religiosorum. Et si enim procurare salutem aliorum sit maius ꝙ intendere sibi soli loquendo in genere. tamen non quocunqꝫ modo intendere saluti aliorum prefertur ei quod est quocunqꝫ mõ intendere sue saluti. Si enim aliquis totaliter ⁊ perfecte intendit sue saluti multo maius est ꝙ si aliquis multa particularia opera agat ad salutem aliorum si saluti proprie ⁊ si sufficienter non tamẽ perfecte intendat. Ad quintum dicendum ꝙ bene administrare aliquid est plus et minus. vnde si illius cui plus commissum est tanto sit melior administratio quanto maius est quod ei committitur absqꝫ dubitatione plus meretur. Si vero ille cui min⁹ committitur multo plus facit ꝙ ille cui maius committitur etiaꝫ si bene faciat tamen alius plus meretur. quod etiam in rebus humanis apparet. qui minus beneficium percipit si plus seruiat magis debet esse acceptus. Qnãuis autem habenti curam animaruꝫ sit plus commissum quantum ad dignitateꝫ quia tamen religiosus maiora opera facit vt dictum est magis meretur.

Einde quesitum est de his que pertinent ad laicos. Et primo de matrimonio. vtrum scilicet mulier que post votum continentie emissum contraxit matrimonium in facie ecclesie possit absqꝫ peccato viro suo carnaliter commisceri. Secundo de vsura vtrum aliquis possit licite retinere illud quod acquiritur licitis mercimoniis de pecunia vsuraria.

Articulus decimusoctauus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ mulier que post votum continentie emissum in facie ecclesie contraxit cum aliquo possit ei postmodum absqꝫ peccato carnaliter commisceri. Quod enim fit auctoritate ecclesie caret peccato cum fiat auctoritate Christi secundum illud Apostoli. 2. ad Corintheos. 2º

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nam ꝛ ego quod donaui si quid donaui propter vos in persona xpi. Sed predicta mulier ex hoc ipso ꝙ in facie ecclesie contraxit matrimonium auctoritate ecclesie potestatez accepit ad matrimonii actum qui est carnalis copula. ergo non peccat si viro suo carnaliter cõmisceatur. Sed contra. Votum continentie est excellentius ꝙ votum abstinentie quia non est digna ponderatio continentis anime. vt dicitur Eccle. 26. Sed qui facit contra votum abstinentie peccat mortaliter. puta si aliquis frangeret ieiunium sexte ferie qui semper se in sexta feria ieiunaturuz vouisset. gꝰ multo magis semper peccat mortaliter persona que contra votum cõtinentie emissum alteri persone carnaliter cõmiscetur. Rꝰ dicendum ꝙ votum continentie est duplex. simplex scilz ꝛ solemne. Solemne autem votum continentie impedit matrimonium contrahendum ꝛ dirimit tam contractum. i. facit vt non sit matrimonium qđ contrabitur post votum solemne. Unde matrimonium post votum solemne non excusatur a peccato etiam si quis matrimonium in facie ecclesie de facto contrahat ꝛ carnali copula vtatur. Votum vero simplex impedit quidem matrimonium contrahendum sed non dirimit iam contractum. Non enim facit ꝙ matrimonium sequens sit nullum. sed solum ꝙ matrimonium contrahens mortaliter peccat. Matrimonio autem existente mulier nõ habet sui corporis potestatez sed vir. ꝛ similiter econuerso. nullus autem potest alteri denegare quod eius est. ꝛ ideo mulier matrimonio coniuncta etiam si simplex votum precesserit non potest đ negare viro sui corporis vsum precipue postꝙ fuerit matrimoniũ per carnalem copulam consummatuz. nemo autez faciens quod debet peccat. Unde ꝓmuniter ab omnibus dicitur ꝙ mulier que post votum simplex continentie matrimonium contractum carnali copula ꝓsummauit tam non peccat reddendo debitum viro. sed an peccet exigendo debitum dubium videtur quibusdam dicentibus ꝙ etiam absqz peccato exigere potest ne intollerabile sit sibi matrimonii onus. sed verius dici videtur ꝙ non peccat reddendo quia hoc necessitatis est. peccat autẽ exigendo quia hoc est voluntatis qua tenetur astricta per obligationem precedentis voti. Diuius autem diuersitatis ratio est quia votum solemne habet promissionem cum quadam traditione. vnde votum continentie nõ solemnizatur nisi per susceptionem ordinis sacri per quem homo actualiter diuino cultui mancipatur vel per professionem ad certam regulam ꝛ susceptionem habitus professoꝝ quia sic etiam

homo actualiter mancipatur ad seruiendum deo in religione. Votum autem simplex habet promissionẽ sine traditione manifestuz est ꝙ postꝙ aliqui rem que erat sue potestatis alicui non solum promittit sed etiam tradit non potest eam vlterius alteri dare. puta equum vel vestem ꝛ similia. etiam si postmodum alteri donare voluerit secunda datio non valet. Unde postꝙ aliquis per votuz solemne continentie corpus suum deo non solum promisit sz etiã tradidit ad celibem vitam agendam non potest illud vlterius cõiungi dare vt sic ex necessitate reddere debitum teneatur. Quiuero promittit aliquid alicui nondum tamen tradit illud si postmodum alteri actualiter illud tradat licet promissionis fidem frãgat tamen secunda datio valet. ita ꝙ ille cui datur potest re data vti vt vult. Sic ergo persona que per simplex votum deo corpꝰ suuz promisit celibem vitam ducendam si postmoduz corporis sui potestatem tradat coniugi actualiter per matrimonium consummatum. peccat quidem frangens fidem voti. tamen donatio tenet. ꝛ coniunx habet in eius corpore potestatem. vnde non peccat debitum reddens. vnde oportet ad vtrũqz respondere. Ad primũ ergo đ ꝙ mulier que emisit votum continentie contrahens in facie ecclesie non accipit ab ecclesia auctoritatem vt carnali copula vtatur qz si ecclesie constaret de voto emisso matrimonium inhiberet. Si autẽ sciret ꝛ dispensaret in voto simplici continentie auctoritate aplica post dispensationem non peccaret mulier neqz exigendo neqz reddendo debitum. Ad secundum qđ est in contrarium dicendum ꝙ eadem ratio est ꝛ in voto continentie ꝛ in voto abstinentie. Sicut enim persona que post votum simplex continentie emissum sui ipsius potestatez coniugi tradit absqz peccato carnali copula vtitur debitum reddens. ita si post votum abstinentie sui ipsius potestatem alteri tradit religionem intrando absqz peccato potest ieiunium soluere scõm obedientiaz prelati ꝛ observantiaz religiõis per qđ votuz solẽnisatiũ ab aliis voti absoluit

Articulus decimus nonus

Dz⁹ sic proceditur. Uidetur ꝙ quicquid aliquis đ pecunia vsuraria lucratꝰ fuerit reddere teneatur. Dicit. n. aplus ad Ro. xi. Si radix sancta ꝛ rami. gꝰ econuerso. si radix infecta et rami. Sz radix hmõi lucri est infecta ꝛ vsuraria. gꝰ totuz est infectum ꝛ vsurarium. Nõ gꝰ põt licite hmõi lucꝝ retinere. Sed cõtra. quilibet põt licite tenere id qđ legittime acquisiuit. sed id qđ

acquiritur de pecunia vsuraria interdum legitume acquiritur. g⁹ licite potest retineri. R⁹ dō ꝙ hmōi qōnis veritas potuit apparere si consideretur ratio quare vsuram accipere sit peccatum. non enim est peccatum solum qz est prohibitum sed qz est contra rationem naturalem vt etiam phūs dicit in p⁹ polit⁹. Ad cui⁹ euidentiam considerandum ꝙ rerum in vsum hoīs venientium quedam sunt quarum vsus non est ipsius rei consumptio. z si contingat rem deteriorari vel consumi pervsum hoc ē per accidens sicut domus. vestis. liber. equus z hmōi. non enim vti libro est delere ipsum: neqz vti domo est destruere ipsam z in talibus aliud ē dare vsum rei z aliud est dare substantiaz rei. z propter hoc quando per accōmodationez vsus talis rei alteri conceditur non propter hoc dominium rei transfertur. z propter hoc etiaz pōt vendi vsus rei dominio rei remanente apud dominum sicut patet in conductione z locatione qui sunt contractus liciti. Quedaz vero res sunt quarum vsus nihil est aliud ꝙ consumptio ipsarum rerum sicut pecunia qua vtimur expendendo. vinum quo vtimur bibendo. z sic de aliis hmōi in quibus vti re nihil est aliud ꝙ cōsumere ipsam. z ideo in talibus quando conceditur vsus rei per mutuum transfertur etiam rei dominium. quia ergo vsus rei non est separabilis ab ipsa re quicunqz vendit vsum talium rerum retinendo sibi obligationem ad sortem reddendam manifestuz est ꝙ idem vēdit bis qō est contra naturalem iusticiam. et ideo exigere vsuram est secundum se iniustum. Tenetur ergo aliquis id quod accipit vltra sortez restituere. qz iniuste accepit. z per ꝯns dāna z interesse sed cuz ipsius pecunie vsurario nō sit alius vsus ꝙ ipsa eius substantia ratione iam dicta patet ꝯnter ꝙ ex quo pecuniam vsurariam reddit de vsu pecunie nihil reddere tenetur. teneretur autē reddere aliquis id qō lucratus esset de domo aliena vel de equo vel aliquo hmōi etiaz postꝙ res hmōi reddidisset qz in talibus appēciatur res z vsus rei. Ad illud g⁹ qō in ꝯrarium obicitur dō ꝙ pecunia vsuraria non se hz per modum radicis ad lucrū qō de ea fit sed solum per modum materie. radix enim aliqualiter habz virtutem cause actiue inquantum ministrat alimentum toti plante. vnō in humanis actibus voluntas z intentio comparantur radici que si peruersa fuerit opus erit peruersum. non autē hoc est necessariuz in eo qō ē materiale. Pōt. n. aliqs interdū malo bñ vti.

Finde q̄situz ē de his q̄ pertinēt cōiter ad oēs hoīes. z p⁹ quantuz ad aiam. z⁹ quantuz ad corpus. 3⁹ quantum ad

actum hoīs. Circa aiam quesita sunt tria. Primo quantum ad substantiam eius. vtrum sit composita ex materia z forma. Secundo quantū ad cognitionē eius. Tertio ꝑtuz ad penaz ipsius

Articulus vicesimus

D p⁹ sic proceditur. Uī ꝙ aia sit ꝯposita ex materia z forma. Intellectus. n. humanus cōparatur ad substantias intellectuales superiores per recessum simplicitatis. sed omne qō recedit a simplici incidit in aliq̄ ꝯpositionē. prima aūt ꝯpositio est ex materia z forma. g⁹ aia humana ē ꝯposita ex materia z forma

Sz ꝯtra est qō phūs dicit in. z⁹ de aia. ꝙ species rex materialium prout sunt in ipsis rebus non sunt intelligibiles actu. qz sunt in materia sed prout sunt in aia intellectiua humana sunt intelligibiles actu. g⁹ nō sunt in materia. Nō g⁹ aia humana ē ꝯposita ex materia z forma. R⁹ dō ꝙ si materia dicat oē illud qō ē in potētia quocūqz mō z forma dicat oīs act⁹ necesse est ponere ꝙ aia humana z q̄libet substantia creata sit ꝯposita ex materia z forma. Dis. n. substantia creata ē ꝯposita ex potentia z actu. Manifestuz ē. n. ꝙ solus deus ē suuz esse quasi essentialiter exīs. unquātuz. s. suuz esse ē eius substantia. qō de nullo alio dici pōt. Esse. n. subsistens nō pōt esse nisi vnū: sicut nec albedo subsistēs nō pōt esse nisi vnū. O portet g⁹ ꝙ q̄libet alia res sit ens participatiue ita ꝙ aliud sit in eo substātia participās esse z aliud ipm esse participatuz. Oē aūt participans se hz ad participatuz sicut potētia ad actuz. vñ substātia cuiuslibet rei create se hz ad suum esse sicut potentia ad actuz. Sic g⁹ oīs substātia creata ꝯposita est ex potentia z actu. i. ex eo qō est z esse vt Boe. dicit in li. de ebdo. sicut albū ꝯponitur ex eo qō ē albuz z albedine. Si vo materia ꝑprie accipiat pro illo qō est potētia tm̄ sic ī possibile ē ꝙ aia hūana sit ꝯposita ex materia z forma. z h⁹ pōt manifestari dupliciter. Pu⁹ quidez ex eo ꝙ ē intellectual substātia. manifestuz ē. n. ꝙ intellectus in actu ē intellectum in actu. Intellectū aūt in actu ē aliquid inquantuz ē imateriale. Est. n. aliquid perfecte ꝯgnoscibile inquātuz ē actu ñ aūt in ꝑtū ē in potētia vt ōr in. 9. metha. vñ cū materia sit ens in potētia forma i materia exīs nō pōt esse ꝑfecte cognita vt intellecta in actu. vñ sequit ꝙ nulla substā intellectiua cui⁹ ꝑfectio ē ipm intellectū in actu sit materiale eo ꝙ oz ꝑfectionez proporcionari perfectibili. Secūdo apparet idez ex hoc ꝙ aia est forma. Cum enim forma sit actus z id quod est in potentia non

possit esse actus impossibile est ꝙ aliquid compositu ex materia ⁊ forma secundum se totum sit forma.. Si ergo anima que ponit componi ex materia ⁊ forma sit forma secundu aliquam sui partem que est actus cuius nulla pars est materia. sequitur ꝙ anime pars non sit materia. Hoc enim dicimus animam qđ est act⁹ corporis animati. Ad illud vero quod in contrarium obicitur dicendu ꝙ potentia ⁊ actus sunt prima principia in genere substātie. materia autem ⁊ forma sunt prima principia in genere substātie mobilis. vnde non oportet omnem compositionem in genere substantie esse ex materia ⁊ forma. sed hoc solum necesse est in substantiis mobilibus.

Einde quesitum est de aīa quantum ad eius cognitione Et circa hoc quesita sunt duo. Primo vtr̄ anima separata a corpore cognoscat aliam animaz separatam. Secundo vtr̄ liceat ab aliquo moriēte exigere vt statu suū post mortē denūciet

Articulus vicesimusprimus

D primu sic proceditur. Videtur ꝙ anima separata a corpore non cognoscat aliam animam hominis quaz in hac vita cognouit. Omnis enim cognitio per aliquam fit similitudinem. Sed in vna anima non fuit expressa alterius anime similitudo in hac vita que possit in ea post mortem remanere. g° vna anima separata non potest aliā cognoscere. Preterea phūs dicit in p° de aīa. Qr corrupto corpore aīa non reminiscitur. non ergo recognoscit animam hominis quaz in hac vita cognouit. Sz ꝯtra est ꝙ sicut đr Lu. 16. diues in inferno sz° aīam posit⁹ recognouit Lazarum in sinu Abrae sz° aīam existentem. R.° dđ ꝙ cum nulla substantia propria operatione destituatur necesse ē ponere cum aīa intellectiua post mortem remaneat ꝙ aliquo modo intelligat. necesse est aūt ei attribuere alter̄ trium modor̄ intelligendi vt scz intelligat vel abstrahendo species intelligibiles a rebus. sicut nunc intelligit corpori vnita. vel per species intelligibiles in corpore acquisitas ⁊ in ea conseruatas post mortē. vel etiaz per aliquas species concreatas vel qualitercunqz desuper influxas. Quidam ergo dicunt ꝙ anime separate intelligunt abstrahēdo species intelligibiles a rebus. Sz hoc esse non potest. Abstractio enim specierum intelligibilium a rebus sensibilibus fit mediante sensu et ymaginatione quorum operationes cum sint per organa corporalia aīe separate attribui non possunt. vnde alii hoc

negantes dicunt vlterius ꝙ nec etiaz per species acquisitas a rebus sensibilibus dum esset in corpore anima separata intelligit. Ponūt eniz Auicennam sequentes ꝙ species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili nisi duz actu intelligit sz conseruantur species particulares rerum sensibilium solum ymaginatiua ⁊ memoratiua ad quas dum intellectus possibilis se cōuertit de nouo influunt in ipsum species intelligibiles ab intellectu agēte. Cuz ergo vis memoratiua ⁊ ymaginatiua corrumpatur corpore corrupto eo ꝙ est virtus organi corporalis sequitur ꝙ aīa post mortem nullo modo intelligere possit per aliquas species a reb⁹ sensibilibus acceptas. vnde relinquitur secunduz eos ꝙ anima separata intelligat per species concreatas sicut ⁊ angeli. Sz hec quidem positio irrationalis videtur quantum ad vtrunqz dictorum Qr enim species intelligibiles in intellectu possibili non conseruētur est contra rationem. Qr enim in aliquo recipitur est in eo per modum recipientis. Unde cuz intellectus possibilis habeat esse stabile ⁊ īmobile oportet ꝙ species intelligibiles in eo recipiantur stabiliter ⁊ īmobiliter. Est etiam contra Aristo. qui dicit in. 3° de aīa. Qr intellectus possibilis cum sciat singula. hoc est accipiens species singulorum vt sciens. i. sicut contingit in scientia vel in eo qui habet scientiam tunc dicitur secundum actum. hoc autē confestim accidit cum possit operari per seipsum. Est quidem ergo et tunc potentia quodammodo non tamen simpliciter sicut ante addiscere aut inuenire. Ex quibus verbis apparet ꝙ species intelligibiles quādoqz sunt habitu in intellectu possibili quāuis actu non operetur. Illud etiam ꝙ dicunt animam humanam habere species intelligibiles concreatas irrationabiliter dicitur. Si enim potest eis vti dum est corpori vnita sequitur ꝙ possit homo intelligere ea quorum sensum nō accepit. vtputa ꝙ cecus intelligat colores. qđ patet esse falsum. Si autem per vnionem corporis totaliter impeditur anima humana vt speciebus intelligibilibus concreatis vti non possit sequitur ꝙ vnio corporis ⁊ anime nō sit naturalis. Id enim qđ est in natura rei nō totaliter impeditur per aliquid quod est rei naturale. alioquin natura faceret alterum illorum frustra. Sic ergo dicendum est ꝙ anima separata intelligere potest quedam per species intelligibiles quas per sensus a rebus acquisiuit dum esset in corpore. Sed iste modus cognoscendi nō sufficit quia multa cognoscit anima separata que nos in hac vita non cognoscimus maxime qr inconueniens videtur ꝙ aīe illoruz

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qui in maternis vteris moriuntur que forte nullum intellectus vsum habuerunt. ⁊ per consequens nec aliquas species intelligibiles acquisitas nihil post mortem intelligant. Unde oportet addere ꝙ anima in sui separatione a corpore recipit influxum specierum intelligibilium a natura superiori scꝫ diuina sꝫ⁹ naturalem ordinem quo experimur ꝙ anima humana quanto magis a corporeis sensibus abstrahitur tanto magis potest esse particeps superioris influxus. sicut patet in dormientib⁹ ⁊ alienatis qui etiaꝫ quedam futura preuident. Sic ergo anima separata potest aiam aliam cognoscere tam per noticiam quaꝫ de ea acquisiuit in hac vita per aliquaꝫ similitudinem effectus ipsius qui est vita hominis siue per aliquaꝫ similitudinẽ influxam a deo naturali influxu ⁊ per hoc patet responsio ad primuꝫ. Ad secundum dicenduꝫ ꝙ phũs loquitur quantum ad memorari ⁊ reminisci. qđ est per actus cuiusdam potentie sensitiue vtentis organo corporali quo corrupto cessat actus talis potentie.

Articulus vicesimus secundus

Ad secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ non liceat ab aliquo moriente requirere ꝙ reuelet statum suum post mortẽ Non enim licet inquirere que deus vult esse abscondita secũduꝫ illud Eccle. 3. Altiora te ne quesieris. Sed deus vult esse absconditum statum anime post mortem. qđ patet ex hoc ꝙ diuiti petenti vt Lazarus mitteretur ad fratres suos viuentes est hoc denegatum. sicut dicitur Luce. 16. Non ergo licet hoc a morientibus requirere. Sed contra est qđ dicitur. 2. Macha. 12. Sancta ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare. Sed ad hoc homo prouocatur per hoc ꝙ cognoscit necessitatem eoruꝫ quaꝫ habẽt post mortem. ergo licitum est ⁊ sanctum hoc a morientibus requirere.

℟.⁹ dđ ꝙ cum peccatum sit contra naturam vt patet per Damas. in. 2. li. requirere impletionẽ naturalis desiderii non ẽ peccatum nisi aliqua inordinatio adiungatur. sicut patet in sumptiõe cibi ⁊ potus. homo aũt naturaliter scire desiderat. Unde si requirat alicuius rei noticiam non est peccatum nisi forte per accidẽs hoc est per aliquam inordinationem adiunctam. puta si per studium ⁊ inquisitionem alicuius scientie aliquis impediatur ab his quibus tenetur intendere. puta si predicator impediatur ab officio debite predicationis propter studium geometrie. aut etiam si quis inquirat aliquid ꝯgnoscere superbe ⁊ presumptuose de sua

facultate cõfidens vel si qua alia hmõi inordinatio circa hoc cõtingat. Nulla autẽ inordinatio in hac inquisitione videtur si aliquis requirat a moriente cognoscere statum suum post mortem sũmittendo tamen h⁹ diuino iudicio. Unde nulla ratio videtur quare debeat dici hoc esse peccatum nisi forte ex dubitatione fidei de futuro statu quasi temptando inquirat. Ad illud vero qđ in contrarium obicitur dicendum ꝙ deus vult multa nobis sic esse abscondita quorum noticiam propriis viribus aut merito acquirere non possumus que tamen vult reuelari humiliter ⁊ pie querentibus secundum illud Math. xi. Abscondisti hoc a sapientibus ⁊ prudentibus ⁊ reuelasti ea paruulis. vnde non est mirum si superbis fratribus superbi diuitis deus aliqua noluit reuelari que tamẽ vult reuelari fidelib⁹ pie ⁊ humiliter requirẽtib⁹

Einde quesitum est de anima quantum ad penam. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo vtrum anima possit pati ab igne corporeo. Secundo vtrum damnati in inferno gaudeant de penis inimicorum suorum quos vident secum puniri.

Articulus vicesimus tertius

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ anima separata nõ possit pati ab igne corporeo. Actio enim agentis est proportionata passioni patientis. Sed actio ignis cum sit corp⁹ physicum est actio naturalis que consistit in mouere. ergo nihil patitur ab igne corporeo nisi quod mouetur. Sed anima non mouetur cum sit impartibilis. nihil autem impartibile mouetur vt probatur in. 6. phi. g⁹ anima non patitur ab igne corporeo. Sed contra est ꝙ diues in inferno secundum animam existens dicit. Crucior in hac flamma. vt dicitur Luce. 16. ℟.⁹ dicenduꝫ ꝙ anima patitur penam ab igne corporeo sicut fides catholica docet. Qꝛ autem ignis corporeus agat in animam separatam hoc non habet ex natura sua sed inquantum est instrumentum diuine iustitie vt dicitur communiter. Aduertendum tamen est ꝙ nullum instrumentum agit in virtute superioris agentis nisi excedendo aliquã actionẽ sibi ꝯnaturalẽ alioquin frustra adhiberet ad effectũ sicut serra inquantuꝫ ẽ instrumẽtuꝫ artis facit arcaꝫ secando ⁊ aqua baptismal' abluit animam vt instrumẽtuꝫ diuine misericordie corporaliter abluẽdo. Si ergo ignis corporeus agit in animam vt est instrumentum diuine iusticie punientis necesse est ꝙ hoc fiat per aliquaꝫ actionem igni corporeo cõnaturalem.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

Non autem potest dici ꝙ ignis alteret animam calefaciendo vel desiccando aut igniendo ipsam. Unde relinquitur modus quez Augustinus ponit. 21. de ciui. dei. vt scz anima separata vel spiritus demonis patiatur penam per alligationem quandaz ab igne corporeo. Uidemus enim speciez corpori alligari quandoqz quidem naturaliter sicut anima alligatur corpori. quandoqz autem quadam superiori virtute sicut per virtutem superioꝝ demonum inferiores demones alligantur arte nigromantia ymaginibus vl' anulis vel aliis hmōi rebus. Multo ergo magis virtute diuina demones vel etiaz anime alligari possunt igne corporeo vt ab eo assumant penam. Unde patet responsio ad illud quod in contrarium obiciebat'. qđ procedit de actione ignis q̄ est ꝑ alterationez

Articulus vicesimusquartus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ damnati in inferno gaudent ⁊ consolentur de penis inimicorū suoꝝ quos secum vident in inferno puniri. quia super illud Isa. 14. Omnes principes terre surrexerunt de soliis suis. dicit glo. Hiero. ꝙ solacium est malis inimicos suos socios habere penarum. Sed contra. Omne gaudium diminuit dolorē vt patet per phm̄. 7. ethi. Sed dolor damnatorum est finitus intensiue tantum. ergo possent multiplicari inimici alicuius damnati in inferno ꝙ totaliter dolor eius deleretur quod est contra diuinam iusticiaz. R.º dđ ꝙ nihil prohibet idem secundum diuersas rationes esse delectabile ⁊ triste. tamen simpliciter dicitur tale ab eo qđ preeminet ab eo vero qđ est minus denominatur secundum quid. Dicendum est ergo ꝙ pena inimici ꝯsiderata ab eo qui est in inferno hz quodāmō rōez đlectabil' ⁊ quodāmō rōez tristabil'. Rationē quidē delectabil' hz inquantū impletur voluntas dānati de malo inimici sui. Descendunt enim ad infernum damnati cum armis. i. cum affectionibus prauis vt dicitur Ezech. 32. Sed ex alia parte habet rationem tristabilis propter duo. Primo quidem inquantum in pena inimici impletur diuina iusticia quaz odiunt ⁊ blasphemāt damnati in inferno secunduz illud Apoc. 16. Estuauerunt homines estu magno ⁊ blasphemauerunt nomē domini. Secundo propter vermen conscientie. Sic enim in eis praue affectiones remanent ꝙ ⁊ tamen de eis dolent ad punitionem non ad purgationē secundum illud Sapi: 5. Penitentiam agentes ⁊ pre angustia spiritus gementes. vnde sicut penitentes in hac vita dolent ⁊ de do

lore gaudent ita damnati in inferno gaudent de penis inimicoꝝ suorum. ⁊ tamen de ipso gaudio magis dolent. ⁊ precipue si prestiterint eis damnationis causaz. Et ꝑ hoc pz responsio ad obiecta

Articulus vicesimusquintus

Einde quesitum est de homine quantum ad corporis sexū vtruz scz si primus homo non peccasset tot fuissent nati mares quot femine. ⁊ videtur ꝙ sic. In paradiso enim vbi secunduz Aug. fuisset thorus imaculatus ⁊ nuptie honorabiles nullus cōtinuisset sed omnes matrimonio vsi fuissent. vt impleretur preceptum domini primis hominibus datum. Crescite ⁊ multiplicami ⁊ replete terram. vt habetur Gen̄. p.º Sed in statu innocentie null⁹ masculus habuisset plures vxores nec aliqua mulier plures viros nec aliquis aut aliqua mortem sensisset. ergo sequitur ꝙ tot mares nascerentur quot femine. Sed contra est quod dicit Greg. 4.º moral'. super illud. Nunc enim dormiens sileret. dicit. Si parētem primum nulla putredo peccati corrumperet nequaq̄ ex se filios iehenne generaret. Sed hi qui nunc per redemptorem saluādi sunt soli ab eo electi nascerentur. Sed qui nunc saluandi sunt nō sunt equaliter mares ⁊ femine. Ergo neqz ī statu innocētie equaliter mares ⁊ femine. R.º dicendum ꝙ si Adam non peccasset nec aliquis de stirpe eius satis probabiliter videtur concedendū ꝙ tot nascerentur mares quot femine sicut ratio probat. Ad illud vero quod in contrarium obicitur potest dici ꝙ cuz soli deo sit certus numerus electorum incertum est vtrum inequales saluētur mares ⁊ femine. vl' equaliter tot mares quot femine. sed si supponitur ꝙ non in equali numero mares saluentur ⁊ femine potest dici ꝙ cum dicitur. Hi qui nunc per redemptorem saluandi sunt ⁊c. pronomen non facit personalem demonstrationez sz simplicem. sicut cum dicitur. hec herba crescit in orto meo. vt intelligatur nihil aliud significari q̄ ꝙ soli saluandi ab eo nascerentur quia nullus nascendo ab eo traheret damnationis causam. non autem potest dici ꝙ idem homines numero nascerentur qui nunc nascuntur. Manifestum est enim ꝙ non potest esse idez homo numero si ab alio patre vel ab alia matre nascatur. Cum autē multi sunt qui ex pluribus vxoribus filios suscipiunt qui saluantur si in statu innocentie pluralitas vxorum non fuisset impossibile essz ꝙ idem homines numero tunc nascerentur qui nunc saluantur.

Einde quesituz est de actibus ꝯmunibus omnibus hoībus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

Et primo de conſcientia. Secundo ō penitentia. Circa primū queſita ſunt duo. Primo vtrum conſcientia poſſit errare. Secūdo vtrum conſcienta erronea liget.

Articulus viceſimusſextus

D primum ſic proceditur. Uidetur q conſcientia errare nō poſſit. qz ad Ro.2° dicit glo. q conſcientia eſt lex intellectus noſtri que eſt lex nature. Sed lex naturalis errare non poteſt. ergo nec ꝯſcientia. Preterea Baſilius dicit q conſcientia eſt naturale iudicatorium. Sed naturale iudicatoriuz non poteſt errare vt patet in primis principus indemonſtrabilibus de quibus homo naturaliter iudicat. ergo conſcientia non poteſt errare. Sz contra eſt qđ dñs dicit. Joh. 16. diſcipulis loquens. Uenit hora vt omnis qui interfecerit vos arbitretur ſe obſequiū preſtare deo Sed hoc non eſt niſi conſcientia errante. ergo conſcientia poteſt errare. Rº dicendum q conſcientia ſicut ipſum nomen ſonat importat applicationem ſcientie vel noticie humane ad aliquem proprium actum Omnis autez noticia quaz homo habet poteſt ad ſuum actum applicare ſiue memoriam prout homo dicitur habere conſcientiam teſtificantem q fecerit aliquid vel non fecerit ſiue etiam ſcientiam vniuerſalem vel particularem per quaz homo poteſt cognoſcere vtrum aliquid ſit faciendum vel non faciendum. z ſecundum hoc conſcientia dicitur vigere vel impedire Manifeſtum eſt autem q ſi accipiamus diuerſas hominis cognitiones in aliqua poteſt eſſe error z in aliqua non. In primis enz principiis naturaliter cognitis ſiue ſint ſpeculatiua ſiue ſint operatiua nullus poteſt errare. ſicut in hoc. omne totum eſt maiꝰ ſua parte. vel nulli iniuriam eſſe faciendam. In aliis autez humanis cognitionibus magis particularibus ſiue pertineant ad partem ſenſitiuam ſiue ad rationem inferiorem que conſiderat humana ſiue ad rationem ſuperiorem que conſiderat diuina poteſt multipliciter error accidere. Manifeſtum eſt autem q in applicatione multarum cognitionum ad actum prouenit error quecunqz cognitionum fuerit erronea ſicut patet q falſitas accidit in concluſione quecunqz premiſſorum fuerit falſa. Sic ergo licet in cognitione primoꝝ principioꝝ iuris naturalis non ſit error. tñ quia in aliis principiis iuris humani vel diuini poteſt error accidere. ideo ꝯſcia hois errare pōt ſicut pz q hereticꝰ qui hz ꝯſciam nunq̄ iurandi hz ꝯſciam erroneam. propter hoc q credit oē iuramentum

eſſe contra preceptuz dei. licet in hoc nō erret q eſtimat nihil eſſe faciendum ꝯtra preceptum diuinuz. Ad primuz gº dđ q principia particularia habent vtutē concludendi ex primis principiis vniuerſalibus. vñ ꝯcluſio attribuitur principaliter primis principiis ſicut effectus cauſe prime z eadē rōe qz vtus ꝯſcie principaliter ōpēdet ex principiis iuris naturalꝭ ſicut ex primis z p ſe notis principaliꝫ conſcientia dicitur lex naturalis vel etiam naturale iudicatorium. vnde patet ſolutio ad ſecundum.

Articulus viceſimusſeptimus

D ſecundum ſic proceditur. Uidetur q ꝯſcientia erronea non liget ad peccatuz. Ut enim Aug. dicit. xx. ꝯtra Fauſtum. Omne peccatum eſt contra legem eternam que eſt lex dei. Sed quandoqz conſcientia errans prohibet id quod non ē contra legem dei. ſicut patet in hereticis qui conſcientia erronea prohibente nolunt iurare nec comedere carnes aut bibere vinū. Nō ergo eſt eis peccatum ſi contra ꝯſcientiam hoc faciant. z ita conſcientia erronea non obligat ad peccatum. Preterea conſcientia erronea quandoqz dictat homini q faciat id quod eſt contra legem dei. ſicut heretico ſua conſcientia erronea dictat q predicet contra fidem catholicaz. Sed faciendo contra legem dei peccat mortaliter. Si ergo etiam faciendo contra conſcientiam erroneā peccaret mortaliter ſequeretur q vtrobiqz eſſet peccatum ſiue predicaret contra legem dei ſiue non. z ita eſſet perplexus. qđ videt eſſe inconueniēs qz ſequeret q ñ pateret ei via ſalutis. cuz tñ omnibus pateat per penitētiaz in hac vita. Nō gº ꝯſcia erronea ligat.

Sz ꝯtra ē q ad Ro. 14. ſup illud. Oē qđ nō ē ex fide peccatum ē. dicit glo. Qz qui facit ꝯtra ꝯſciam edificat ad iehennam.

Rº dđ q cuz actꝰ recipiat ſpeciem ab obiecto nō recipit ſpeciem ab eo ſz3ᵖ materiam obiecti ſz ſz3ᵖ rōnem obiecti. ſicut viſio lapidis nō recipit ſpeciē a lapide ſz a colorato qđ ē per ſe obiectū viſus. Dis aūt actꝰ humanꝰ hz rōez pcti vl meriti inquātuz ē voluntariꝰ. obiectuz aūt volūtatis ſz3ᵖ ppriaz rōez ē bonū appbēſuz. z iō actꝰ humanꝰ iudicat vtuoſus vl vicioſus. ſz3ᵖ bonū appbēſuz in qđ p ſe voluntas fert z nō ſz3ᵖ materiale obiectū actus. ſicut ſi aliquis credens occidere patrem occidat ceruum incurrit parricidii peccatum z econtrario. ſi quis venator putans occidere cervum debita diligentia adhibita occidat caſualiter patrem immunis ē a parricidii crimine. Si gº aliquid ſz3ᵖ ſe nō ē ꝯtra legē dei vt leuare veſtucam de terra vl iurare appbēdat errante ꝯſcientia

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
CREDOSUSAL.ES

vt contra legem dei existens. z sic voluntas in ipsum feratur manifestum est q voluntas fertur per se loquendo z formaliter in id quod est contra legem dei. materialiter autem in id quod nō est contra legem dei imo forte in id quod est secundum legem dei. z ideo manifestum est q est ibi contemptus legis dei. et ideo necesse est q sit ibi peccatum. Et ideo dicendum est q omnis conscientia siue recta siue erronea siue in per se malis siue in indifferentibus est obligatoria ita q qui contra conscientiam facit peccat.

Ad primum ergo dicendum q licet hereticus qui iurat conscientia erronea contradicente materialiter loquendo non faciat contra legez dei. tamen formaliter loquendo contra legem dei facit. vt ostensum est. Ad secundum dicendum q si alicui dictat conscientia vt faciat illud quod est contra legem dei si non faciat peccat z similiter si faciat peccat qz ignorantia iuris non excusat a peccato nisi forte sit ignorantia inuincibilis. sicut est in furiosis z amentibus que omnino excusat. nec tamen sequitur q sit perplexus simpliciter sed secundum quid. potest enim erroneam cōscientiam deponere. z tunc faciens secundum legez dei nō peccat Non est autem inconueniens q aliquo posito aliquis homo sit perplexus sicut sacerdos qui tenetur cantare si sit in peccato peccat cantando z non cantando. nec tamen est simpliciter perplexꝰ quia potest penitentiam agere z absqz peccato cantare. sicut etiā in silogisticis vno quodam inconuenienti dato alia contingunt vt dicatur in primo physicoꝝ.

Finde quesituz est de penitentia. Et circa hꝰ quesita sunt duo. Primo vtz si aliquis sacerdos penitenti dicat. quid quid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum sit satisfactō sacramentalis. Secundo vtrum ei qui pretermisit diuinuz officium dicere cum teneretur ad ipsum possit imponi alia penitētia pro tali omissione vel sit ei imponendum q iteret qđ omisit.

Articulus vicesimusoctauus

D primum sic procedit. Videtur q predicta satisfactio non sit sacramentalis. Sacramentalis enim satisfactio ad aliquid ligat. Sed ille cui predictus modus satisfactionis indicitur ad nihil ligatur. ergo videtur q non sit sacramentalis satisfactio. Sed ꝓtra. Illa videtur esse sacramentalis satisfactio qua perfecta ad nihil aliud homo tenetur. Sed penitens cui sic satisfactio iniungitur a sacerdote nihil aliud tenetur implere cuz nihil

sit aliud sibi mandatum. ergo huiusmodi satisfactio est sacramentalis. Rꝰ dicendum q hic est quadruplici distinctione vtendum. Primo enim considerandum est q peccator est debitor alicuius satisfactōnis dupliciter. Uno modo ex iniunctione sacerdotis. Alio modo ex peccato cō misso. vnde si contingat q sacerdos minorem satisfactionem imponat penitenti q sit illa ad quaz obligatur ex quantitate sui peccati subtracto eo quod remittitur virtute clauiuz z contritionis precedentis. nihilominus penitens ad aliquid vlteriꝰ obligatur quod si in hac vita non perficiet in purgatorio exoluet. z econuerso si sacerdos imponat maiorem penitētiam q penitens facere teneatur pensata remissione que est facta per vim clauium z contritione precedente nihilominus penitens tenetur facere quod sibi iniunctum est si adsit facultas. Secundo considerandum q opus quod quis facit ex iniunctione sacerdotis dupliciter valet penitenti. vno modo ex natura operis. alioꝰ ex vi clauium. Cum enim satisfactio a sacerdote absolūte iniuncta sit pars penitentie manifestum est q in ea operatur vis clauiuz ita q amplius valet ad expiandum peccatum q si proprio arbitrio homo faceret idem opus. Tertio considerandum est q satisfactio ad duo valet. Valet enim ad expiationem culpe preterite. valet etiam ad cautelam culpe future. sicut cum homo iciunat p hoc prebetur ei remedium contra futuras concupiscentias carnis Item quarto considerandum est q sacerdos potest penitenti satisfactionem iniungere vel ex proprio arbitrio vel etiam ex consilio alieno. Est ergo dicendum q sicut potest sacerdos iniungere satisfactionem penitenti ex arbitrio alieno ita z ex arbitrio ipsius penitentis. sicut si dicat. facias hoc si potes z si non potes facias hoc. z simile videtur cuz sacerdos dicit. Quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum. videtur autez satis conueniens q sacerdos non oneret penitentem graui pondere satisfactionis quia sicut pranus ignis a multis lignis superpositis de facili extingui tur. ita posset contingere q pratus affectus contritionis in penitente nuper excitatus propter graue onus satisfactionis extingueretur peccatore totaliter desperante. Unde melius est q sacerdos penitenti indicet quanta penitētia esset sibi pro peccatis iniungēda z iniungat sibi nihilominus aliquid qđ penitens tollerabiliter ferat ex cuius impletione assuefiat vt maiora impleat. que etiā sacerdos sibi iniungere non attemptasset. z hec que preter iniunctionem expressam facit accipunt maiorem vim expiationis culpe

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

preterite ex illa generali iniunctõne qua sacerdos dicit. quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum. Unde laudabiliter consuetum hoc a multis sacerdotibus dici licet nõ habeant maiorem vim ad prebendum remedium contra culpam futuram. et quantuz ad hoc talis satisfactio est sacramentalꝫ inquantũ virtute clauium est culpe ꝯmisse expiatiua. Et p hoc pz rñsio ad obiecta.

Articulus vicesimusnonus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ ei qui omisit dicere diuinum officium sit iniungendus ꝙ iterato dicat. Qui enim tenetur ad aliqđ debitum spirituale implendum non potest liberari nisi idem debitum soluat. Si ergo aliquis tenebatur ad hoc debitum vt scz diuinum officium diceret videtur ꝙ nõ possz absolui nisi hoc debitum soluat. Sed contra est ꝙ penitentie sunt arbitrarie. gº pro peccato talꝫ omissionis quecunqz pena secũdum arbitriuz sacerdotis potest imponi. Rº đõ ꝙ in omni diuino officio est hoc ꝯmune qđ pertinet ad laudez dei z ad suffragium fidelium. Sed distinguitur vnum officiuz ab alio secundũ diuersitatem tempoꝝ z locoꝝ. Rationabiliter enim instituũ est vt diuersimode deus laudetur secundum congruentiam tempoꝝ z locoꝝ. z ideo sicut in officiis diuinis exoluendis obseruanda ẽ congruitas loci: ita etiam congruitas temporis que quidez obseruari non posset si oporteret iniungere omittenti ꝙ horas diceret quas omisit. Forte enim in completorio diceret. Jam lucis orto sydere. z in tempore paschali diceret officium dominice passionis qđ esset absurdum. z ideo non videtur esse iniungendum ei qui omisit diuinum officiuz ꝙ horas easdem repetat sed aliquid ad diuinam laudez pertinens. puta vt dicat septem psalmos vl vnũ psalterium vel aliquid amplius secundum quantitatem delicti.

Ad illud vero quod in contrarium obicitur dicendum vt tempore debito officii pretereunte iam est impotens ad soluendum tẽpore debito. z ideo qz hoc nõ põt facere iniungẽda ẽ ei alia pña

Einde quesitum est de creatura pure corporali. Et circa hoc quesita sunt duo. Primo de arcu nubium qui dicitur iris vtrum sit signum diluuii non futuri. Secundo vtrum possit demonstratiue probari ꝙ mundus non sit eternus.

Articulus tricesimus

D primum sic proceditur. Uidetur vt arcus nubiuz non sit signum diluuii non futuri. Illud enim qđ fit ex necessitate nature non videtur esse institutum ad aliquid significanduz arcus nubium prouenit ex necessitate propter oppositionem solis ad nubem roridam. ergo non videtur esse significatiuum diluuii non futuri. Preterea huiusmodi apparitiones aeris sicut iris z halo. i. circulus continens solem z lunam z alia hmõi causantur precipue ex vaporibus humidis in aere existentibus ex quibꝰ sequũtur pluuie que diluuium faciunt. ergo apparitio iridis magis est signum diluuii futuri ꝙ diluuii non futuri. Preterea si est signuz diluuii nunc futuri aut est signum diluuii nunquã futuri aut est signum diluuii non futuri vsqz ad aliquod tempus. Si autem ẽ signum diluuii nunc futuri non oportuisset ꝙ apparuisset nisi semel. Si autem diluuii non futuri vsqz ad aliquod tempus oporteret tempus esse determinatum. quod quidem determinari non potest nec auctoritate scripture nec ratione humana. ergo frustra huiusmodi signum datur. Sed contra est quod dicitur Gen. 8. Arcum meum ponam innubibus z erit signum federis inter me z inter terram. z postea subditur: z non erunt vltra aque diluuii ad delendum vniuersam carnem. Respondeo dicendum ꝙ in his que in veteri testamento dicuntur primo quidem obseruanda est veritas litteralis. Sed quia vetus testamentum est figura noui plerunqz in veteri testamento sic aliqua proponuntur vt ipse modus loquendi aliquid figurari designet. Dicenduz est ergo ꝙ quia cause rerum multis sunt latentes. effectus autem sunt manifestiores proponuntur effectus in designatione causarum. Est autem considerandum ꝙ pluuiarum causa efficiẽs quidem est sol. materialis vero vapor humidus elevatus ex terra et aquis per virtutem solis. hec autem duo in triplici dispositione se possunt habere. Quandoqz enim calor solis omnino superuincit vapores et exsiccat eos et tunc pluuie sequi non possunt. vnde in egypto et in terris multum calidis non sunt pluuie. In estate etiam propter propinquitatem solis sunt pluuie rariores. in hyeme vero frequentiores. Quandoqz vero econtrario virtus solis ad hoc vsqz valet ꝙ vapores multiplicat. sed tamen non potest eos desiccare et tunc superhabundant pluuie. et est ratio diluuii aquarum. Quandoqz vero medio modo se habet vt scilicet virtus solis non solum operetur ad ipsam elevationem vaporum sed etiam habet victoriam super eos vt scilicet non tantum multiplicentur ꝙ ipsum diluuium inducere possint. neqz etiam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

vapores omnino desiccentur ꝛ pluuia non sequatur. ꝛ ex hac media dispositione vel comparatione solis ad vapores causatur iris que non apparet vaporib⁹ omnino desiccatis neqꝫ etiam eis omnino in aere superabundantibus. ꝛ ideo iris est signum diluuii futuri inquantum procedit ex tali causa que repugnat diluuio. Ibo autem scriptura tali modo loquendi vtitur. quia per iridem significatur xp̃us per quem protegimur a spirituali diluuio. Ad primum ergo dicendum ꝙ iris procedit naturaliter ex talibus causis que repugnant diluuio. ꝛ ideo conuenienter iris dicitur esse signum diluuii non futuri. Ad secundum dicendum ꝙ iris potest significare pluuias sed non superabundantes vsqꝫ ad hoc ꝙ faciant diluuium. Ad tertium dicendum ꝙ iris semel apparẽs significat ꝙ tamdiu non erit diluuium q̃diu sol ꝛ vapores in eadem dispositione consistunt. ꝛ ideo non est superfluum ꝙ frequenter apparet.

Articulus tricesimus primus

Dsecundum sic proceditur. Videtur ꝙ demonstratiue probari possit mundum non esse eternum. Si enim mundus esset eternus non posset computari numerus annorum ab initio mundi. Dic autem numerus ascribitur paschali cereo. Sic ergo nõ posset paschalis cereus in ecclesia benedici. Preterea epacte computantur secundum excrescenciam annorum lunarium super annos solares. Sed talis excrescentia computari non posset si mundus esset eternus. ergo mundus non est eternus. ergo demõstrari potest ꝙ mundus non sit eternus. Sed contra. Id quod ẽ fidei demonstrari non potest quia fides est non apparentium. vt dr ad Heb. xi. Sed mundum ex quodaꝫ principio temporis esse creatum est fidei articulus. Unde ꝛ prophetice a Moyse dictuꝫ est. In principio creauit deus celum ꝛ terram. vt Grego. dicit in prima O mel. Ezech. ergo mundum non esse eternum non potest demonstratiue probari. ℟. dicendum ꝙ ea que simplici voluntati diuine subsistunt demonstratiue probari non possunt qr vt dicitur. 1. ad Corinth. 2. Que sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei. Creatio autem mundi non dependet ex alia causa nisi ex sola dei voluntate. vnde ea que ad principium mundi pertinent demonstratiue probari non possunt. sed sola fide tenentur prophetice per spiritum sanctum reuelata sicut aplus post premissa verba subiungit. Nobis autem reuelauit deus per spiritum sanctum. Est autez

valde cauendum ne ad ea que fidei sunt aliquis demonstrationes adducere presumat propter duo. Primo quidem quia in hoc derogat excellentie fidei. cuius veritas omnem rationem humanam excedit secundum illud Eccl'. 3°. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. que autem demonstratiue probari possunt rationi humane subduntur. Secundo quia cum plerunqꝫ tales rationes frugole sint dant occasionẽ irrisionis infidelibus dum putant ꝙ propter rões hmõi his que sunt fidei assentiam⁹. ꝛ hoc expresse apparet in rationibus hic inductis que derisibiles sunt ꝛ nullius momenti. Qđ enim primo inducit de cereo paschali non habet robur nisi auctoritatis. probare autem per auctoritatem nõ est demonstratiue probare sed fidem vel opinionem facere. ꝛ tamẽ multo esset validior auctoritas sacre scripture ℣ benedictio paschalis cerei presertim cum sine ascriptione annorum mundi cere⁹ paschalis benedici possit. Non enim est de necessitate paschalis cerei talis ascriptio. vnde in multis terris non est consuetum ꝙ aliquid cereo ascribatur. Quod etiam secundo opponitur dicendum est. non enim excrescentie annorum lunarium ad solares computantur ab initio mundi sed ab aliqua determinata radice. puta ab aliqua oppositione solis ꝛ lune vel ab aliqua coniunctione vel ab aliquo huiusmodi sicuti est in omnibus aliis computationibus astronomicis.

Incipit quodlibet quartum

Articulus primus

Uesitum est de rebus diuinis ꝛ humanis. Circa res diuinas quesitum est primo de essentialibus. Secundo ℣ personalibus. Circa essentialia quesitũ est. Primo de scientia dei. Secundo de eius potentia. Circa scientiam quesitum est vtrum in deo sunt plures ydee. Et videtur ꝙ sic. Dicit enim Aug. in libro. 83. q. Qr deus singula proprius rationib⁹ creauit et alia ratione hominem: ꝛ alia ratione equum. Sed rationes rerum in mente diuina dicuntur ydee vt patet per Aug. ibidem. ergo sunt plures ydee. Preterea secundum hoc sunt aliqua distincta ꝙ deus earum distinctionem cognoscit. Cognoscit autẽ earum distinctionem in seipso. ergo distinctaruꝫ reruꝫ sunt in deo plures et distincte ydee. Sed contra. Omne nomen quod in diuinis dicitur aut est essentiale vt deus. aut personale vt pater.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

aut noticionale vt generans. Sed hoc nomen ydea neqz est personale neqz noticionale quia non conueniret tribus personis. ergo est nomen essentiale. Sed nullum essentiale multiplicatur in diuinis. ergo non possumus dicere ꝙ in deo sint plures ydee.

Rꝰ dicendum ꝙ duplex est pluralitas. Una quidem est pluralitas rerum. ꝛ secundum hoc non sunt plures ydee in deo. nominat enim ydea formam exemplarem. Est autem vna res que ẽ omnium exemplar scz diuina essentia quaz omnia imitantur inquantum sunt ꝛ bona sunt. Alia vero pluralitas est secunduz intelligentie rationem. Et secundum hoc sunt plures ydee. licet enī omnes res inquantum sunt diuinam essentiaz imitentur. non tamen vno ꝛ eodem modo omnia imitantur ipsam sed diuersimode ꝛ secundum diuersos gradus. Sic ergo diuina essentia secundum ꝙ est imitabilis hoc modo ab hac creatura est propria ratō ꝛ ydea hmōi creature ꝛ similiter de aliis. vnde secundum hꝰ sunt plures ydee secundum ꝙ intelligitur diuina essentia secunduz diuersos respectus quos res habent ad ipsam eam diuersimode imitantes. Diuismodi autem respectus non soluz intelliguntur ab intellectu creato sed etiã ab intellectu increato ipius dei. Scit enīz deus ꝛ ab eterno scinit ꝙ diuerse creature diuersimode esset eius essentiaz imitature ꝛ secunduz hoc ab eterno fuerunt in mẽte diuina plures ydee sicut rationes propie rerū intellecte in deo Hoc enim significat nomen ydee vt sit sez quedam forma intellecta ab agente. ad cuius similitudinem exterius opus producere intendit. sicut edificator in mente sua preconcipit formam domus que est quasi ydea domus in materia fiende. Ad primū ergo dicendum ꝙ Aug. intelligit esse aliam ꝛ aliam rationem secundum diuersitatem respectuum vt dictum est. Ad secunduz dō ꝙ cum dicit secundū hoc res sunt distincte prout deus earum distinctionem cognoscit. hec locutio est duplex. Qz enim dicitur secundum ꝙ deus cognoscit potest referri ad cognitionem diuinam ex parte cogniti vel ex parte cognoscentis. Si ex parte cogniti sic vera est locutio. est enim sensus qꝫ hoc modo res sint distincte sicut deus cognoscit eas esse distinctas. Si vero referatur ad cognitionem ex parte cognoscentis sic locutio falsa est. erit. n. sensus ꝙ res cognite illum modum distinctionis habeant in intellectu diuino quem habeant in seipsis quod falsuz est. quia in seipsis res sunt diuise essentialiter. non autem in intellectu diuino. sicut etiam res in seipsis sunt materialiter. in intellectu autem

diuino immaterialiter. et in hoc vltimo sensu procedebat obiectio. Ad tertium dicendum ꝙ ratio illa procedit de pluralitate reali. talis enim pluralitas in nominibus essentialibus non inuenitur sed solum pluralitas que est secundum intelligentie rationem.

Finde quesitum est de pertinentibus ad potentiam dei. Et primo vtrum in deo sit virtus. Secundo de quodaz effectu diuine virtutis vtrum scilicet aque sint super celos. Tertio ad quid virtus diuina se extendere possit.

Articulus secundus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ in deo non sit virtus. quia vt Philosophus dicit in primo de celo. Uirtus est vltimum potentie. Sed diuina potentia non habet vltimum cum sit infinita. ergo in deo non est virtus. Sed contra. Omne immediatum operationis principium virtus est. Omnis enim operatio omnis a virtute aliqua procedit. Sed in deo est aliquod immediatum operationis principium quia deus immediate aliqua operatur. ergo in deo est virtus. Respondeo dicendum ꝙ virtus qualitercunqz accipiatur significat potentie complementuz. Et inde est ꝙ virtus vnuscuiusqz rei est quod bonum est que bonum facit habentem et opus eius bonum reddit vt dicitur in secundo Ethico. Tunc enīz ostenditur potentia esse completa quando ꝛ agens est perfectum et actio perfecta. Cum ergo potentia dei sit maxime completa potissime in deo virtus inuenitur. vnde dicitur Sapien. duodecimo. Uirtutem ostendis tu qui non crederis in virtute consummatus. et in psal. Magnꝰ dominus et magna virtus eius. Ad primum ergo dicendum ꝙ quandoqz virtutes notificantur non per aliquod qđ de virtute essentialiter predicetur. sed per id ad quod virtus ordinatur Ab eo enim speciem habet sicut Augustinus dicit. Qz fides est credere quod non vides. Credere enim non est ipsa fides sed actus ad quem fides ordinatur. Et hoc modo philosophus diffinit virtutem cum dicit ꝙ virtus est vltimuz potentie. quia scilicet virtus rei attenditur in ordine ad hoc in quod vltimo potest sicut virtus eius qui potest ferre centum libras. vt ipse ibidem dicit: non consistit in hoc vt ferat decem sed in hoc ꝙ ferat illud vltimum in quod vltimo potest. ſ. centū. Sic gꝰ vtꝰ cuiusibz rei nō attendit in vno eorum que potest sz respectu totius quod potest

Uirtus ergo diuina non potest attendi secundum aliquod vnuz opus ipsius quia nullum opus eius est qđ adequat eius virtutē vt deus amplius facere non possit. sed virtus eius attenditur secundum totum in quod potest. Hoc autem est infinitum quia. s. deus infinita facere potest. vnde ⁊ virtus dei est infinita et hoc est vltimum ei infinita posse. sicut virtuti finite est vltimum aliqua determinata posse.

Articulus tertius

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ aque habentes veram speciez aque elementaris super celos existant. Homo enim dicitur minor mundus propter similitudinem quaz habet cum mundo maiori. Sed videmus ꝙ in corpore humano superponitur cerebrum quod habet naturam aque cordi. qđ habz proprietatem ignis inquantum est fons naturalis caloris. ergo etiaz in mundo maiori aqua superponitur aliis elementis. Et hec ratō videtur Aug. in. xi. de ciui. dei. vbi dicit de quibusdam ꝙ ponderibus elementorum mouentur. ⁊ ideo non putant aquarum fluidam grauemqz naturaz in superioribus mundi locis potuisse cōstitui: qui secundum rationes suas si ipsi hominem facere potuissent non ei pituitam: quod grece flegma dicitur et tanꝗ in elemētis corporis nostri aquarum vicem obtinet in capite ponerent.

Sed contra. Partes mundi sunt optime ⁊ ordinatissime disposite secundum suaz naturaz. Sed id quod habet speciem aque naturaliter est ponderosum. et ita naturaliter subsidet corporibus leuibus aeri ⁊ igni. Non ergo aliquid habens veram speciē aque supra celos existit. R.º dicendum ꝙ in sacra scriptura que mētiri non potest expresse dicitur aquas esse supra celum. Dicitur. n. Geñ. i. Qꝛ diuisit aquas que sunt sub firmamento ab aquis que sunt supra firmamentuz. Et in ps. dicitur. Aque que super celos sunt laudent nomen domini. et ideo sicut Aug. dicit in. z.º super Geñ. ad litteram. Quoquo modo vel qualescunqz aque ibi sint esse ibi eas minime dubitemus. Maior quippe est scripture huiꝰ auctoritas ꝗ omnis humani generis capacitas. Sed sicut Aug. primo eiusdem libro dicit. Turpe est nimis et perniciosum atqz maxime cauendum vt xp̄ianum de his rebus scz naturalibꝰ quasi sz̄ꝰ xp̄ianas litteras loquentē ita delirare q̄libz infidel' audiat. vt quēadmoduz đr toto celo errare ꝯspiciēs risuz tenere vix possit et non tam molestum est ꝙ errans homo deridetur. sed ꝙ auctores

nostri ab eis qui foris sunt talia sensisse creduntur ⁊ cum magno eorum exitio de quorum salute satagimus tanꝗ indocti reprehēduntur atqz respuuntur. ⁊ ideo sicut ip̄e subiungit multiplices expositiones ipse posuit in verbis genesis. vt sic accipiatur vna expositio ꝙ alteri expositioni non preiudicetur que forte melior est Sic ergo quod dicitur de aquis supra celos existentibus multipliciter intelligi potest. Uno modo vt per firmamentum vel per celos non intelligamus firmamentum vel celuz in quo sunt sydera. sed hunc aerem in quo aues volare dicuntur supra quem aerem aque vaporabiliter eleuantur ⁊ exinde pluuie generantur. Et de hac expositione dicit Aug. in z.º super Geñ. ad litteraz. Hāc considerationem dignissimam iudico. Quod enim dicitur neqz contra fidem est ⁊ promptu posito documento credi potest. Si autem per firmamentum vel celos intelligatur firmamentum vbi sunt sydera posita sic sciendum est ꝙ de hoc firmamēto diuersas opiniones fuisse. Quidam enim posuerunt firmamentum illud ex quatuor elementis compositum que videtur esse positio Empedoclis. ⁊ secundum hoc nihil prohibet dicere supra hoc celum sydereum esse aquas elementares tanꝗ simpliciorez ⁊ super eas etiam ignem a quo vocetur celum empireum. Aliorum autē positio est ꝙ celum vel sit ignee nature sicut posuit Plato. vel non sit de natura quatuor elementorum sed habens altiorem naturā sicut posuit Arist. Utroqz istoruz suppositio inconueniens videtur supra firmamentum illud aquam elementarem materialiter esse dispositam. Nunc enim sicut Augu. dicit in z.º super Geñ. Quemadmodum deus instituerit naturas rerum nos conuenit querere nunquid in eis vel ex eis miraculum potentie sue velit operari sed tamen aliquales aquas supra huiusmodi firmamentum ponere possumus. vno modo vt per aquas intelligamus totam materiam corporalem. sicut accipitur in principio Geñ. sz̄ꝰ expositionem Augu. Et ideo secundum hunc intellectum aquas esse super celos sydereos nihil est aliud dicere ꝗ aliquid de materia corporali super hos celos existere. ⁊ hoc etiaz a dictis phōꝝ modernoꝝ non discordat qui ponunt supra octauam speram in qua sunt stelle aliam speram in qua nulla est stella. ⁊ hanc expositionem ponit Aug. super Geñ. contra manicheos. Alio modo potest dici ꝙ sicut celum empireum dicitur igneuz nō qꝛ habeat speciem ignis sed propter splendorem. ita etiaz aque super celos dicuntur. non qꝛ habeant speciem aque sed qꝛ hñt dyaphanitatē

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ad modum aque. vt sic supremum celum sz9 q empireuz dicitur sit totum splendidum. sz9 autem q aqueum dicitur sit totuz dyaphanum. Tertium autem celum qđ dicatur sydereum sit partiz lucidum partim dyaphanum. Sic ergo secundum quãcunqz opinionem potest veritas sacre scripture saluari diuersimode. Unde ñ est coartandus sensus sacre scripture ad aliquid horum. Ad primum ergo dicenduz q homo assimilatur maiori mundo quãtum ad aliquid. inquantum scilz constat ex corporali et spirituali natura sicut ꝛ totum vniuersum. non tamen quantum ad omnia assimilatur vniuerso. Ordo enim partiuz in hoie non ẽ sz9 q exigit eoꝝ natura sz9 put exigit rõ finis. Ponit. n. cor ī medio vt ex eo diffundantur operationes vite de facili per totum corpus. Cerebruz autem ponitur in supremo vt operationes animales que ibi quodammodo perficiuntur non impediantur per diuersas corporis transmutationes. sicut etiam ordo cognitionis humane non ẽ secundum ordinem naturalem cognoscibiliuz sed quoad nos. Augustinus autez non inducit hoc afferendo sed obuiando his qui scripturam praue interpretantur.

Deinde considerandum est de bis ad que diuina potentia se extendere potest. Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrum deus possit aliquid in nihilum redigere. Secundo si aliquid esset in nihilum redactum vtrum deus possit illud reparare idem numero.

Articulus quartus

D primuz sic procedebatur. Uidetur q deus possit aliquid in nihilum redigere. Equalis enim est distantia non entis ad ens ꝛ entis ad non ens. Sed deus potest ex nihilo aliquid facere. ergo deus potest ex aliquo facere nihil. Sed contra. Deꝰ non potest esse causa defectiua. Sed causa que facit tendere in ñ esse est causa defectiua. ergo deus non potest redigere aliquid in nihilum. Rꝰ dicenduz q de potentia dei dupliciter loqui possumus. Uno modo absolute considerando eius potentiaz. Alio modo considerando ipsam in ordine ad sapientiam vel prescientiam suam. Loquendo ergo absolute de dei potentia sic deus potest vniuersam creaturam redigere in nihilum. Cuius ratio est qꝛ creatura non solum producitur in esse deo agente sed etiaz per actionem dei conseruatur in esse secundum illud ad Hebre. 1. Portans omnia verbo virtutis sue. Unde Augustinus dicit. 4. super

Gen. ad litteram. Qꝛ virtus dei si aliquando ab eis que creata sunt regendis ceffaret simul et illoruz ceffaret species omniscqz natura concideret. Sicut autem deus propria voluntate agit ꝛ non ex necessitate nature ad rerum productionem. ita etiam ad earum conseruationem. ꝛ ideo potest subtrahere suam actionem a rebus conseruandis. et hoc ipso omnia in nihilum deciderent. Si vero loquamur de potentia dei in ordine ad eius sapientiam et prescientiã sic non potest fieri q res in nihilum redigantur. quia nõ habet hoc diuina sapientia. Creauit enim deus vt essent omnia. vt dicitur Sapien. 1. non vt in nihilum cederent. Primum ergo cõcedimus secundum q procedit de potentia absoluta. Ad secundum dicendum q causa defectus alicuius potest esse aliquid tupliciter. Uno modo ex propria intentione sicut cum aliquis subtrahendo lumen causat tenebras et hoc modo non oportet q sit causa defectiua illud quod causat defectum. Sic autem deus potest esse alicuius defectus causa vel excecationis vel obdurationis etiam annihilationis si vellet. Alio modo aliquid esse causa defectus preter intentionem. ꝛ sic semper oportet q causa defectꝰ sit defectiua. quia ex dfectu agentis contingit q non inducat perfectionem in suo effectu. et sic deus nullo modo potest esse causa efectus v el tendendi in non esse.

Articulus quintus

D secundum sic proceditur. Uidetur q deus non possit id quod in nihilum redactum est idem numero reparare. Dicit enim phũs in secundo de generatione. q ea quorum substãcia corrumpitur non reiterantur eadem numero. Sed eorum que in nihilum rediguntur substantia corrumpitur. ergo eadez numero iterari non possunt. Sed contra est quod Augustinus dicit. 4. de ciuitate dei. Si caro humana omnibus periisset modis nec vlla eius materies in vllis latebris remansisset. vnde si vellet eum repararet omnipotens. Sed si nulla materia remanente de re corrupta qđ corrumpitur in nihiluz redigitur. ergo deus id qđ in nihilum est redactum potest idem numero reparare. Preterea differentia est causa numeri. sicut Damascenus dicit. Sed nihilum non facit aliquaz differentiam quia non entis non sunt species neqz differentie secunduz phylo. gꝰ id quod reparatur a deo põt esse vnũ ꝛ idẽ numero cuius ī nihiluz fuerit redactuz. Rꝰ dđ q in bis q̃ in nihilũ redigi/põt est q̃dam differentia attẽdẽda

quedam enim sunt quorum vnitas in sui ratione habet duratio nis continuitatem. sicut patet in motu ⁊ tempore. ⁊ ideo interrup tio talium indirecte contrariatur vnitati eorum secundum nume rum. Ea vero que contradictionem implicant non ꝯtinentur sub numero deo possibiliuꝫ. qꝛ deficiunt a ratione entis. ⁊ ideo si hu iusmodi in nihilum redigantur deus ea non potest eadem nume ro reparare. Hoc. n. esset facere ꝯtradictoria simul esse v̄a. puta si motus interruptus esset vnus. Alia vero sunt quorum vnitas n̄ habet in sui ratione continuitatem durationis. sicut vnitas reruꝫ permanentium nisi per accidens inquantum eoꝝ esse subiectum est motui. Sic enim ⁊ mensurantur huiusmodi tempore ⁊ eorum esse vnum ⁊ continuum secundum vnitatem ⁊ continuitatem tē poris. ⁊ qꝛ naturale agens nō potest ista producere sine motu in de est ꝙ naturale agens non potest huiusmodi reparare eadeꝫ nu mero si in nihilum redacta fuerint vel si fuerint secundum substā tiaꝫ corrupta. sed deus potest reparare huiusmodi sine motu quia in eius potestate est ꝙ producat effectus sine causis mediis. ⁊ d̄o potest ea eadem numero reparare etiam si in nihilum elapsa fue rint. vnde patet responsio ad primum ⁊ secundum. Ad tertiuꝫ dicendum ꝙ nihilum non est differentia alicuius entis si per hoc ꝙ aliquis reducatur in nihiluꝫ interrūpatur continuatio essendi que pertinet ad vnitatem motus ⁊ eoꝝ q̄ ꝯsequūtur ad motuꝫ.

Einde quesitum est de personalibus que pertinent ad per sonam filii. Primo quantum ad naturam diuinam. Se cundo quantum ad naturam assumptam. Circa primum quesi ta sunt duo. Primo vtrum pater eodem v̄bo dicat se ⁊ creaturaꝫ Secundo vtꝝ filius sua filiatione distinguatur a spiritu sancto.

Articulus sextus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ pater non eodeꝫ ver bo dicat se ⁊ creaturam. Dicere enim se soli patri conuenit vt Aug. dicit. 7. de trini. Sed dicere creaturam conuenit toti tri nitati. ea enim que important respectum ad creaturam toti trini tati conueniunt vt patet per Dio. 2. c. de di. no. ergo pater nō eo dem verbo dicit se ⁊ creaturā. Preterea creatura procedit a deo per modum voluntatis. Filius autem qui est verbum quo pater dicit seipsum procedit a deo per modum nature qꝛ vt Hyl. dicit in li. de synodis. O mnibus creaturis substantiam voluntas dei attulit. Filio autem naturam dedit natiuitas. ergo non est idem

verbum q̄uo pater dicit seipsum ⁊ quo dicit creaturam. Sed contra est qd̄ Aug. dicit. 2. super Gen̄. ad litteraꝫ. Qꝛ dixit ⁊ fac ta sunt. i. verbum genuit in quo erat vt fieret creatura. Sed ver bum genuit dicens seipsum. ergo idem est verbum quo dicit seip sum ⁊ quo dicit creaturam. R.º dicendum ꝙ sicut Aug. dicit 15. de trini. Uerbum dei representatur aliqualiter per verbuꝫ no stri intellectus. quod nihil est aliud ꝙ quedam acceptio actualis nostre noticie. cum enim id quod scimus actu considerando con cipimus. hoc verbum nostri intellectus est. ⁊ hoc est qd̄ verbo ex teriori significamus. sed quia nos non totuꝫ id qd̄ habitu scim⁹ actu mente concipimus. sed de vno intelligibili mouemur ad ali ud. inde est ꝙ in nobis non est vnum solum verbum mentale se cundum multa quorum nullum adequat nostram scienciaꝫ. Sꝫ deus quicquid scit actu intelligit. ⁊ ideo in mente eius non suc cedit verbum verbo. ⁊ sicut eadeꝫ scientia scit se ⁊ omnia alia ita etiam eodem verbo exprimit seipsum ⁊ omnia alia. nec esset eius verbum perfectum vt Aug. in eodem li. di. si aliquid minus essꝫ in eius verbo ꝙ in eius scientia. Unde quicquid pater scit totū vnico suo verbo dicit. ⁊ sic necesse est ꝙ idem sit verbum quo di cit seipsum ⁊ quo dicit creaturam. Ad primuꝫ ergo dicenduꝫ ꝙ dicere si proprie sumatur est producere verbuꝫ qd̄ soli patri cō uenit. ⁊ ideo si dicere in diuinis proprie sumatur solus pater dicit quia solus ipse generat verbum. Hoc enī verbo exprimitur quid quid tota trinitas scit. qꝛ trium personarum est vna scientia. ⁊ ex hac ratione verbum importat respectum ad creaturam inquan tum est expressio quedam scientie quaꝫ pater habet communiter cum aliis personis de creatura. Ad secunduꝫ dicendum ꝙ ali ud est verbum ⁊ id quod dicitur verbo. hoc enim verbo q̄uod est lapis significatur res que non est verbum sed corpus. vnde nihil prohibet creaturam procedere a deo per moduꝫ voluntatis. Uer bum autem quo dicitur creatura per modum nature.

Articulus septimus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ filius distingua tur filiatione a spiritu sancto. Eodeꝫ enim modo aliquis constituitur ⁊ ab alio distinguitur. Sed persona filii constituitur filiatione que est proprietas personalis. i. constituens personam filii. ergo filiatione distinguitur a spiritu sancto. Sed contra est quod Boecius dicit in libro de trini. ꝙ sola relatio in diuinis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

multiplicat trinitatem. Et Anſel. dicit in li. de proceſſione ſpiritꝰ ſancti. Qz ibi ſolum diſtinguuntur perſone diuine vbi occurrit relationis oppoſitio. Sꝫ filius non opponitur relatiue ſpiritui ſancto filiatione ſed ſolum patri. ergo filius non diſtinguitur filiatiõe a ſpiritu ſancto ſed ſolum a patre. Rꝰ dicendum ꝙ hoc modo ſe habent proprietates perſonales in diuinis ad diſtinguẽdaꝫ perſonas ſicut ſe habent in rebus naturalibus forme ſubſtantiales ad diſtinguendas ſpecies rerum. ſic tamen ꝙ a creaturis exempla ad deum aſſumpta non omnino ſimilia ſunt. In rebus autez naturalibus diſtinguitur aliquid per formam ſuam ab alio dupliciter. Uno modo ſecundum directam oppoſitionem forme ad formaz. z hoc modo diſtinguitur vnaqueqꝫ res naturalis ab omnibus ſpeciebus ſui generis que habent formas oppoſitas ſecundum ꝙ genus diuiditur oppoſitis differentiis. ſicut ſaphirus diſtinguitur ſua forma ab omnibus aliis speciebus lapidum. Alio modo diſtinguitur res naturalis per ſuam formam ſecundum habere z non habere. z hoc modo qõ habet aliquaz formam naturalem diſtinguitur ab omnibus non habentibus formam illam. ſicut ſaphirus per ſuam formam naturalem diſtinguitur nõ ſoluz ab alijs generibus lapidum. ſed a ſpeciebus animalium z plantarum. Sic ergo dicendum ꝙ filius ſua filiatione diſtinguitur quidem a patre ſecundum oppoſitionem relatiuaz filiationis ad paternitatẽ. ſed a ſpiritu ſancto diſtinguitur filiatione per hoc ꝙ ſpiritus ſanctus non habet filiationem quaz filius habet. Et per hꝰ patet reſponſio ad obiecta.

Articulus octauus

Deinde queſitum eſt de filio quantum ad naturam aſſumptam. Et circa hoc queſitum eſt vtrum ſit vnum numero corpus xp̃i affixum cruci z iacens in ſepulchro. Et videtur ꝙ non. qz quecunqꝫ differunt ſpecie differunt numero. Sed corpus xp̃i appenſum in cruce z iacens in ſepulcro differt ſpecie eo modo quo mortuum z viuum differunt ſpecie. ergo non ẽ vnum z idem numero. Sed contra. Quecunqꝫ ſunt vnum et idem ſuppoſito vel ypoſtaſi ſunt vnum et idem numero. Sed corpus xp̃i iacens in ſepulchro z appenſum cruci eſt vnum z idez ſuppoſito ſiue ypoſtaſi quia ypoſtaſis verbi dei nunq̃ ſeparata eſt ab eius corpore. Ergo corpus Chriſti eſt vnum et idem numero appenſum cruci et iacens in ſepulchro. Reſpondeo dicendum ꝙ circa hoc ca

uende ſunt due damnate hereſes. quarum vna eſt arrianorum qui cum ponerent Xp̃m animam non habuiſſe ſed verbum fuiſſe corpori loco anime per conſequens poſuerunt ꝙ verbum ſeparatuꝫ eſt in morte a corpore ſicut manifeſte patet in quodam ſermone arrianorum contra quem Auguſtinus diſputat. Alia vero eſt hereſis Galanicarum que fuit in ſexta ſynodo damnata. qui cuꝫ ponerent vnam naturam compoſitam ex diuinitate et humanitate poſuerunt illam naturam ſimpliciter incorruptibilem. et ita poſuerunt corpus Chriſti ſimpliciter incorruptum non ſolum corruptione putrefactionis quod fides catholica tenet ſecundum illud pſal. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. ſed etiam corruptionem que pertinet ad rationem mortis quod eſt impiuꝫ vt patet per Damaſcenum in tercio libro. Sic ergo ad excludendam primam hereſim oportet nos ponere ydemptitatem ſecundum ſuppoſitum in corpore Chriſti appenſo cruci et poſito in ſepulchro. Ad excludendum vero ſecundam hereſim oportet nos ponere veram differentiam mortis et vite. Sed quia prima vnitas maior eſt ꝙ ſecunda differentia dicendum eſt ꝙ eſt idem numero corpus Chriſti appenſum cruci et iacens in ſepulchro.

Ad primum ergo dicendum ꝙ ratio illa non tenet in corpore xp̃i propter vnitatem ypoſtaſis.

Articulus nonus

Deinde queſitum eſt de rebus humanis. Et primo de gracia. Secundo de gracie ſacramentis. Tertio de actibus humanis. Circa primum querebatur vtrum deus ſemper faciat nouam graciam. Et videtur ꝙ ſic. Auguſtinꝰ enim. 8. ſuper Geñ. ad litteram comparat infuſionem gracie illuminationi. Sicut inquit aer preſente lumine non factus eſt lucidus ſed fit. quia ſi factus eſſet non fieret. ſed etiam abſente lumine lucidus maneret. ſic homo deo ſibi preſente illuminatur. abſente autem continue tenebratur. a quo non locorum interuallis ſed voluntatis auerſione diſceditur. Sed ſol ſemper facit nouum lumen in aere. ergo deus ſemper facit nouam graciam in anima. Sed contra. Nobiliori creature nobilius eſt eſſe. ſed gracia ipſa eſt nobiliſſima creatura quia eſt perfectio nature rationalis create. ergo eius eſſe eſt nobiliſſimum. non ergo durat ſolum in momento. et ita non ſemper deus facit nouam graciam.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

R.º dicendum ꝙ duplex est actio. Quedam que fit cum motu. ⁊ talis actio semper est cum aliqua innouatione qꝛ semper in motu aliquid fit ⁊ aliquid desinit esse inquantum acceditur ad terminum ⁊ receditur a termino. et propter hoc phūs dicit in. 8º phi. ꝙ in omni motu est quod ā modo fieri ⁊ corrumpi. Alia aūt actio est que est sine motu per simplicem communicationem forme inquantum scꝫ agens suam similitudinem imprimit recipienti disposito. ⁊ talis actio in principio quidem est cum innouatione secundum ꝙ de nouo acquiritur forma in subiecto. Sed continuatio ipsius actionis sicut nullum habet motum adiunctum sed simplicem influxum siue communicationem ita etiam nullaꝫ habet innouationem. et hoc modo causatur gracia a deo in anima. Unde dicendum est ꝙ quādiu durat gracia in anima deus in anima operatur causans eam. non tamen ita ꝙ faciat semper nouam graciam ⁊ ꝙ singulis momentis existens corrumpatur. sꝫ quia eandem graciam quam primo infudit semper operatur in anima conseruans ipsam. qđ quidem difficile est ad intelligendum non valentibus abstrahere considerationem suam ab actionibus que sunt cum motu in quibus semper aliquid innouatur vt dictum est. Ad primum ergo dicendum ꝙ lumen semper fit in aere quia semper actione solis illuminantis ꝯseruatur non ꝙ semper fiat aliud ⁊ aliud lumen.

Einde quesitum est de sacramentis gracie. Et primo de sacramento penitentie. vtrum per absolutionem sacerdotis remittatur culpa. Secundo de sacramento matrimonii vtꝝ vir possit accipere crucem si timeatur de incontinentia vxoris nō valentis virum sequi.

Articulus nonus

D primum ergo sic procedebatur. Uidetur ꝙ per absolutionem sacerdotis culpa remittatur. Dicit enim Hugo de sancto victore in libro de sacramentis. Qꝛ sententiam Petri sequitur sententia celi. Sed sententia celi est de remissione culpe. ergo remissio culpe sequitur per sententiaꝫ Petri que est sacerdotis absoluentis. Preterea sacramenta sunt medicine contra peccata. Sed per medicinam sanantur vulnera vel egritudines. gº egritudo vel vulnus peccati sanatur per sacramentum penitentie Sed sacramentū penitentie consummatur in hoc ꝙ dicit. Ego te absoluo. sicut sacramētuꝫ baptismi in hº ꝙ dicit. Ego te baptiso.

ergo per absolutioneꝫ sacerdotis dimittitur culpa. Sed contra est ꝙ per solam contricionem dimittitur peccatuꝫ secundum illud ps. Dixi confitebor aduersum me iniusticias meas domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Sed contricio precedit absolutionem sacerdotis quia sacerdos non debet aliquem absoluere nisi estimet eum contritum. ergo remissio culpe precedit absolutioneꝫ sacerdotis. Non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittit

R.º dicendum ꝙ sacramenta dupliciter operantur. Uno mō secundum ꝙ exhibentur in actu. Alio modo secundum ꝙ habentur in voto. ⁊ hoc ideo quia sacramenta operantur vt instrumēta diuine misericordie iustificantis. Dei autem est respicere ad hominis cor secundum illud. 1. Ro. 16. Homines vident ea que parent. Deus autem intuetur cor. et ideo quāuis res naturales non agant nisi presentialiter adhibite. sacramenta tamen agunt etiam secundum ꝙ sunt in voto. sed plenius sacramentalem effectuꝫ inducunt quando actu exhibentur sicut patet in baptismo. Nam cathecuminus si sit adultus ⁊ habeat baptismum in voto iam consecutus est effectum baptismi quantum ad emundationem a pecto ⁊ consecutionem gracie que est proprius effectus dei. Sꝫ quādo actu baptismum suscipit consequitur plenius quosdam sacramentales effectus quia suscipit caractherem ⁊ remissionem totiꝰ pene. Si quis tamen esset qui non prius haberet baptismum in voto ꝙ actu baptisaretur: sicut precipue patet in pueris simul recipit per baptismum graciam remittentem culpam ⁊ omnem aliuꝫ sacramenti effectum. ⁊ hoc etiam contingeret in adulto si simul cū baptisaretur votum baptismi habere inciperet. ⁊ idem est etiam in sacramēto penitentie qđ consummatur in dispensatione ministri absoluentis. Cum enim aliquis actu absoluitur consequitur plenarie sacramenti effectum. sed si anteꝙ absoluatur habeat hoc sacramentum in voto. quando scꝫ proponit se subicere clauibus ecclesie iam virtus clauium operatur in ipso ⁊ consequitur remissionem culpe. Si quis tamē in ipsa absolutione incipit conteri ⁊ claues ecclesie habere in voto in ipsa absolutione sacerdotis culpa ei dimittitur per graciam que infunditur in hoc sacramento sicut et aliis sacramentis noue legis. vnde quandoqꝫ contingit ꝙ aliqui non perfecte contriti virtute clauium graciam contricionis consequuntur dummodo non ponunt obicem spiritui sancto. ⁊ ideꝫ est in aliis sacramentis noue legis in quibus gracia confertur. videt tamen esse differentia inter baptismum ⁊ penitentiaꝫ propter hoc

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

q̄ sacramentum penitentie semper exhibetur adultis in quibus vt plurimum contricio precedit tempore confessionem ꝛ absolutionem. baptismus autem, multotiens confertur pueris in quibus votum baptismi non precedit. omnino autem simile apparet si etiam baptismus exhiberetur adultis. Ad primum ergo dicendum q̄ verbum Hugonis non est sic intelligendum quasi sententia Petri in sacerdote absoluente precedat tempore sententiam celi. i. dei remittentis culpam sed quia sententia Petri approbat sententiam dei. Ad secundum sic dicendum q̄ medicina sacramentalis operatur non solum actu adhibita sed etiaꝫ in proposito existens. ꝛ ideo quandoqꝫ sanatio vulneris precedit sacramentalem absolutionem. Ad tertium dicendum q̄ nunq̄ potest esse vera contricio sine voto clauium ecclesie quantumcūqꝫ sit dolor de peccato preterito ꝛ propositum abstinendi in futurum. ꝛ ideo in contritione culpa remittitur.

Articulus vndecimus

D secundum sic proceditur. Videtur q̄ vir possit accipere crucem ad transfretandum vltra mare nolente vxore si de eius incontinentia timeatur. Non debet enim homo pretermittere propriam salutem pro salute aliena. Sed homo procurat salutem propriam per hoc q̄ cruce signatur consequens plenam remissionem peccatorum. ergo non debet hoc pretermittere vt prouideat saluti vxoris. Sed contra est quod Augustinus dicit Si abstines sine vxoris voluntate tribuis ei fornicationis licentiam ꝛ peccatum illius tue imputabitur abstinentie. sed accipiēdo crucem impeditur a redditione debiti. ergo videtur q̄ peccatum vxoris si contingat viro imputatur. R.ō dicendum q̄ ea que sunt necessitatis nō sunt pretermittenda propter ea que sunt proprie voluntatis. Vñ etiaꝫ dominus Math. 15. reprehendit phariseos qui dicebant pretermittere mandatuꝫ de honoratione parentum vt aliqua voluntarie oblationes deo offerentur. Ex necessitate autem viro iminet vt gerat curam vxoris. q̄ caput mulieris est vir. vt dicitur. 1. ad Cor. xi. Sed q̄ accipiat crucem ad transfretandum subiacet proprie voluntati. vnde si vxor sit talis que sequi non possit propter aliquod legittimum impedimentum et de eius incontinentia timeatur non est ei consulendum vt accipiat crucem et dimittat vxorem. secus autem est si vxor continere voluntaria preponat vel velit et possit sequi virum suum.

Ad primum ergo dicendum q̄ hoc etiam ad salutem proprii viri pertinet vt gerat curam de salute vxoris que viri regimini committitur.

Einde quesitum est de actibus humanis. Et primo de actibus pertinentibus ad prelatos. Secundo de actibus qui possunt pertinere ad omnes. Pertinet autem ad prelatos precipere dispensare in precepto. excommunicare rebellantes preceptis ꝛ beneficia ecclastica conferre Unde circa primuꝫ queruntur quatuor. Primo de obedientia ad precepta prelatorum vtrum scilicet religiosus teneatur obedire prelato suo precipienti ei in virtute obedientie q̄ reuelet ei crimen fratris occultum. Secundo circa dispensationem vtrum papa possit dispensare in bigamia. Tertio circa excommunicationem vtrum aliquis teneatur vitare excommunicatos illos de quorum excommunicatione etiam inter peritos est diuersa sententia quibusdam dicentibus eos excommunicatos esse et alios non esse. Quarto circa collationem beneficiorum vtrum prelatus ecclesie licite possit dare beneficium consanguineo suo ydoneo existenti si equa facilitate occurrat eius alius magis ydoneus.

Articulus duodecimus

D primum sic proceditur. Videtur q̄ subditus non teneatur obedire prelato precipienti reuelationeꝫ criminis occulti. Nullus enim tenetur obedire alicui in hoc quod non subditur eius iudicio. Sed occulta non subduntur iudicio humano sed soli iudicio diuino. ergo circa eorum reuelationem nullus tenetur obedire prelato precipienti. Sed contra est q̄ prelatus in capitulo religiosorum potest precipere id de quo iudex secularis vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum. Sed quandoqꝫ iudex secularis vel ecclesiasticus exigit iuramentum ab aliquo vt reuelet id quod scit de aliquo occulto. vt dicit quedam decretalis de purgationibus. ergo pari ratione prelatus in capitulo potest religiosis precipere in virtute obedientie vt dicant ei si quid sciunt de aliquo crimine occulto. R.ō dicendum q̄ peccatum dupliciter potest esse occultum. Uno mō simpliciter. ita. s. q̄ ad multorꝫ noticiam nullo mō peruenit. ꝛ tale peccatuꝫ occultuꝫ nocet soli facienti. ꝛ iō qui tale peccatum occultū fratris scit soluꝫ bō dꝫ intendere vt fratris peccantis salutem procuret.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

vnde institutus ē a domino ordo correctionis fraterne. vt primo quidem corripiat aliquis fratrem occulte peccantem inter se z ipsum solum. postmodum adhibeat duos vel tres testes. z tunc tandem si non corrigatur dicat ecclesie. contra quē ordinem si prelatus precipiat vt peccatum fratris occultum ei dicatur non est obediendus. z ipse peccat precipiendo. quia oportet deo magis q̄ hominibus obedire. Si autem peccatum fratris non sit adeo occultum quin z per aliquas suspiciones in multitudinis noticiam veniat. vnde multorum scandalum oriatur iam peccatum non solū nocet illi sed multis. z quia bonum multitudinis prefertur bono vnius ideo prelatus debet disquirere veritatem de facto vt scandalum multitudinis cesset vel per penaz peccantis vel per eius excusationem. z ideo in tali casu potest precipere scienti crimen fratris q̄ manifestet. z ille cui precipitur tenetur prelato obedire. Ste enim cum non sit omnino occultuz crimen pertineret ad iudiciuz prelati. et in hoc casu loquitur decretalis. non autez in primo. vnde patet responsio ad obiecta.

Articulus tredecimus

D secundum sic proceditur. Videtur q̄ papa non possit dispensare in bigamie irregularitate. Non enim potest ab homine dispensari in bis que sunt diuinitus instituta. vt Bern. dicit in libro de dispensatione z precepto. Sed doctrina Apli in qua continetur q̄ bigamus nō promoueatur vt patet. 1. ad Thi. 3°. z ad Tytum. 1. est diuinitus promulgata. sz° illud apli. 2. ad Thi. vltimo. An experimentum queritis eius qui in me loquitur xp̄us. ergo papa non potest cum bigamis dispensare. Sz contra est qđ in decretis dis. 50. dicitur. q̄ papa cum quodam bigamo dispensauit. Rō dicendum q̄ papa habet plenitudinem potestatis in ecclesia. ita sz q̄ quecunqz sunt instituta per ecclesiam vel ecclesie prelatos sunt dispensabilia a papa. hec enim sunt que dicuntur esse iuris humani vel iuris positiui. Circa ea vero que sunt iuris diuini vel iuris naturalis dispensare non potest. quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. Jus autem diuinum est quod pertinet ad legem nouam vel veterem. Sed hec est differentia inter legem vtranqz. quia lex vetus determinabat multa tam in preceptis ceremonialibus pertinentibus ad cultuz dei q̄ etiam in preceptis iudicialibus pertinentibus ad iusticiam inter homines conseruandam. Sed lex noua que est lex libertatis

huiusmodi determinationes non habet sed est contenta preceptis moralibus naturalis legis z articulis fidei z sacramentis gracie. vnde z dicitur lex fidei z lex gracie propter determinationem articulorum fidei z efficaciam sacramentorum. Cetera vero que pertinēt ad determinationem humanorum iudiciorum vel ad determinationem diuini cultus libere permisit xp̄us qui est noue legis lator prelatis ecclesie z principibus xp̄iani populi determinā da. Unđ omnes hmōi determinationes pertinent ad ius humanum in quo papa potest dispensare. Jn solis vero bis que sunt đ lege nature z in articulis fidei z sacramentis noue legis dispensare non potest. Doc enim non esset posse pro veritate sed cōtra veritatem. Manifestum est autem q̄ bigamum non promouere neqz est de lege nature neqz pertinet ad articulos fidei neqz est de necessitate sacramenti. qđ patet ex boc q̄ si bigamus ordinetur recipit ordinis sacramentum. sed hoc pertinet ad quandaz determinationem diuini cultus. Unde circa hoc potest papa dispensare. licet dispensare non debeat nisi ex magna z euidenti causa. sicut etiam posset dispensare circa hoc q̄ aliquis sacerdos non indutus vestibus sacris consecraret corpus xp̄i. Et eadem ratio est de omnibus aliis hmōi que ex institutione humana processerunt

Ad primum ergo dicendum q̄ apostolus dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit. quedam quidem sicut promulgans ius diuinū. sicut illud qđ habetur ad Gal. 5. Si circumcidimini xp̄s vobis nichil proderit. z multa alia hmōi. z in hoc papa nō potest dispensare. quedam vero sicut propria auctoritate aliqua statuēs Nam ipse dicit. 1. ad Cor. xi. Cetera cum venero disponam. z infra. 16. mandauit vt collecte que fiunt in sanctos per vnam sabbati fiant. quod non pertinet ad ius diuinum. Et similiter etiaz quod dicitur de bigamo non promouendo non est iuris diuini sed institutio auctoritatis humane diuinitus homini concesse.

Articulus decimusquartus

D tertium sic proceditur. Videtur q̄ non debeant vitari illi excōmunicati circa quorum excommunicationem sapientes contraria opinantur. Quia secundum iura episcopus non potest auferre beneficium qđ clerico concessit sine culpa. Sz nō minus debetur communio fidelium cuiuslibet fideli q̄ beneficium clerico sibi ab episcopo collatum. ergo nec communio fidelium est alicui subtrahenda sine culpa. Sed quando dubitatur an

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

causa subsit promptior debet esse animus boni viri ad interpretandum in mitiorem partem. ergo ex quo dubitatur de excōmunicatione aliquor magis debet aliquis per hoc stare q̄ nō sunt excōmunicati. et ita non debet eos vitare. Sed cōtra est q̄ si aliquis percussus in bello moriatur si ignoretur quis eum percusserit propter dubium quilibet qui in bello interfuit irregularis habetur secundum iura. ergo a simili videtur q̄ exquo dubium ē de aliquibus an sint excommunicati q̄ propter maiorem cautelam sunt vitandi. Rc.ō dicendum q̄ dubitatio de excommunicatione aliquorum aut precedit sententiaz iudicum aut sequitur. Si precedit puta cum nondum est declaratum per iudiciz consensuz aliquos esse excommunicatos non sunt vitandi quousqz certo iudicio terminetur. In hoc enim casu verum est q̄ in mitiorem partem interpretari debemus. Unde r deutro. z7. dicitur. Si difficile r ambiguum apud te iudicium esse perspexeris r iudicum intra portas tuas videris verba variari ventes ad sacerdotes r ad iudicem quereſqz ab eis r facies quodcunqz dixerint. Sed si ambiguum oriatur post concordem iudicum determinationem magis standum est sententie iudicum duplici ratione. Primo quidez q̄ iudices sollicitius discucientes negotium plenius possunt percipere veritatem etiam si sint minus periti q̄ alii qui perfunctorie cōsiliuntur r extraordinarie. Secundo quia hoc esset in magnuz nocumentum vtilitatis communis status hominum si sententie nō staretur sed quilibet pro suo libitu vellet sententie calūniam ingerere quia sic litigia essent interminabilia. et ideo in tali casu magis est standum sententie iudicum nisi forte sit per appellationem suspensa. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus decimusquintus

D quartum sic proceditur. Uidetur q̄ prelatus ecclesie nō possit ecclesie curaz committere suo consanguineo quāuis ydoneo postposito melioni. Pater enim siue filie querit sponsum q̄ magis potest ydoneum. r sponsus siue sponse querit fidelissimum custodem pro posse. Sed maior prelatus ad ecclesiam sibi subiectam comparatur vel sicut pater ad filiam vel sicut sponsus ad sponsam. ergo debet ei de persona ydonea prouidere quantum melius potest. Preterea Johannes euangelista maxime fuit ydoneus r tamen quia consanguineus Christi erat secunduz

carniem prelulit ei Petrum in regimine ecclesie. ergo etiam prelatus si habeat consanguineum eque ydoneum non debet ei prouidere in ecclesia magis q̄ alii eque ydoneo. Multo ergo minus si sit minus ydoneus. Sed contra est q̄ secundum ordinem rectum caritatis homo plus debet diligere sibi magis coniunctos. Sed his quos magis ex caritate diligimus etiaz magis debem⁹ prouidere vnde eorum meritum crescat. Cum ergo ex bona dispēsatione ecclesie crescat meritum bene administrantis videtur q̄ prelatus magis debeat suis q̄ extraneis prouidere etiam si sint minus ydonei. Responsio dicendum q̄ aliter est dicendum de consanguineo prelati eque ydoneo et aliter de minus ydoneo. Si enim sit eque ydoneus potest prelatus suum consanguineum preferre nisi forte ex hoc scandalum oriatur vel aliqui exinde malum exemplum accipiant vt probabiliter presumi possit q̄ alii prelati hoc exemplo inducantur ad dandum suis consanguineis etiam minus dignis. et hoc ideo quia ex quo nihil deperit vtilitati ecclesie cum eque ydoneo prouidetur licet circa huiusmodi prouisionem etiam amori naturali satisfacere qui non est contrarius caritati sed magis caritate informatur. Et hoc significatur Genesis 48. vbi Pharo dixit ad Joseph de fratribus suis. Si nosti in eis viros industrios constitue eos magistros pecorum meorum. Si vero sit minus ydoneus consanguineus prelati non debz eiz prefice re ad curaz ecclesie postposito melioni duplici ratione. Primo quidem hoc videtur esse contra fidelitatem quam in bono dispēsatore dominus requirit. Non eniz faceret fideliter negocium alicuius domini qui posset rem eius meliorare si hoc pretermitteretur vt suis consanguineis satisfaceret. Secundo quia hoc videtur esse contra fidelitatem quaz in bono dispensatore ad personarum acceptionem pertinere que consistit in hoc q̄ aliquis accipit pro causa conditionem persone que non facit ad negocium. sicut si aliquis daret sententiam pro aliquo quia diues est et non quia iusticiam habet que est conditio faciens ad negocium. Esse autem consanguineum non est aliqua conditio pertinens ad curam videlicet ecclesie que non obtinetur iure sanguinis sed diuino munere. Esset autem conditio faciens ad ipsum negocium circa dispensationem patrimonialium bonorum. Unde si ipse episcopus de ipsis patrimonialibus bonis magis prouideat suo consanguineo minus ydoneo non est acceptio personarum zc.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Sed si ratione consanguinitatis ei prouideat in patrimonio crucifixi non caret vitio personarum acceptionis quaꝫ Aug. dicit in ecclesiasticis gradibus dispensandis exponens illud qđ habetur Jaco. 2. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Jhesu xpi. Piero. etiam dicit. et habetur. 8. q. i. Extraneus ex alia tribu a Moyse eligitur vt signaret principatum in populos non sanguini differenduꝫ esse sed vite. at nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere vt non querant eos in ecclesia columnas eligere quos plus ꝓgnoscant ecclesie prodesse ſꝫ quos vel ipsi amant vel quoꝝ sunt obsequiis deliniti.

Deinde quesitum est de actibus qui possunt ad omnes homines pertinere. Et primo de actibus pertinentibus ad vim intellectiuam. Secundo de actibus pertinentibus ad vim appetitiuam. Circa primum quesita sunt tria. Primo vtruꝫ possit aliquis sine peccato appetere scire scientias magicas. Secũdo vtꝝ enunciabile qđ semel est verum semper sit verum. Tertio vtrum magister determinando questiones theologicas magis debeat vti ratione vel auctoritate.

Articulus decimus sextus

D primum sic procedebatur. Videtur ꝙ homo sine peccato possit appetere scire scientias magicas. Non enim ē peccatum appetere illud per qđ ponitur intellectus hominis in optimo. Sed per quãlibet scientiaꝫ ponitur intellectus hominis in optimo quia verum est bonum intellectus vt dicitur in. 6. ethi. Scientia autem verorum est. ergo homo potest licite appetere scire quãcũqꝫ scientiam. ꝛ ita sine peccato potest homo appetere scire scientias magicas. Sed contra. Prohibitio non est nisi de illicito. Sed scientie magice sunt prohibite. ergo illicitum est appetere eas scire. Rꝰ dicendum ꝙ actus humanus potest dici bonus dupliciter. Uno modo ex genere. Alio modo ex circumstantia. Ex genere quidem dicitur esse actus bonus ex eo ꝙ actꝰ cadit supra debitam materiam. debita autem materia appetitꝰ ē bonum. vnde appetere quodcũqꝫ bonum est bonum in genere. oīs aũt scia siue quecũqꝫ cognitio bonũ aliquid ē. alioquin deꝰ cui nihil mali inest nõ haberet omnẽ sciam taꝫ bonoꝝ ꝙ maloꝝ vñ appetere quãcũqꝫ sciam vel noticiaꝫ quarũcũqꝫ reꝝ siue bonaꝝ siue malaꝝ ē bonũ ī genere. Sꝫ tñ ſꝫ diuersas circũstãtias additas põt esse bonũ vl malũ. ꝛ ꝓpue hec diuersificãtur scđm

intentionem finis. Naꝫ si aliquis appetat scire sciencias magicas vt eis etiam vtatur est malum. Si autem appetat eas scire vt eas confutet ꝛ reprobet sic est bonum ꝛ licitum. Similiter etiam ex cõditione persone potest hoc diuersificari vel etiam ex modo appetendi. Si enim sic aliquis appetat scire huiusmodi sciencias vt earum noticiam preferat aliis vtilioribus rebus inordinatus est appetitus. ꝛ similiter si sit talis persona ad quam non pertineat hoc scire inordinate hoc appetit. Ad primuꝫ ergo dicẽdum ꝙ omnis sciencia ponit intellectum in aliquo sui bono. quia omne verum est quoddam bonum intellectus. sed non omnis scientia ponit intellectum in sui optimo. sed illa sola que est circa primam veritatem nec etiam verum est ꝙ magice artes sint scientie sed pociꝰ sunt quedaꝫ fallacie demonuꝫ. Ad secundũ dõ ꝙ huiusmodi artes sunt prohibite quantum ad suum vsum. Si vero prohiberetur alicui etiam earum studium propter periculum vtendi tunc esset malum quia prohibitum.

Articulus decimusseptimus

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ non oportet enũciabile quod semel est verum semper futurum esse verꝝ. Si enim hoc esset veruꝫ in aliis enunciabilibus pari ratione hoc essꝫ verum in enunciabilibus de futuro. Sed in ũstis hoc non est verꝝ quia vt dicit phũs in 2ᵒ de generatione. Futurus quis incedere non incedet. ergo non oportet enunciabile quod semel est verum semper esse futurum verum. Preterea si partes sunt eedem ꝛ totuꝫ est idem. Sed partes enunciabilis sunt predicatum ꝛ subiectum ꝛ compositio. ergo idem est enunciabile existente eodem predicato ꝛ subiecto ꝛ compositione. sed taliter existente eodem enunciabili contingit ꝙ sit quandoqꝫ verum ꝛ quandoqꝫ falsum. sicut hoc enunciabile sor. sedere est verum eo sedente ꝛ falsum eo non sedente. sꝫ illud phi in predicamentis. Ex eo ꝙ res est vel non est oratio est vera vel falsa. ergo enunciabile quod semel est verum non propter hoc semper est verum. Sed contra. Ista enunciabilia. Sortem currere ꝛ sortem cucurrisse ꝛ sortem fore cursurum nõ differunt nisi secundum diuersam consignificationeꝫ temporis. Sꝫ diuersa consignificatio non tollit ydemptitatem nominis. Idem enim nomen dicitur esse per omnes casus ꝛ in singulari ꝛ in plurali numero. ergo etiam predicta tria enunciabilia sunt vnuꝫ enunciabile. Sed si vnum boꝝ semel sit verum semper oportet ꝙ aliqđ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

eorum sit verum quia si semel est verum ꝙ sortes currit prius erat verum ꝙ sortes curret. ⁊ postea erit verum ꝙ sortes cucurrit. g° si enunciabile aliquod semel est verum semper erit verum. R.° dicendum ꝙ huius dubitationis vis in hoc consistit vt scitur vtruꝫ sit idem enunciabile qđ est de presenti preterito ⁊ futuro. Si eniꝫ hoc verum sit consequens erit ꝙ enunciabile qđ semel est verum semper erit verũ licet forte hoc dubitationem aliquaꝫ habere possit circa enunciabilia de futuro contingenti. sed hoc est altioris inquisitionis. Si vero sint diuersa enunciabilia de presenti preterito ⁊ futuro. est autem idem enunciabile qđ est de presenti qualitercunqꝫ res se habeat manifestum est ꝙ idem enunciabile quandoqꝫ est veruꝫ quandoqꝫ falsum sꝫ° ꝙ phũs dicit in predicamẽtis. Qꝛ eadem oratio ⁊ opinio quandoqꝫ est vera quandoqꝫ falsa. Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ sꝫ° phi. in p° periarmenias tria quedam per ordinem inueniuntur. Nam voces sunt signa intellectuuꝫ. intellectus aũt sunt reꝝ similitudines. manifestuꝫ est autem ꝙ vnitas vocis significatiue vel diuersitas non dependet ex vnitate vel diuersitate rei significate. alioquin non esset aliquod nomen equiuocum. Secundum hoc eniꝫ si sint diuerse res essent diuersa nomina ⁊ non idem nomen. dependet ergo vnitas vel diuersitas vocis significatiue siue complexe siue incomplexe ex vnitate vel diuersitate vocis vel intellectus. quorum vnum. s. vox est signum ⁊ non signatum tantum. intellectus autẽ signum ⁊ signatum sicut ⁊ res. Potest ergo nomen vel enunciabile esse aliud ⁊ aliud vel propter diuersitatem vocis tantum. sicut ẽ in synonimis in quibus est diuersa vox sed idem significatum omnino. vel etiam cum diuersitate vocis potest esse diuersitas intellectuum siue propter diuersitatem rei intellecte siue propter diuersitatem modi intelligendi ⁊ hoc contingit quandocũqꝫ est diuersitas consignificationis que consequitur diuersum modum intelligendi vnam ⁊ eandem rem ⁊ precipue hoc apparet in tempore quod per se commiscetur operationi intellectus humani componentis ⁊ diuidẽtis vt dicitur in .3° de aĩa. Et ideo dicendum ꝙ non est idem enunciabile sortem sedere ⁊ sortem sedisse vel sessurum esse. sed sortem sedere est idem enunciabile quia est eadem vox ⁊ idem modus significandi. ⁊ ideo patet ꝙ idem enunciabile potest quandoqꝫ esse verum quandoqꝫ falsum. vnde duo prima concedimus. Ad tertium dicendum ꝙ diuersitas consignificationis tollit nominis ydemptitatem in tantum ꝙ obliqui secundum phm̃ non sunt no

mina. sunt tamen vnuꝫ nomen non simpliciter sed inquantuꝫ cõueniunt in vno ordine declinationis.

Articulus decimusoctauus

D tertium sic proceditur. Uidetur ꝙ magister determinãs questiones theologicas magis debeat vti auctoritatibus ꝙ rationibus. Quia in qualibet scientia questiones optime determinantur per prima principia illius scientie. Sꝫ prima principia sciẽtie theologice sunt articuli fidei qui nobis per auctoritates innotescunt. ergo maxime qõnes theologice sunt determinande per auctoritates. Sed contra est qđ dicitur ad Tytum. 1. Ut sint potentes exhortari in doctrina sana et contradicentes reuincere. Sed contradicentes melius reuincuntur rationibus ꝙ auctoritatibus. ergo magis oportet determinare questiones per rationes ꝙ per actoritates. R.° dicendum ꝙ quilibet actus exequendus est secundum ꝙ conuenit ad suum finem. disputatio autẽ ad duplicem finem potest ordinari. Quedam enim disputatio ordinatur ad remouendum dubitationem an ita sit. ⁊ in tali disputatione theologica maxime vtendum est auctoritatibus quas recipiũt illi cum quibus disputatur. puta si cum iudeis disputetur oportet inducere auctoritates veteris testamenti. Si cum manicheis qui vetus testamentum respuunt oportet vti solum auctoritatibus noui testamenti. Si autem cum scismaticis qui recipiunt vetus ⁊ nouum testamentum non autem doctrinam sanctoruꝫ nostrorum sicut sunt greci. oportet cuꝫ eis disputare ex auctoritatibus noui vl veteris testamenti ⁊ illorum doctorum quos ipsi recipiunt. Si autem nullam auctoritatem recipiunt oportet ad eos conuincẽdos ad rationes naturales confugere. Quedam vero disputatio est magistralis in scolis non ad remouendum errorem sed ad instruẽdum auditores vt inducantur ad intellectum veritatis quem intendit. ⁊ tunc oportet rationibus inniti inuestigantibus veritatis radicem ⁊ faciẽtibus scire quomodo sit veꝝ qđ dicitur. alioquin si nudis auctoritatibus magister questionem determinet certificabitur quidẽ auditor ꝙ ita est sed nihil scientie vel intellect⁹ acquiret sꝫ vacuus abscedet. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Einde q̃situꝫ ẽ đ reb⁹ ꝑtinẽtib⁹ ad vim appetitiuaꝫ. Et p° de bonis. Secundo de malis. Circa pri° q̃runtur duo de martirio. Primo vtꝝ aliquis absqꝫ perfecta caritate possit se ad martiriuꝫ offerre. Scđo vtꝝ sustinere martiriũ ꝑ xp̃o sit ĩ p̃cepto.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

Articulus decimusnonus

Ad primum sic proceditur. Uidetur q aliquis absq3 cari tate perfecta possit se martirio offerre quia super illud ps Ideo dileri mandata tua super aurum z topasion. dicit glo. q mi nima caritas plus diligit dei legem q multa auri z argenti. et ea de3 ratione q omnia tẽporalia. Sed id quod minus diligimus exponimus magis pro eo quod magis diligimus. ergo et omnia temporalia z etiam propriam vitam potest exponere pro xpo qui habet minimam caritatem. Sed contra. Si aliquis absq3 ca ritate perfecta potest se offerre martirio. ergo pari ratione poterit martirium sustinere absq3 caritate perfecta. Sed hoc videtur esse falsum secundum illud Jo. 3º Maiorem caritatem nemo habet q vt animam suam ponat quis pro amicis suis. ergo aliquis abs q3 caritate perfecta non potest se ad martirium offerre. R.º di cendum q in operibus virtutum duo sunt attendenda sc3 id qõ fit z modus faciendi. Contingit autem idem factum quod fit se cundum aliquaz perfectam virtutem fieri etiam non solum ab ha bente paruam virtutem sed etiam a non habente virtutem sicut aliquis non habens iusticiam potest facere aliquod opus iustum Sed si attendamus ad modum faciendi ille qui non habet virtu tem non potest operari sicut ille qui habet. nec ille qui habet par uam sicut ille qui habet magnaz qui operatur faciliter z prompte z delectabiliter qõ non ita facit ille qui caret virtute vel qui par uam habet. Sic ergo dicendum est q hoc opus quod est offerre se martirio vel etiam martiriuz sufferre potest facere non solum ca ritas perfecta sed etiam imperfecta. z qõ plus est etiam ille qui ca ret caritate secundum illud Apli. 1. ad Cor. 13. Si tradidero cor pus meum ita vt ardeam caritatem autem non habeaz ẽc. Sed caritas perfecta hoc facit prompte et delectabiliter. sicut patet de Laurentio z Uincentio qui in tormentis hilaritatez ostenderunt hoc autem non potest facere caritas imperfecta vel etiam ille qui caritate caret. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus vicesimus

D secundum sic proceditur. Uidetur q pati martirium propter xpm non sit in precepto. Minus enim videtur q homo det sua q q propriuz corpus ponat vt dicit Grego. in illa omel. Ego sum pastor bonus. Sed dimittere omnia sua propter

xpm non cadit sub precepto sed sub consilio. ergo etiaz exponere corpus suum martirio non cadit sub precepto. Sed contra est quod Aug. dicit. 13. de ciui. dei. Cum dictum est homini. Morie ris si peccaueris. nunc dicitur martiri morere ne pecces. Sz illud qõ oportet nos facere ne peccemus cadit sub precepto. ergo mors martirum cadit sub precepto. R.º dicendum q aliquid cadit sub precepto dupliciter. Uno modo absolute. Alio modo secun dum animi preparationem. quia enim preceptum importat ratio nem debiti illud absolute cadit sub precepto qõ est debitum prop ter aliquod preexistens sicut preceptum de honoratione parentuz vel de amãdo deum. Sed quandoqz contingit q id quod facit aliquid esse debituz nondum precessit. sed potest occurrere. Unde hoc cadit sub precepto non absolute sed secundum preparationẽ animi ita scilz vt homo habeat animum paratum ad faciendum illud. qõ debitum redditur ex aliqua causa occurrente. z hoc mo do exponit Aug. illa domini precepta que ponuntur Mathei. 5º Si quis percusserit te in vnam maxillam prebe ei z aliam quia. s. si opus esset z hoc exigeret salus aliorum homo debet esse parat9 ad hoc faciendum z per hunc modum sustinere martiriuz propter xpm cadit sub precepto. quia sc3 homo debet habere animum pa ratum vt prius permitteret se occidi q xpm negaret vl mortaliter peccaret. et sic etiam relinquere bona propria cadit sub precepto qui debet esse paratus animus xpiani magis sustinere rapinaz bo norum suorum q xpm negare vel mortaliter peccare. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde quesitum est de actibus malis sc3 de primis moti bus. Circa quos quesita sunt duo. Primo vtz primi mo tus semper sint peccata. Secundo vtrum in infidelibus sint pec cata mortalia.

Articulus vicesimusprimus

D primuz sic procedebatur. videtur q primus motus sem per sit peccatum. Dicit magister. 21. di. secundi li. sententia rum. Qz temptatio a carne non potest esse sine peccato. Sz quan docunqz est primus motus est temptatio a carne. ergo prim9 mo tus non potest esse sine peccato. Sed contra est quod ad R.o. 6. super illud. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpo re. dicit glo. Non prohibet concupiscentiam quevitari non potest Sed illud quod non potest vitari non est peccatum. ergo concu

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

piscentia que est primus motus non est peccatum. Ro. dō q̄ motus importat inclinationem quandam ad terminum que quidem inclinatio pertinet ad appetitum in humanis actibus. Est autem in homine triplex appetitus. vnus quidem naturalis secundum q̄ vis appetitiua pertinet ad animam vegetabilem: sicut et vis digestiua z expulsiua z retentiua. Secundus appetitus est sensualitatis qui mouetur secundum apprehensionem sensus. Tertius appetitus est voluntatis qui mouetur secundum iudicium rationis. Peccatum autem qō habet rationem culpe de quo nunc loquimur non potest esse nisi in actu voluntario qui sc̄z est aliqualiter in potestate peccantis. actus autem appetitus naturalis non subiacet imperio rationis sicut nec actus aliarum potentiarum vegetabilis anime. z iō in actu talis appetitus non potest consistere culpa: sicut q̄ homo esuriat vel sitiat absq̄ culpa est. z idem dicendum est in aliis hmōi. Sed actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis q̄ ratio preueniens ipsum potest eum imperare vel etiam impedire. z ideo talis motus potest iam̄ habere rationē culpe. z si sequatur iudicium rationis poterit etiam esse peccatum mortale sicut z motus exteriorum membrorum imperati a ratione. Si autem preueniat iudicium rationis est quidem peccatum si tē dat in aliquid illicitum quia in potestate hois fuit ipsum cohibere. est tamen veniale peccatum z leuissimum vt patet per Aug. 12 de trini. z hoc dicitur primus motus peccati. motus autem superioris appetitus. i. voluntatis consequens iudicium rationis tam potest esse peccatum mortale. Primum ergo concedimus. Ad secundum dicendum q̄ concupiscentia non potest vitari sic q̄ nullus concupiscentie motus surgat quia dum resistitur vni insurgit alius. possunt tamē vitari singuli. z ex hoc quilibet habet aliquid de rōe peccati licet nō habeat rōem p̄fecti pcti qō ē pcm̄ mortale

Articulus vicesimus secundus

D z⁹ sic sic proceditur. Videtur q̄ primi motus in infidelibus sint peccata mortalia. q̄ sicut Anselm. dicit in li. de gracia z li. ar. Eos qui nō sunt in xp̄o ihesu sequitur damnatio si sentiunt concupiscentiam etiam si non consentiant. Sed sentire concupiscentiam est habere primum concupiscentie motum. ergo infideles qui non sunt in xp̄o ihesu peccant mortaliter secundum primos motus q̄ damnatio non debetur nisi peccato mortali. Preterea quilibet hō debet habere originalē iusticiam sc̄z quam cōcupiscentia reprimebatur. sed contra hoc debitum est quilibet cōcu

piscentie motus. g⁹ quilibet concupiscentie motus est peccatū mortale. Dē enim qō est ꝯtra debitum habet peccati mortalis rationē

Sed cōtra. Quanto est gradus altior tanto est casus grauior. Sed altior est gradus fidelis q̄ infidelis. Cum g⁹ primi motus fideliū non sint peccata mortalia. multo minus primi motus infidelium. Ro. dō q̄ primus motus sicut dictum ē est motus sensualitatis preueniens deliberationem rationis. eadem autem natura sensualitatis est z rationis in fidelibus z in infidelib⁹. Ad naturam autem sensualitatis z rationis pertinet q̄ motus sensualitatis qui est ab q̄z deliberatione rationis non possit esse peccatum mortale: q̄z peccatum mortale est qō consistit in auersione a deo ad quem conuerti non potest homo nisi per rationem. z p̄ consequens auersio a deo que constituit peccatum mortale non potest esse nisi in ratione vt patet per Aug. 12. de tri. z ideo dicēdum est q̄ primi motus infidelium non sunt peccata mortalia sc̄z venialia. Ad primum ergo dicendum q̄ dictum Anselmi dependet ex verbo apostoli qui concludit ad Ro. 8. q̄ nihil est damnationis his qui sunt ī xp̄o ihū qui nō sc̄m carnē ambulant. Videt g⁹ q̄ his qui ñ sunt in xp̄o ihesu sit aliquid damnationis etiam si nō secundum carnem ambulent motibus carnis consentientes. aliquin nihil plus haberent hi qui sunt in xp̄o Ihesu q̄ alii. Est g⁹ aliquid damnationis his qui non sunt in Christo Ihesu si sentiant motus carnis quamuis non consentiunt. quod quidem qualiter sit intelligendum ex processu Apostoli apparet. premiserat enim reparationem gracie inchoatam esse in his qui sunt in xp̄o Ihesu quantum ad mentem licet non quantum ad carnem. Premiserat enim. Ego ipse mente quidem seruio legi dei carne autem legi peccati scilicet propter legem fomitis qui adhuc manet in corporis membris. Ne ergo hi sunt in Christo Ihesu viderentur adhuc pristine damnationi subiacere propter fomitis motus conclusit Apostolus q̄ nihil est damnationis his qui sunt in Christo Ihesu si non secundum carnem ambulant quia damnatio originalis peccati soluta est per graciam Christi quāuis actu remaneat fomes peccati. damnationem vero actualis peccati non incurrunt quia non ambulant secundum carnem. In infidelibus ꝯo manet peccatū originale nō solū actu sed etiā reatu. z iō ē in eis aliquid damnationis ex parte originalis peccati. non autē ex pte actualis si concupiscentiis nō consentiant. Ex hoc g⁹ nō sequit q̄ in infidelib⁹ prim⁹ mot⁹ inducat damnationē peccati mortalis.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

sed sequitur ꝙ habeat annexam damnationem originalis peccati. Ad secundum dicendum ꝙ debitum originalis iusticie pertinet ad ipsam personam infidelis ratione humane nature quā a primo parente traxit cui collata est originalis iusticia. ⁊ ideo id qđ pertinet ad defectum originalis iusticie pertinet ad peccatum nature scz ad peccatum originale non autem ad peccatum actuale quale est peccatum mortale.

Articulus vicesimustertius

Uestio est vtrum pueri non exercitati in preceptis sint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento vel beneficiis alliciendi ad ingressum religionis. Et videtur ꝙ non. Perfectio enī consiliorum ad quaz ordinantur religiones a xp̄o exordiuz sumpsit. Sed xp̄us primo consiliuz perfectionis dedit adolescenti qui precepta seruauerat vt patet Math. 19. ergo soli illi qui sunt exercitati in preceptis sunt ad religionem obligandi vel recipiendi. Preterea Grego. dicit super Ezech. Nemo repente fit summ⁹. Sz in bona conuersatione a minimis quis inchoat vt ad magna perueniat. Sed magna sunt consilia que pertinent ad perfectionem vite. minora autem sunt precepta que pertinent ad omnem iusticiam. ergo prius debēt pueri exercitari in preceptis ꝙ ad consilia inducantur. Preterea Exo. 21. dicitur. Si quis aperuerit cisternā deciderit qz bos vel asinus in eam dominus cisterne reddet precium iumentorum. Sed ille qui aliquem puerum nondum in preceptis exercitatum ad religionez inducit quodammodo aperiet ei cisternam quia pleriqz tales religionez ingredientes egrediuntur ⁊ in desperationem incidunt quasi in quandam spiritualem cisternam. ergo videtur ꝙ ille qui euz inducit hoc ei imputetur ad peccatum. Preterea illud quod est expediens cōmuni vtilitati non est tollendum. Sed expedit cōmuni vtilitati ꝙ homines propria libertate vtantur ad bonum faciendum. ergo non est aliquib⁹ auferenda talis libertas per obligationem voti vel iuramenti. Preterea beatus Benedictus monachorum institutor almific⁹ in sua regula statuit ꝙ venientibus ad religionem non sit facilis prebendus ingressus sed probandum sit an spiritus a deo sit. ergo multo minus sunt aliqui muneribus vel beneficiis alliciendi. Preterea Grego. dicit. ⁊ habetur in decretis dist. 48. Scimus ꝙ edificati parietes non prius tignoruz pondus accipiunt nisi nouitatis sue humore siccentur ne si ante pondera ꝙ solidentur accipiant cūctaz

simul ad terram fabricam deponant. Sed pueri qui nondū sunt exercitati in preceptis sunt quasi parietes nondum desiccati. g⁹ non sunt eis imponēda tigna. i. grauia religionis instituta. Preterea status religionis est status penitentie. Sed pueri excipiuntur ab omni penitentie coertione vt habetur in decretis de penitentia. di. 4. ergo non sunt ad religionem inducendi. Preterea sicut dicitur. 20. q. 3. Quod quis non optat nec eligit profecto nō diligit. quod autem non diligit facile contemnit. Sed pueri anteꝙ sint exercitati non habent firmam electionē. ergo nec firmaz dilectionem. Facile ergo religionem contemnēt si in tali etate ad religionem inducantur. Preterea prouer. 14. dicitur. Substantia festinata minuetur. sed videtur esse nimia festinantia ꝙ aliq̄s ad consilia conuolet nondum in preceptis exercitatus. ergo videtur ꝙ horum spiritualis substantia de facili minuatur. ergo non sunt ad religionem inducendi. Preterea non minor cura est adhibenda in ingressu religionis ꝙ in susceptione ordinis. Sed in ordinibus prohibentur ad maiores accedere qui minores nō acceperunt. ergo etiam nec debet aliquis ad obseruantiam consiliorum in religione transire nisi prius preceptis obseruatis. Preterea duo sunt homini necessaria scz intelligere verum ⁊ operari bonum. sed in intelligendo verum stultus reputaretur qui prius ad difficiliora se transferret ꝙ leuiora intelligeret. ergo stultuz est in comparatione boni ꝙ aliquis prius transeat ad consilia ꝙ in p̄ceptis exercitetur. Preterea cuilibet in religione existenti conuenit curam agere aliorum vel saltem sui ipsius. sed in his qui eliguntur ad aliquam curam ecclesiasticaz oportet eligere meliores ergo oportet eos qui ad religionem assumuntur eligere meliores hi autem sunt qui sunt exercitati in preceptis. ergo tales sunt ad religionem inducendi. Preterea illud quod est in se bonum si ex eo sumatur peccati occasio ē abiciendum. sicut serpens eneus quē Moyses fecerat ex mandato domini ad sanandum filios israel. vt habetur Numeri. 21. Ezechias combussit quia ex eo sumebat ydolatrie occasio. similiter etiam quāuis benedictio sit secunduz se bona. tamen reprehenditur si minor presente maiore benedicit Cum ergo aliqui in exercitati in p̄ceptis sumant occasionē peccati ex ingressu religionis ab ea recedentes quāuis religio sit secundum se bona tamen videtur ꝙ inexercitatos ad religionem inducere sit vitandum. Preterea Grego. dicit. ⁊ habetur in decretis distin. 48. Casum appetit qui ad summi loci fastigia postpositis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gradibus per abruta querit ascensum. sed procedere ad consilia non observatis preceptis est postponere gradum. ergo videtur q hoc sit casum querere. z ita ad hoc non sunt aliqui inducendi.

Preterea Dam. dicit in. z. li. Qz non est tn utile inexpertum existē tem z improbatum incorruptione frui vt non in superbiam incidat z iudiciuz dyaboli. ergo pari ratione non est inutile improbatos z inexpertos in preceptis ad statum contemplationis assumi ad quem religio ordinatur. Preterea Grego. dicit in. 6. moral. Post Lye amplexus ad Rachelem Jacob peruenit qz perfectus quisqz ante actiue vite ad fecunditatem iungitur z post contemplatiue ad requiem copulatur. Sed activa vita consistit in observantia preceptorum. status autem religionis pertinet ad vitā cōtemplativam. ergo non sunt aliqui ad religionem inducendi anteq̄ sint in preceptis exercitati. Preterea nulla promissio est facienda cuius solutio non est licita. Sed soluere aliquid alicui pro ingressu religionis non est licitum. vnde dicitur. 1. q. z. Nunq̄ legimus deum discipulos vel eorum ministerio conuersos quēpiam ad dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse. g9 nō sunt aliqui promissionibus ad religionem alliciendi. Preterea nullus qui non est exercitatus in armis sz9 leges est admittendus ad militiam corporalem. Sz religio est status militie spiritualis. g9 non sunt aliqui recipiendi ad religionez nisi prius exercitati in preceptis quasi in quibusdam spiritualibus armis. Preterea qui non potest se obligare ad minus non potest se obligare ad maius nisi sit necessarium. Sed puer ante. 14. annum non potest se obligare ad matrimonium quod minus est. g9 multomnus ad religionez Preterea legitur Marci. 5. q dominus demoniacum curatuz nō permisit secum intrare nauim que significat crucem z religionem per demoniacum autem curatum signantur homines a peccatis conuersi. ergo non sunt ad religionem accipiendi peccatores statim conuersi anteq̄ in preceptis exercitentur. Preterea bonorum operum fructus habere debem9 quando de egypto eximus vt dicit quedam glosa Exodi. 12. Sed exire ō egypto est exire de mundo religionem intrando. ergo illi qui volunt religionem intrare debent prius fructum bonorum operuz habere per observantiaz preceptorum. Preterea Augustinus dicit in libro de sermone domini in monte. Qz omnis presumptio est coercenda. Sed magna presumptio videtur esse q aliquis velit ascendere ad arcez cō

silioꝝ nondum observatis preceptis. ergo tales sunt coercendi et nō alliciendi ad religionis ingressum. Preterea Augustinus dicit in eodem libro. Qz maiora maioribus et minora minoribꝰ sunt exhibenda. Sed consilia sunt maiora. ergo non sunt pueris inexercitatis exhibenda. et ita pueri nondum exercitati in preceptis non sunt ad religionem trahendi. Sed contra est quod dicitur. zo. q. z. Si in qualibet. et infra. Parentibus sane filios suos religionem tradere non amplius q̄ vtra quatuordecimum etatis sue annum licentia esse poterit. Postea vero aut cum voluntate parentum eorum aut si sue deuotionis sit sollicitarium votum erit filiis licitum religionis assumere cultum. Sed post quartum decimum annum non statim sunt homines in preceptis exercitati. ergo possunt religionem ingredi pueri anteq̄ sint in preceptis exercitati. Preterea maius est q aliquis assumatur ad regimē sui et aliorum q̄ q recipiatur in religione in qua sub regimine alterius vivit. Sed Salomon adhuc puer existens assumptus ē ad regnum sui et aliorum. Unde dicitur. 1. Paralipominō viceſimo nono. Locutus est Dauid rex ad omnem ecclesiam. Salomonez filium meum elegit deus adhuc puerum et tenellum. ergo multo magis possunt pueri non exercitati in preceptis ad religionez recipi vel induci. Preterea illud votum non est illicitum exquo nō reddunt aliqui rei si soluāt. Sed sicut dicit Ambrosius. Ille que in puellaribus annis continentiam vouerunt non constituuntur ree ni votum exoluunt. ergo q aliqui voto astringantur ad religionem in puerilibus annis non est illicitum. Preterea nihil est illicitum per quod aliquis a bono non retrahitur. Sed qui prouocatur ad meliora non retrahitur a bono. ergo cum status religionis sit melior in quo videlicet observantur consilia q̄ status vite secularis in quo scilicet simpliciter observantur precepta videtur q non sit illicitum inducere pueros ad religionem voto vel etiam iuramento aut etiam beneficiis antequam sint in preceptis exercitati. Preterea viceſima questione prima dicitur. Firma tunc erit virginitatis professio exquo adulta iam etas esse ceperit. et que solet apta nuptiis deputari. sed non statum in hac scilicet etate viri vel ipse mulieres sunt in ipsis preceptis exercitati. ergo antequam aliqui in ipsis preceptis exercitentur licite possunt scilicet religioni astringi et voto vel etiam iuramento.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Preterea si talis obligatio esset illicita scz qua pueri non exercita ti p̄ceptis voto vel iuramēto ad religionez obligant aut h° eēt qz ē sz° se mala aut qz ē ꝓhibita. sz ñ ē sz° se mala qz sic executō siue adimpletio promissionis esset peior ⁊ ꝑseuerantia pessima. Cui⁹ contrarium videmus quia adimplentes ea que promiserant in puerilibus ānis ⁊ in his ꝓmissis ꝑseuerantes maxime cōmēdant Similiter etiam non est illicita talis obligatio quia prohibita. Non enim prohibetur lege veteri. Dicitur enim Numeri. 30. Mulier si quispiaz vouerit ⁊ se constrinxerit iuramento que est in domo patris sui ⁊ in etate adhuc puellari si cognouerit pater votuz quod pollicita est ⁊ iuramentum quo obligauit animam suam ⁊ tacuerit voti rea erit quicquid pollicita est ⁊ iurauit opere complebit. sin autem vt audierit contradixerit pater ⁊ vota ⁊ iuramēta eius irrita erunt nec obnoxia tenebitur sponsioni eo ꝙ contradixerit pater. Similiter etiam non est prohibitum iure canonico quia in decreto Leonis pape hec eadem auctoritas inducitur. Similiter etiam non est prohibitum lege euangelii que maxime inducit homines a recedendo a mundo ⁊ sequendum perfectionis opera. ergo licitum est obligare voto vel iuramento pueros nondum exercitatos in preceptis ad religionem. R.° dicendum ꝙ hoc qđ pro questione hic inducitur dubitationem nō habet nisi ꝙ quidam contentioni studentes veritatem obnubilare conantur. Unde hic locum habent verba que Augustinus dicit in secundo de ciuitate dei. Quoniam ille est maior ⁊ deterior insipientium morbos animarum quo instabiles motus suos etiaz post rationem plene redditam siue nimia cecitate qua nec aperta cernuntur siue obstinatissima pernicacia qua ⁊ ea que cernuntur non fuerunt tanq̄ ipsam rationem veritatemqz defendunt fit necessitas copiosius dicendi plerūqz res claras, velut eas non solū spectantibus intuendas sed quodāmodo tangendo palpantib⁹ offeramus. ⁊ tamen quis disceptandi finis erit si respondenduz esse respondentibus existimemus. Naz qui vel non possunt intelligere quod dicitur vel tam duri sunt aduersitate mentis vt etiā si intellexerint non obediant respondent ⁊ loquuntur iniquitatē atqz infatigabiliter vani sunt. quorum dicta contraria si totiens velimus refellere quotiens obnixa fronte statuerint nō cogitare quid dicant dum quocunqz modo nostris disputationibus contradicant q̄ sit infinituz ⁊ erumnosuz ⁊ infructuosum vides. Erit ergo hic mod⁹ seruand⁹ vt ꝟitas manifeste ⁊ quasi palpabiliter

ostendatur ⁊ si qua in contrariuz dicta fuerint que aliud pond⁹ non habeant contemnantur ne semper oporteat inutiliter eadem replicare. Sed si quis contrarium dicere voluerit scribat qđ dicit vt alii intelligentes diiudicare possint an doceat veritatem. Primo ergo circa propositam questionem vt singula discuciamus cōsiderandum est ꝙ pueros etiam infra annos pubertatis in religionem recipi non est secundum se malum imo est expediens ⁊ fructuosum quia illud quod a puericia assuescimus semper perfecti⁹ ⁊ firmius tenemus secundum illud prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur ⁊ etiam cum senuerit non recedet ab ea. ⁊ iō apostoli instituerunt vt pueri etiam infantes ad xp̄ianam religionem reciperentur vt in ea nutriti firmius ⁊ perfectius ei inherent. Et hoc est quod Dio. dicit in vltimo. c. eccle. ierar. Secundum legem sanctam confirmati infantes ad habitum sanctum habebūt consuetudinem ab omni remoti errore et immunde vite expertes hoc diuinis nostris ducibus. i. apostolis ad mentem venit ⁊ visuz est suscipere infantes. Multo autem magis excedit vita xp̄iana infidelium vitam q̄ vita religiosorum vitam secularium. presertim cum in primitiua ecclesia omnium xp̄ianorum erat perfectissimus religionis status secundum illud Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum ⁊ anima vna nec quisq̄ eorum que possidebat aliquid suuz esse dicebat sed erant illis omnia communia ad cuius vite exemplar omnes religiones sunt institute. Et ideo religionum institutores ex eadem causa qua apostoli motu sunt ad recipiendum infantes in religione vt patet de beato Benedicto qui vt in. 2. dyalogoꝝ legitur recepit nutriendum infantes in religione Maurum duodennem ⁊ Placidum septennem. Est tamē quedam differentia circa hoc attendenda. Nam pueri ante annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentū propter h° ꝙ patiuntur discretionis defectum secundum quem possint bene regere seipsos. ⁊ ideo in hac etate possunt quidem religioni tradi si a parentibus offerantur. ⁊ erit rata traditio precipue si cum ad annos pubertatis peruenerint ratam habuerint paternam oblationem. vnde Grego. dicit ⁊ habetur. 20. q. 1. addidisti. Si pater vl mater filiuz filiamue intra septa monasterii in infantie annis sub regulari tradiderint disciplina vtrum liceat eis postq̄ pubertatis impleuerint annos egredi ⁊ matrimonio copulari hoc omnino deuitamus quia nephas est vt oblatis a parentibus deo filiis voluntatis frena relaxentur. Si autem in hac etate propria sponte se

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

religioni tradiderint potest hoc per assensum vel dissimulationez parentum ratum esse. Unde dicitur vicesima questione secunda. Si in qualibet minori etate vel religionis tonsuram vel religioni vestem debitaz in vtroqz sexu filiis aut vnus aut ambo parentes dederint aut forte vel nolentibus vel nescientibus scilicet parentibus a se susceptam non mox visam in filiis abdicauerint sz vel coram se vel episcopo palamqz in conuentu eodez filios talia habere permiserint ad secularem reuerti habitum filiis ipsis quandoqz penitus non licebit. Si vero pueri annos pubertatis transcenderint possunt eciam inuitis parentibus ad religionē transire. nec sunt repellendi immo magis aduocandi. Ut enim Gregoꝰ dicit in quadam Omelia. Ad vitam bonam alius in puericia. alius in adolescentia. alius in iuuentute. alius in senectute. alius in decrepita etate perducitur. Et cum in nulla etate sint repellendi. minus tamen sunt repellendi in puericia. Dicit enim Crisost. super Matheum. Quis meretur appropinquare xpo si repelleretur ab eo simplex infantia. Nam si sancti futuri sunt quid vetatis filios ad patrem venire. Si autem peccatores futuri sunt vt quid sententiam condemnationis profertis anteꝙ culpam videatis. quaz quidem damnationis sententiam proferunt aliqui cum dicunt. non sunt recipiendi pueri ad religionem quia exibunt et peiores efficientur. Sed quod addunt quidam ꝙ oportet pueros prius exercitari in preceptis et postea transire ad consilia obseruanda in religione ex falso intellectu procedit. Arbitrantur enim ꝙ precepta preparent viam ad consilia. Non est autem sic. immo potius consilia parant viam ad precepta seruanda quia per consilia remouetur homo a rebus seculi circa quas occupatus difficile est ꝙ innocentiam seruet. Unde Hie. dicit super Matheum. Graui onus innocentiam subit incrementis opum occupata. rem enim solius famulatus dei non sine seculi vitiis assequatur. Et ideo dominus dicit Mat. decimonono. Qz difficile qui pecunias habent intrant in regnum celorum quia difficile est ꝙ homo precepta seruet quibus intratur in regnum nisi sequens consilia diuitias relinquat. et ideo pueri ad hoc ꝙ innocentiam seruare possint in obseruantia mandatorum sunt preparandi et quodammodo premuniendi in exercicio consiliorum nec sunt repellendi quāuis ineruditi videantur in preceptis. Dicit enim Origenis super Matheum. Quidam puerilem sermonem habentes offerunt

saluatori pueros et infantes. Qui autem videntur perfectiores priusꝙ discant rationem iusticie reprehendunt eos qui pueros et infantes adhuc minus eruditos offerunt Christo. Dominus autem hortatur discipulos suos condescendere vtilitatibus puerorum. Hoc ergo debemus attendere ne estimatiõe sapientie excellẽtioris contemnamus quasi magni pusillos ecclesie prohibentes pueros venire ad Ihesum. Sed quod vlterius queritur an ante religionis ingressum sint voto vel iuramento ad religionem obligandi manifeste patet ꝙ sic. Sicut enim in malo quanto voluntas est magis affirmata ad malum tanto peior est sicut in obstinatis patet et qui ex malicia peccant. ita etiam in bonis tanto voluntas melior est quanto est magis firmata et astricta ad bonum Cum ergo bonum sit ꝙ pueri ad religionem veniant multo melius est ꝙ eorum voluntas sit ad hoc firmata quod fit voto vel iuramento. Unde et Dauid dicebat. Juraui et statui custodire iudicia iusticie tue. et Augustinus dicit in epistola ad Paulinam et Armentarium. Felix necessitas que ad meliora compellit.

Ultimo autem considerandum restat videlicet an sint beneficiis alliciendi. et siquidem conuentione vel pacto precium aliquod detur vel quodcunqz terrenum beneficium vt religionem intret hoc est illicitum. Si autem aliquis ei aliqua beneficia temporalia conferat vt auferat impedimenta quibus impeditur a religionis ingressu vel etiam vt eum nutriat vel doceri faciat ad hoc ꝙ sit religioni aptus hoc non est illicitum sed est laudabile. Similiter et si beneficiis temporalibus aliquis aliquem alliciat vt eum fauorabilem sibi reddat non intendens gloriam propriam sed gloriam dei et proximi salutem laudabile est. sicut et Apostolus de seipso dicit prima ad Corinthios decimo. Per omnia omnibus placeo. Deus etiam aliquos temporalibus beneficiis allicit ad bene agendum. In ecclesiis etiam quibusdam temporalium distributionibus alliciuntur aliqui ad ecclesie deseruiendum non ꝙ premium accipiant sed sunt quedam secundario illectiua ad seruiendum deo. sicut et dominus dicit Mathei sexto. Primo querite regnum dei et iusticiam eius et hec omnia scilicet necessaria vite adicientur vobis. Ad primum ergo dicendum ꝙ Christus ad consilia inuitauit Adolescentem in preceptis exercitatum. ita etiam vocauit Matheum publicanum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

non exercitatum in preceptis sed potius peccatis implicatum. ex quo accipere possumus q̄ ad consilia obseruāda in religione ad uocandi sunt non solum exercitati in preceptis sed etiam non exercitati. Ad secundum dicendum q̄ diuersitas graduum dupliciter attendi potest. Uno modo in diuersis statibus seu conditionibus s. z sic non oportet qui tendit ad maiorem statum vel conditionem q̄ prius exercitetur in minori statu vel conditione. sicut videmus q̄ illi qui volunt fieri milites non prius exercitantur in lanificio sed a puericia exercentur in milicia. Similiter qui volunt fieri clerici non prius exercentur in vita laycali ꝫ a puericia instruuntur in vita clericali. et hoc modo qui volunt religiosi fieri non oportet q̄ prius exerceantur in vita seculari sed optimum est eis si a puericia exerceantur in vita religionis quia magis poterunt in ea proficere. Unde dicitur Treñ. 3. Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Alio modo possunt accipi diuersi gradus in eodem statu vel conditione. z hoc modo dicit Grego. q̄ in qualibet bona conuersatione incipiendū est a minoribus vt ad maiora perueniatur. Sicut enim milites rudimentis milicie z clerici a rudimentis clericature. ita etiam z religiosi incipiunt a rudimentis religionis vt proficiant vsq3 ad summum.

Ad tertium dicendum q̄ duplex est occasio sc3 data z sumpta Tunc quidem dat aliquis occasionem alicui ruendi vel in cisternam cadendi quando facit aliquid vel dicit minus rectum ex q̄ datur proximo occasio ruine. z tūc ruina proximi imputatur danti occasionem. Aliquando autez non est occasio data sed sumpta puta cum aliquis inducit aliquem ad bonum z ipse ex hoc fit deterior. non est relinquēda monitio bona propter hoc q̄ ille sumit inde occasionem ruine. Unde z dominus non dimisit predicationem veritatis propter scandalum phariseorum vt habetur Mat. 15. Et Aug. dicit in epistola ad Bonifacium. z habetur. 23. q. 4. Ipse pietas. z infra. Qz si plurimi essent in domo ruitura. et inde saltem vnus liberari posset atq3 id quia facere conaremur alii semetipsos precipitatione vetarent doleremus de ceteris verum de vnius saltem salute consolaremur. Ad quartum dicendu3 q̄ libertas necessitati coactionis opponitur que est necessitas absoluta z talis necessitas est cohibenda. Sed necessitas que est ex suppositione finis non opponitur libertati. Set tali necessitate expedit vti ad communem vtilitatem. alioquin nec pacta promissionibus firmata nec iuramenta in rebus humanis fieri deberent.

Multo autem magis per huiusmodi expedit homines obligari ad diuina que sunt meliora. Ad quintum dicendum q̄ difficultas ingressus obseruatur in religionibus per hoc q̄ datur intrantibus annus probationis in quo difficultates religionis experiuntur. Ad sextum dicendum q̄ paries nondum desiccato non est onus tignorum imponendū. tamen non prohibetur quin sit paries desiccandus. Desiccatur autem paries a prauo humore secularis affectus per religionez. z ideo contingit q̄ prius exercitentur aliqui in religione q̄ eis onus prelationis aut sacrorum ordinum imponatur. de hoc onere loquitur Grego. vt patet p ea que precedunt in illo capitulo. z in. z. omel. Ezech. Ad septimum dicendum q̄ status religionis z est status penitentie z est exercicium siue scola perfectionis. vnde ad religionē recipiendi sunt peccatores propter penitentiam z recipiendi sunt pueri innocētes quasi in scola quadam perfectionis vt perfectius innocentiaz cōseruent. Ad octauum dicendum q̄ si omnino inuiti pueri ad religionem inducerentur timendum esset de casu futuro sed ex q̄ propria voluntate se obligant z religionem ingrediuntur non habet locum ratio inducta. Ad nonum dicendum q̄ sicut magnum z parum multum z paucum secundum philo. dicuntur relatiue ita z festinatum siue velox z tardum. Nam festinatum siue velox est quod in paruo tempore multuz mouetur. Illa ergo substantia minuitur que est festinata in respectu ad debitum moduz puta si aliquis aliquem status aggressus statum a principio contemptis rudimentis illius status ea que sunt perfectoruz in statu illo attemptare vellet. Non est autem substantia festinata si exercicium perfectionis z quasi quandaz scolam que est religio a puericia aliquis aggrediatur. Tantum est enim culmen perfectionis vt etiam si a puericia quis huiusmodi perfectionem aggrediatur semper habet vbi proficiat sicut z Aug. dicit ad Uolusianum de doctrina xp̄iana. Tanta est inquit xp̄ianorum profunditas litterarum vt in eis quottidie proficerē si eas solas ab ineunte puericia vsq3 ad decrepitam senectutem summo studio meliore ingenio conarer addiscere. Ad decimum dicendum q̄ diuersi ordines sunt quasi diuersi gradus vnius clericalis vite. z ideo oportet vt a minoribus incipiat qui ad maiores tendit. Non autē oportet q̄ qui tendit ad sacros ordines q̄ exercitetur in his que pertinent ad inferiorem statum laycalis. s. vite. z similiter in vita religionis oportet q̄ a rudimentis eius incipiat qui religionem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ingreditur vt ad summum apicem religionis pertingere possit. non tamen oportet eum prius esse exercitatum in seculari vita.

Ad vndecimum dicendum ꝙ in intelligibilibus etiam oportet ꝙ aliquis a minoribus in eadem scientia incipiat vt ad maiora perueniat non tamē oportet ꝙ quicunqꝫ vult addiscere aliquaꝫ scientiam maiorem ꝙ exercitet in qualibet minori sicut qui volunt addiscere liberales artes nō oportet ꝙ prius exercitentur in mechanicis. sed solum hoc oportet quando minor scientia parat viam ad maiorem. Vita autem secularis non parat viam ad religionem sed magis ab ea abducit. vnde Grego. dicit in principio moralium. Cum adhuc me cogeret animus presenti mundo quasi specietenus deseruire ceperunt multa ex eiusdem mundi cura succrescere vt in eorum iam non spē sed quod est grauius mente retinerer. Econuerso autem obseruantia consiliorum parat viā ad tutius ⁊ perfectius precepta diuina obseruanda que necesse ē in seculari vita obseruari. Ad duodecimuꝫ dd ꝙ illa in multis deficit. Primo quidem quia ille qui religioneꝫ intrat non ad hoc eligitur vt sui vel alterius curam gerat magis ꝙ ante. sꝫ magis vt sit sub obedientia ⁊ cura alterius. Secundo quia hoc non conceditur ab omnibus ꝙ necesse sit eligere meliorem ad regimē prelationis. sed secundum quosdam sufficit eligere bonum. Tercio quia si oportet eligere meliorem ad prelationem non quideꝫ oportet simpliciter meliorem eligere sed meliorem. i. magis ydoneum ad hoc. pueri autē ⁊ si non sint meliores simpliciter ꝙ adulti. sunt tamen magis ydonei ad hoc vt in religione nutriantur. Vnde Ansel. in li. de similitudinibus comparat eos qui a puericia nutriuntur in religione angelis. alios autem hominibus quia angeli a principio. homines processu temporis ad vitam eternā perueniunt. Quarto quia ad episcopatum non eligitur nisi vnus. et ideo maior necessitas est ꝙ melior assumatur ꝙ de intrantibus religioneꝫ qui plures accipi possunt. Ad. 13ᵐ dd ꝙ non solum illud qd est peccatum prebet occasionem ruine sꝫ etiā illud quod habet speciem mali. Vnde ⁊ aplus dicit. 1. ad Thessal. vltimo. Ab omni specie mala abstinere vos. et quia serpens eneus ⁊ si secundum se esset bonus ex sui institutione. tamen speciem habebat mali propter similitudinem ydolatrie. ideo apud eos qui erant ad ydolatriam proni non erat dimittendus. sꝫ laudabiliter fuit subtractus. Introitus autem religionis nec est secūdum se malum nec habet speciem mali. Benedictio autem ⁊ si sit

de genere suo bona tamē ad hoc ꝙ sit actus virtutis exigitur ꝙ sit vestita debitis circumstantiis. i. vt sit conueniens ⁊ persone et loco ⁊ tempori. Non est autem conueniens persone quando minor presente maiore benedicit. quia sicut dicitur ad Heb. 7. Sine alia contradictōne qd minus est a maiore benedicitur. Ad decimumquartum dicendum ꝙ ille qui accedit ad consilia non querit ascensum per abruta postpositis gradibus. sed magis resecat que possunt hominem impedire ab obseruatione preceptoruꝫ sicut dictum est. Ad decimumquintum dd ꝙ sꝫᵐ dictum Damas. magis esset contrarium concludendum. ideo enim deus hominibus etiam post regenerationem incorruptibilitatem nō statim addit quia hoc non esset eis vtile sed superbiendi occasio. Abundantia enim temporalium ⁊ corporalium bonorum ē materia superbie. ⁊ ideo vtile est homini ad superbiam vitandaꝫ vt ad consilia transeat temporalium bonorum superabundantiam derelinquens. Ad decimumsextum dicendum ꝙ amplexus Raehelis signat quietem contemplationis ad quā etiam consilia sequentes non statim a principio peruenire possunt sed post longum exercicium bonoruꝫ operū. facilius tamen ad predictam quietem peruenitur per obseruantiam consiliorum ꝙ per exercicium mandatorum in vita seculari. Ad decimumseptimuꝫ dd ꝙ si beneficiis temporalibus aliqui alliciantur ad religionē cuꝫ pacto sicut solet fieri in emptione ⁊ venditione est illicita solutio Si autem aliquis alicui prouideat sine pacto non est illicita solutio. vnde post premissa verba in eodem. c. subiungitur. Nisi forte de pauperum alimento quis incontigue proponat. Et iteruꝫ subdit. Dum tamen absit pactio ⁊ omnis cesset ꝯuentio. Ad decimumoctauum dd ꝙ status religionis quantum ad eos qui in eo profecerint est spiritualis malicia. quantum vero ad eos qui de nouo intrant est quasi cuiusdam tyronicinii exercicium ⁊ oportet ad maiorem profectum ꝙ a principio aliquis huiusmodi exercicium subeat sicut et de exercicio militie temporalis Vegetius docet in libro de re militari. Ad decimumnonum dicēdum ꝙ obligatio perficiens matrimonium corporale non potest fieri ante annos pubertatis cui obligatio similis est professio que fit in religione ad ꝑpetue remanenduꝫ in ea sꝫ ante ānos pubertatis pōt fieri aliqua spōsio futuri mr̄imonii sicut ē i spōsalibꝰ cui assimilat obligatō q̄ fit ad religionē. Ad. 20ᵐ dd ꝙ sicut glo. ibidem exponit ꝑ hᵒ ꝙ dmoniacꝰ curatꝰ volebat esse i naui cuꝫ xp̄o

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

significatur desiderium eorum qui sunt a peccato mundati quo
ad piunt dissolui ꝛ esse cum xpo sed hoc non statim eis conceditur
sed oportet ꝙ prius in hac vita laborent annunciando verbū dei
Unde patet ꝙ non est ad propositum. Ad.21m dicendum ꝙ
quanto aliquis magis exercitatus in bono ex egypto.i.ex seculo
ad religionem transit tanto facilius in ea proficere potest. sed qꝛ
in seculari vita imminent multa pericula quibus huiusmodi exer
citium virtutis impeditur tutius est ꝙ a principio impedimenta
dirumpat per obseruantiam consiliorum. Ad.22m. dicendus
ꝙ difficilius est obseruare precepta in vita seculari ꝙm in vita reli
giosa. Magna enim virtus requiritur ad hoc ꝙ aliquis in seculo
viuens se immaculatum a vicis seculi conseruet. Unde dicitur Ec
cle.31. Beatus diues qui inuentus est sine macula. Et postea sub
ditur. Quis est hic ꝛ laudabimus eum. Fecit enim miracula i vi
ta sua. Et ideo maioris presumptionis esse videtur. Si tamen sit
presumptio ꝙ aliquis in seculo viuens considerat se immaculatū
ꝙm ꝙ tante virtutis se non existimans ad religionem transeat vt fa
cilius a peccati macula conseruetur ad modum Zachei qui cum
statura pusillus esset ad hoc ꝙ xpm videret ascendit arborem sicco
morum.i.ficum fatuam per quaꝫ religio designatur. Ad.23m
dicendum ꝙ in vnoquoꝫ statu maiora maioribus sunt attribu
enda. ꝛ tamen qui ad maiorem statum proficere vult oportet ꝙ
dum minor est primordia illius status accipiat secunduꝫ illud Ec
cle.23. Que in iuuentute tua non congregasti in senectute quo
modo metes. Et ideo ad hoc ꝙ aliquis perueniat ad perfectionē
religionis oportet ꝙ a principio etatis sue ad hmōi assuescat.

Articulus vicesimus quartus

Secundo queritur vtrum consilia ordinentur ad precepta.
Et videtur ꝙ non. Illud enim ad quod ordinatur aliud
posterius est qꝛ finis est prior in intentione ꝛ posterior in executio
ne. Sed obseruationem preceptorum constat esse priorem in execu
tione ꝙm impletionem consiliorum vt patet Matb.19. de adolescē
te qui se dixerat se seruasse legis precepta a iuuentute sua cui da
tur consilium perfectionis. ergo videtur ꝙ consilia non ordinētur
ad precepta sicut ad finem sed potius econuerso. ¶ Preterea finis
est perfectior his que sunt ad finem. Sed consilia sunt perfectio
ra preceptis quia consilia pertinent ad perfectionis statuꝫ precep
ta autem pertinent ad communem iusticiam. vnde ꝛ consilia pre

ceptis superadduntur. vt patet per hoc ꝙ Matb.19. dominus di
cit adolescenti qui precepta seruauerat. Adhuc vnum tibi deest.
si vis perfectus esse ꝛc̄. ergo consilia non ordinantur ad precepta
sed potius econuerso. Preterea secundum philo.in.2.phi. Si
cut se habent principia ad conclusiones ita se habent fines ad ea
que sunt ad finem. Sed talis est habitudo principiorum ad con
clusiones. ꝙ positis principiis ponuntur conclusiones. non autem
econuerso. quia contingit ex falsis syllogisare verum. ergo talis est
habitudo finium ad ea que sunt ad fines. Sed positis preceptis
non ponuntur consilia. Multi enim obseruant precepta qui non
obseruant consilia. ergo consilia nō ordinantur ad precepta sicut
ad finem. Preterea Aug. dicit in li. de sancta virginitate. Mi
rabiliter decipiunt qui propter presens seculum virginitatem esse
solum obseruandam sentiunt. Sed obseruatio preceptorum perti
net ad presens seculum. ergo consilium virginitatis non est implē
dum propter precepta. et eadem ratio est de aliis consiliis. Prete
rea precepta pertinere videntur ad vitam actiuam. consilia autem
ad vitam contemplatiuam. Unde Matb.19. vbi enumerantur
precepta legis dicit glo. Ecce vita actiua. vbi autem postea subdit
Si vis perfectus esse ꝛc̄. dicit. Ecce vita contemplatiua. Sed vi
ta actiua ordinatur ad contemplatiuam ꝛ nō econuerso. ergo pre
cepta ordinantur ad consilia ꝛ non econuerso. Preterea domi
nus bis miraculose legitur turbas refecisse. Primo quidem quan
do saciauit. 5. milia hominum ex quinqꝫ panibus ꝛ duobus pis
cibus. vt legitur Matb 14. Secundo quando 7 septem panib⁹
ꝛ paucis pisciculis saciauit quatuor milia hominum. vt habetur
Matb.16. ꝛ sic dicit glo. Mathei.14. Quinqꝫ milia p̄o quinqꝫ
sensibus corporis. ita sunt qui in seculari habitu exterioribus recte
vti nouerunt. Di. 5. panibus. i. legalibus preceptis adhuc necesse
est vt instruantur. Nam qui mundo integre renūciat quatuor mi
lia sunt ꝛ septem panibus. i. euangelica perfectōne sublimes ꝛ spi
rituali gracia reficiuntur. Sed primo pauit dominus quinqꝫ mi
lia hominum ex quinqꝫ panibus ꝙm quatuor milia ex septem. gꝰ
precepta sunt premia consiliis ꝛ non econuerso. Preterea dispo
sitiones precedunt perfectionem et ordinantur ad ipsam. Sed pre
cepta sunt dispositiones ad consilia. dicit enim glo. Dier. in prin
cipio Marci. Quatuor sunt qualitates de quibus sancta euange
lia conteruntur. precepta. mandata. testimonia. exempla. In pre
ceptis iusticia. In mandatis caritas. In testimoniis fides. In ex

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

emplis perfectio ad quaz pertinent consilia. ergo ꝛ videtur ꝙ precepta ordinentur ad consilia ꝛ non econuerso. Preterea primo nō est aliquid prius. Sed sicut dicit quedam glo. super ps. Caritas primo mouet pedem ad reditum vite. De actu autem caritaſ dā tur precepta. ergo nihil est prius invita spirituali ꝙ precepta. Nō ergo consilia ordinantur ad precepta sed potius econuerso. Preterea super illud ps. Sicut ablactatus super matrem suam ꝛc̄. dicit glo. Sicut quinqz tempora notantur in procreatione carnali ita ꝛ in spirituali. Primum ergo tempus est conceptionis. secundum est in vtero alitionis. tertium missionis. quartum portationis ꝛ lactationis. quintum ablactationis. ita et in vtero matris ecclesie. primo concipimur dum fidei rudimentis instruimur. In de quasi in vtero alimur in eisdem primordiis proficientes. Deinde manibus ecclesie portamur ꝛ lacte nutrimur donec taz grandiusculi a lacte matris accedam⁹ ad mensam patris. ꝛ postea subditur. Multi vero hunc ordinem peruertunt vt heretici ꝛ scismatici se ante tempus a lacte separantes, vnde extinguuntur. Sz separari a lacte est facilioribus dimissis ad difficiliora transire. Cū ergo consilia sunt difficiliora ꝙ precepta videtur ꝙ periculo extinctionis se exponant qui ad consilia accedunt nisi prius educati in preceptis. Precepta ergo ordinantur ad consilia ꝛ non econuerso. Preterea Gregorius dicit super Ezech. Oz ex precepto bonum facere inchoandum est. Sed id quod est incipientium ordinatur ad id quod perfectionis est ꝛ non econuerso. ergo precepta ordinantur ad consilia et non econuerso. Preterea virtus imitatur naturam. Sed natura operatur prius in corpore animalis ea que pertinent ad esse sicut membra principalia ꝙ ea que sunt de bene esse. ergo pro ingressu virtutis priora sunt precepta que sunt de esse virtutis ꝙ consilia que sunt de bene esse ipsius. ꝛ sic idem quod prius. Preterea sicut est ordo in addiscendo ita etiā in operando. Sed in addiscendo oportet incipere a facilioribus vt ad difficiliora perueniatur. ergo in operādo oportet prius implere precepta que sunt faciliora. ꝛ sic transire ad consilia. Preterea Math. 5. dicitur in glosa. ꝙ sermo diuinus est nobis via qua currimus. Sed sermo diuinus preordinat precepta cōsiliis vt patet Math. 5. vbi primo ponitur id quod preceptum est antiquis ꝛ postea superadditur a domino id quod perfectionis est. ergo videtur ꝙ obseruantia preceptoruz sit preordinanda obseruationi consiliorum. Preterea illud quod est nimiuz in aliquo genere

ordinatur ad id quod est maximum in genere illo. Sed nihil est minus in vita xpiana ꝙ obseruantia preceptorum. nihil autē magis ꝙ obseruantia consiliorum. ergo precepta ordinantur ad consilia. Preterea Diero. dicit super Math. Qui precepta legis implere negligit perfectiora implere non potest. ergo oportet ꝙ priꝰ aliqui impleant precepta ꝙ consilia. et sic precepta ordinantur ad consilia. Preterea prius est a quo non ꝓuertitur consequētia essendi. Sed a preceptis non conuertitur consequentia essendi ad consilia. Non enim sequitur. si aliquis seruat precepta ꝙ seruet consilia. ergo obseruatio preceptorum naturaliter procedit ꝛ ordinatur ad obseruantiam consiliorum. Sed contra ē qđ Aug. dicit in ench. Quecunqz mandat deus ex quibus vnum ē Non mechaberis. et quecunqz non iubentur. sed spirituali consilio mouentur ex quibus vnum est. Bonum est homini mulierem non tangere tunc recte fiunt cum referantur ad diligendum deuz et proximum propter deum. sed hec duo cadunt sub precepto. vt patet Math. zz. ergo consilia ordinantur ad precepta. Preterea illud quod est electionis ordinatur ad id quod ē necessitatis quia electio est eorum que sunt ad finem. sed consilia sunt electionis precepta autem necessitatis. ergo consilia ordinantur ad precepta. Preterea illud per quod aliquid plenius perficitur ordinatur ad illud. sed per consilia plenius et tutius conseruantur precepta. ergo consilia ordinantur ad precepta. Responsio dicendum ꝙ precepta dantur de actibus virtutum. Duplex autē est virtutis actus scz interior ꝛ exterior. et vterqz actus sub legis precepto cadit. Unđ Aug. dicit contra Faustum. Oz quia iudei non intelligebant homicidium nisi per interemptionem corporis humani aperuit dominus omnem iniquum motum ad nocēdum fratri in homicidii genere deputari. similiter etiam tantummodo corporalem cum femina illicitam cohabitationem vocari mechiam que erat in lege prohibita. sz dñs demonstrauit etiā interiorē concupiscentiaz ad bꝰ pertinere. Unđ manifestuz est ꝙ etiam interiores actus virtutum sub precepto cadunt. Consilia ergo ordinantur ad precepta. Et secundum ꝙ sunt de interioribus virtutum actibus et secundum ꝙ sunt de exterioribus actibus: sed diuersimode. Nam ad interiores actus virtutum ordinantur sicut in finem. Omnes enim interiores actus virtutum moralium pertinent ad mentis puritatem vt scilicet mens homis a passionibus inordinatis et ab exteriorꝝ rerꝝ cupiditate sit libera.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Et vlterius omnes virtutes tam morales q theologice ordinen/
tur ad dilectionem dei z proximi. Et ad hec duo omnia consilia
ordinantur sicut ad finem. s. ad caritatem dei z proximi z ad men
tis puritatem. Unde dicitur in collationibus patrum. Quicquid
nos ad virtutem cordis potest dirigere tota virtute sectandum est
quicquid autem ab hac retrahit vt pernitiosum z vicium deuitan
dum est. Pro hac enim vniuersa agimus atq; tolleramus. pro hac
patria parentes. dignitates. diuitie. delitie mundi hui⁹ z volup/
tas vniuersa contemnitur. vt scz puritas cordis perpetua retineat
Et postea subdit. Pro hac ieiuniorum mediam. vigilias. labores
corporis nuditatem. lectionem. ceteraſq; virtutes debere nos sus
cipere nouerimus vt per illas ab vniuersis passionibus noxiis il/
lesas preparet cor nostrum z seruare possimus z ad perfectionem
caritatis istis gradib⁹ imitando conscendere. Et hoc idem Aug.
dicit de moribus ecclesie. Non reiciendis inquit generibus cibo/
rum quasi pollutis sed concupiscentie perdomande et dilectioni
fratrum retinēde inuigilat omnis intentio. Et ibidem dicitur. Ca
ritas precipue custoditur si caritati virtus. caritati sermo. caritati
habitus. caritati vultus aptatur. Unde z Aplus. 1. ad Cor. 7°
virginitatis consilium ad hoc ordinandu3 docet vt mulier innup
ta cogitet que sunt dei quomodo placeat deo. Et dominus Ma
thei. 19. paupertatis consilium ad hoc ordinat vt homo deum se
quatur. quod fit per rectitudinem et puritatem interioris affec/
tus. Sic ergo consilia ordinantur sicut in finem ad precepta. secū
dum q sunt de interioribus actibus virtutum. Sed scōm q sunt
de actibus exterioribus. puta non occides. non furtum facies zc
ordinantur consilia ad precepta non sicut ad finē. Non enim prop
ter hoc homo virginitatem seruat vt ab adulterio abstineat neq;
hoc fine aliquis suis abrenunciat vt non furetur aliena. cum ex/
teriora opera consiliorum sint maiora q exteriora opera precepto
rum. ordinantur tamen ad ea inquantum faciunt ea tutius z fir/
mius conseruari. Qui enim sua dimittit multo magis abstinet a
rapiendis alienis. Unde z Aug. dicit in. 19. li. contra Faustum.
Omnia ex hebreorum lege cōmemorata ita dominus cōmenda/
uit vt quicquid ex persona sua insuper loqueretur vel ad exposi
tionem cōmendandam valeret si quid illa obscurum posuisset vel
ad tutius conseruandu3 quod illa voluisset. Et in libro de sermo
ne domini in monte dicit. Qz dum fiunt illa que adduntur ad p
fectionē multo magis fiunt illa q̄ premissa sunt ad inchoationez

Sic ergo patet q consilia ordinantur sicut ad finem ad precepta
prout sunt de interioribus actibus virtutum. Sed ad precepta se
cundum q sunt de exterioribus actib⁹ ordinantur consilia ad b⁹
q tutius z firmius conseruentur per modum remouentis probi/
bens. z primum horum est causa secundi. Firma enim exterioris
actuum obseruatio causatur ex interiori affectione mentis bene
disposite. Ad primum ergo dicendum q secundum quosdam
diues ille mentitus ē dicēs se precepta obseruasse z precipue quā
tum ad vnum preceptum quod ibi commemoratur pertinens ad
interiorem actum scz. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Un
de Origenes dicit super Math. Scriptum est in euangelio secun
dum hebreos q cum dominus dixisset ei. vade et vende omnia
que habes. cepit diues scalpere caput suum z non placuit ei. Et
dixit ad eum dominus. Quomodo dicis feci legem z prophetias
scriptum est in lege. diliges proximum sicut te ipsum. et ecce multi
fratres tui filii Abrae amicti sunt stercore morientes pre fame et
domus tua plena est multis bonis. z non egreditur ex ea omnino
aliquid ad eos. impossibile enim est implere predictum manda/
tum z esse diuitem et maxime habere tantas possessiones. Et hoc
idem confirmatur per Dieroni. qui dicit super Math. Mentitur
adolescens. Si enim quod posituz est in mandatis diliges proxi
mum tuum sicut te ipsum opere ꝯpleuisset, quomodo postea au/
diens vende omnia que habes et da pauperibus tristis abiisset.
Sed quia Criso. z alii expositores dicunt adolescentem illuz non
fuisse mentitum vtrunqz saluari potest. nam hoc preceptum. Di/
liges proximum tuum sicut te ipsum. dupliciter potest obseruari.
Uno modo imperfecte vt scz aliquis non faciat contra proximuz
quod non vult sibi fieri. z vt sine detrimento proximo subueniat
Alio modo vt scz ad subueniendum necessitatibus proximoruz
corporalibus ita se habeat sicut ad subueniendum necessitatibus
propriis. hoc enim modo non implet hoc preceptuz qui cuz mul
tas diuicias habeat sibi eas reseruat permittens proximum egere
Consilia autem ad hoc ordinantur vt precepta perfectius custo/
diantur. Et ideo dominus obseruanti precepta imperfecte superad
dit consilia per que precepta perfectius obseruentur. Ad secū
dum dicendum q perfectio vite in preceptis secundum q sunt ō
interioribus virtutum actibus consistit essentialiter. Nam caritas
est vinculum perfectionis sicut aplus dicit ad Col. 3. Et ideo cuz
dominus precepta caritatis posuisset Math. 5. subiungit. Estote

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA

ergo perfecti. Sed in consiliis que sunt de quibusdaz exteriorib⁹ actibus consistit perfectio instrumentaliter. quia scilicet huiusmodi consilia sunt quasi quedam instrumenta per que facilius ad ꝑfectionem perueniatur. Unde in collationibus patrum dicitur. Jeiunia. vigilie. meditatio scripturarum. nuditas ac priuatio omnium facultatum non perfectio sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in ipsis consistit discipline illius finis sed per illa peruenitur ad finem. Et Augustinus dicit in libro de perfectione iustitie. Sic audiamus precepta perfectionis ne currere negligam⁹ ad perfectionem caritatis. Et Hieronimus super Matheum dicit exponens illud. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Quia inquit non sufficit tantum reliquere nisi quod perfectum est et secuti sumus te. quid ergo erit nobis. quasi diceret. fecimus quod iussisti quid ergo tabis premii. Precepta ergo imperfecta obseruata pertinent ad communem iusticiam. sed perfectio vite consistit in ipsa plena obseruantia preceptorum. Ad tertium dicendum ꝙ aliquid ad finem ordinatur dupliciter. Uno modo vt necessarium ad finem sine quo finis esse non potest. sicut cibus ad vitam corporis obseruandam. Alio modo sicut necessarium ad finem sine quo ad finem non ita bene peruenire potest. sicut equus ordinatur ad iter. non quia sine equo aliquis ire nõ possit sed quia in equo melius vadit. Similiter ei consilia ordinantur ad precepta non qz sine consiliis precepta obseruari non possint et quantum ad interiores actus ꝛ quantum ad exteriores Nam Abraam qui et coniugio et diuitiis vtebatur fuit coram deo perfectus secundum illud Gen. 17. Ambula coram me ꝛ esto perfectus. Sed quia per consilia facilius et expeditius ad perfectam preceptorum obseruantiam peruenitur. Ad quartum dicendum ꝙ Augustinus in verbis illis intendit excludere quorundã dictum qui credebant virginitatem esse necessariam solum ad carendum tribulatione corporis que in matrimonio sustinetur. obseruatio autem preceptorum et si in hoc seculo fiat non tamen pertinet ad hoc seculum sed futuro seculo coniungit. Ad quintum dicendum ꝙ precepta pertinent et ad actiuam et contemplatiuam vitam. Consilia vero sunt instrumenta contemplatiue vite. Sed ibi precessit mentio de preceptis ordinantibus ad proximum que pertinent ad vitam actiuam. Ad sextum dicendum ꝙ etiam in ipso exercitio preceptorum contingit inueniri differentiam perfetionis ꝛ imperfectionis. Unde non potest dici ꝙ numerus quinquz milium pertineat ad precepta. et numerus quatuor milium ad consilia. Sed primum pertinet ad imperfectam obseruantiam preceptorum qualis etiam in seculari vita interdũ habetur. Secundum vero pertinet ad perfectam obseruantiam preceptorum ad quam ordinantur consilia. Nec tamen quia primo dominus posuit quinquz milia ꝑ quatuor milia oportet ꝙ aliquis prius exerceatur in vita seculari ꝑ transeat ad religionem quia etiam religionem intrantes non statim perfectionem adipiscuntur sed ad perfectionem assequendam se exercitant sicut et intrantes scolas loyce non statim efficiuntur loyci sed ad hoc se exercitant. Unde et religio quedam perfectionis scola est. Ad septimum dicendum ꝙ exempla que traduntur in euangelio sunt exempla Christi que pertinent non solum ad consilia sed etiam ad perfectam obseruantiam preceptorum. Unde et ibidem subdit exempla vt hic. Discite a me quia mitis sum et humilis corde.

Ad octauum dicendum ꝙ caritas habet multos gradus. Nã primo est caritas incipiens et postea proficiens et vltimo perfecta. vnde caritas in spirituali vita et est principium et finis.

Ad nonum dicendum ꝙ obseruatio consiliorum est difficilior ꝑ obseruatio preceptorum quantum ad exteriores actus. tamen obseruatio preceptorum perfecta quantum ad interiores actus est longe difficilior. Difficilius enim est deponere animi cupiditates ꝑ possessiones et tamen difficilius est obseruare exteriores actus preceptorum sine consiliis ꝑ cum consiliis sicut ex premissis patet. Ad decimum dicendum ꝙ incipientes sunt in ordine instruendorum ab aliis. et ideo ex precepto mouentur ad aliquid faciendum tam in vita seculari ꝑ in religione. sed quando iam perficiuntur operantur ab interiori habitu quasi ex seipsis non solum consilia sed etiam precepta. Ad vndecimum dicendum ꝙ sicut dictum est caritas et est principium spiritualis vite et finis. et ideo et ipsa precedit inchoata tanꝙ de esse existens spiritualis vite et ipsa sequitur ꝛtanquaz pertinẽs ad perfectum esse spiritualis vite. et tamen ea que sunt de bene esse ordinantur ad conseruationem eorum que sunt de esse rei. Ad duodecimum dicendum ꝙ etiam in disciplinis prius addiscuntur ea ꝑ que alia perfectius intelliguntur quãuis illa facili⁹ sit intelligere vel habere secundum communem modum. sicut facilius est scire

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

argumentari eo modo quo etiã ydeote vtuntur dyaletica quadã ꝙ scire regulas loyce. ⁊ tamen preaddiscuntur regule loyce ad hoc ꝙ aliquis perfectius argumentari valeat ꝙ ꝯmuniter ydeote argumentantur. ⁊ similiter facilius est obseruare precepta secundum imperfectum modum ꝙ obseruare consilia. ⁊ tamen qui tendunt ad perfectam preceptorum obseruationem oportet ꝙ incipiant a consiliis sicut a quibusdam instrumentis. Ad decimumtertium dicendum ꝙ illa que ibi dominus superaddit non sunt consilia sed precepta vt patet ex ipsis verbis domini que ibi ponuntur Tum etiaꝫ ex expositione Aug. in li. de sermone domini in monte. Ad decimumquartum dicenduꝫ ꝙ obseruantia preceptorum secundum imperfectum modum est minimum in vita spirituali. sed est maximuꝫ si obseruetur perfecte. Ad decimumquintum dicendum ꝙ perfectiora euangelii non soluꝫ sunt consilia sꝫ etiam precepta vt ex dictis patet. Ad decimumsextum dicendum ꝙ illud a quo conuertitur consequentia essendi et si sit prius natura quodammodo non tamẽ oportet ꝙ semper sit prius tempore. Non enim in angelis viuere precedit intelligere quãuis nõ omne viuens intelligens sit. quia statim a principio angeli vitam perfectam habent que est intellectualis. Et similiter qui volunt plenius precepta custodire statim a principio consilia assumere ꝺbent. licet non omnes obseruantes precepta obseruent consilia.

Incipit quodlibet quintum

Quesitum est de deo ⁊ angelis ⁊ hominibus. De deo q̃situm est ⁊ quantum ad naturam diuinam ⁊ quantuꝫ ad naturam assumptam. Quantum ad naturam diuinam quesitum est ⁊ de scientia ⁊ de potentia dei. Circa scientiam dei quesita sunt duo. Primo vtrum deus sciat primum instans in quo potuit creare mundum. Secundo vtrum presciti a deo possint demereri.

Articulus primus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ deus sciat primuꝫ instans in quo potuit mundum creare. Deus eniꝫ potuit creare mundum anteꝙ creauerit. non autem potuit creare ipsum in infinitum ante. quia sic esset ei coeternus. ergo est dare aliquod instans in quo primo potuit creare munduꝫ. Sed deus sua scientia totum comprehendit. ergo deus scit primuꝫ instans in quo potuit

creare mundum. Sed contra. Deus nihil scit qꝛ eius omnipotentie preiudicet. preiudicaret autem eius omnipotentie si esset aliquod instans in quo primo potuit creare munduꝫ qꝛ sic eius potentia ad illud instans limitaretur. g° deus nescit primum instãs in quo potuit creare munduꝫ. R° dicenduꝫ ꝙ dupliciter dicit aliquid fieri in aliqua mensura loci vl temporis. Uno modo presupposita ipsa mensura. ⁊ sic particulares effectus producuntur a deo vel ab aliis agentibus in loco vel tempore. Alio modo vt simul cum eo quod fit producatur mensura loci vel tẽporis. Et hoc modo mundus a deo in esse producitur non quidem quasi in aliquo loco vel tempore preexistente. sed quia simul cum mundo et locus ⁊ tempus producitur. Unde aliter est intelligendum cuꝫ dicitur ꝙ deus potuit facere aliquem particularem effectum. puta equum vel hominem anteꝙ fecerit vel etiam alibi ꝙ fecerit. ⁊ aliter cum hoc de mundo dicitur. Nam cuꝫ de homine vel equo hoc dicitur signatur aliquod tempus vl locus aliquis esse in quo homo a deo fieri potuerit. Sed cum hoc mundo dicitur non signat ꝙ sit aliquod tempus ante mundum nec aliquis locus extra ipm sed significatur ꝙ deus potuit mensuram loci aut temporis mũdi facere maiorem. Si ergo queratur vtrum potuerit mundum facere in infinitum anteꝙ fecerit. Si hoc quidem referatur ad potentiam facientis manifestum est ꝙ in infinitum ante facere potuit. Dei enim potentia est eterna cui nihil accrescere potuit vt inciperet quandoqꝫ facere mundum cuꝫ prius non potuerit. Si vero referatur ad ipsum mundum sic non potuit fieri vt esset semper supposita catholice fidei veritate que habet mundum quandoqꝫ nõ fuisse. Sicut enim deus non potest facere vt quod fuit non facerẽ vt infra dicetur. ita non potest facere vt quod fuit quandoqꝫ nũ ꝙ non fuerit. Secunduꝫ hunc ergo sensum dicitur ꝙ deus nõ potuit mundum facere in infinitum anteꝙ faceret. Sed adhuc intelligendum ẽ ꝙ infinitum dicitur dupliciter. Uno modo in actu ⁊ sic dicitur secundum modum predictum ꝙ deus non potuit facere mundum in infinitum anteꝙ fecerit id est ꝙ duratio mundi in infinitum ante precesserit. Alio modo dicitur infinitum secundum potentiam. ⁊ sic potuit deus in infinituꝫ mundum facere anteꝙ fecerit quia quantumcunqꝫ ante detur eum fecisse adhuc potuit eum prius facere. Et sic non est dare primum instans in quo deus potuit facere mundum. Est autem dare primum instans in quo fecerit: sicut etiam est dare supremum vbi vsquequo deus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mundum fecerit. non tamen est dare supremum vltra quod facere non potuerit. Et sic patet q̄ questio cessat.

Articulus secundus

D secundum sic proceditur. Videtur q̄ presciti a deo nō possint demereri. Sicut enim aliqui sunt electi a deo ab eterno ad graciam habendam. ita etiam aliqui sunt presciti a deo ad hoc q̄ sue nature relinquantur. Sed naturalibus nō meremur neq3 demeremur g⁹ presciti a deo nō demerētur. Sz ꝓtra. Null⁹ damnatur a deo nisi propter demeritum cum deus sit iudex iustus Sed presciti damnantur a deo. ergo demerentur. Rn.⁹ dicendum q̄ scientia dei comparatur ad res creatas sicut ars ad artificiata. Unde sicut ars non solum est cognoscitiua sed factiua eorum que secundum artem fiunt. Eorum vero que ab artis regulis deuiantur est cognoscitiua ita etiam scientia dei est factiua et cognoscitiua omnium bonorum. malorum vero siue peccatorum que sunt deuiationes quedam ab eterna lege ipsius. scientia dei est cognitiua non autem causatiua. Et sic patet q̄ boni qui p̄ graciam iustificantur non solum sunt a deo ab eterno precogniti sed etiam electi ad graciam habendam. peccatores autem qui non iustificantur per graciam non sunt electi vel preordinati a deo ad culpam sed solum presciti q̄ non sint graciam habituri sed sue nature sint relinquendi. Quia vero omne agens potest in id quod est infra se. non autem in id quod est supra se natura sibi relicta non potest in actum meritorium qui est supra facultatem nature. Potest autem in actum peccati qui est demeritorius sicut in aliquid infra naturam humanam existens. homo enim peccando descendit a dignitate sue nature. ⁊ sic patet q̄ presciti possunt demereri Ad primum ergo dicendum q̄ hoc q̄ dicitur q̄ naturalibus non meremur neq3 demeremur potest intelligi dupliciter Uno modo sic q̄ naturalia ipsa non merita vel demerita. ⁊ sic verum est quia merita sunt supra naturam. demerita sunt contra naturam. Alio modo potest intelligi sic q̄ naturalia non sint principia merendi vel demerendi. ⁊ sic falsum est. Naturalia enim adiuta per graciam sunt principia merendi. sibi autem relicta possunt esse principia demerendi vt dictum est.

Finde circa potentiam quelita sunt duo. Primo vtrum deus possit virginem corruptam reparare. Secundo vtrum deus possit peccare si vult.

Articulus tertius

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ deus possit virginē reparare. Ad omnipotentiam enim dei pertinet q̄ nō sit impossibile apud eum omne verbum vt dicitur Luce. 1. Sed h⁹ est quoddam verbum virginem reparare post lapsum. ergo deus potest virginem reparare post lapsum Sz contra est qđ Dier. dicit. Cum deus cetera possit non potest reparare virginem post ruinam ⁊ habetur ī decretis. 32. q. 5. Rn.⁹ dō q̄ in virginitate duo possumus considerare. quorum vnum est ipsa integritas mētis ⁊ corporis. Et sic deus virginem potest reparare post ruinam. Potest enim mentem reintegrare per graciā ⁊ corpus consolidare per miraculum. Alia autem est causa integritatis predicte. q̄ sc3 mulier virgo non fuit cognita viro. Et quantum ad hoc deus nō potest virginem post ruinam reparare. Non enim potest facere vt iam ea que est cognita a viro non fuerit cognita: sicut nec de aliquo quod factum est potest facere qđ factum non fuerit. Potentia enim dei se extendit ad totum ens. Unde solum id a dei potētia excluditur quod repugnat rationi entis. Et hoc est simul esse ⁊ non esse. ⁊ eiusdem rationis est quod fuit non fuisse. Uñ Aug. dicit. 26. ꝓtra Faustu3. Quisquis dicit. si oīpotens ē deus faciat vt ea q̄ facta sunt facta nō fuerint. nō videt se hoc dicere. facit vt ea q̄ vera sunt eo ipso quo vera sunt falsa sint. Ad pri⁹ ergo dō q̄ cū ꝟbu3 sit ꝺcept⁹ mētis nihil qđ ꝺtradictionē iplicat ꝟbō dici pōt q̄ nō cadit in ꝺceptu mentis vt probatur in. 4. metha.

Articulus quartus

D secundum sic proceditur. Uidetur q̄ hec sit falsa. deus potest peccare si vult. De quocunq3 enim3 possum dicere q̄ homo potest facere si vult potest etiam dici simpliciter q̄ hō potest facere illud. Si g⁹ hec propositio ē ꝟa. Deus pōt peccare si vult. sequit q̄ hec sit ꝟa. Deus pōt peccare. sz hoc ē erroneū. g⁹ ⁊ pri⁹.

Sed contra. Quicunq3 vult peccare peccat. sed sequitur si deus peccat pōt peccare. g⁹ sequitur si vult pōt peccare. Rn.⁹ dō q̄ hec ꝺiunctio si ordinē quendam importat. pōt aūt in ꝓposito duplicē ordinē importare. Uno quidē mō ordinē cause siue principii. ⁊ hoc mō ꝓpositio falsa ē. voluntas enim3 dei ē principium ⁊ causa respectu creaturarum non autem respectu eorum que pertinent ad diuinam naturam. Unde non dicimus q̄ pater genuerit filium voluntate sz naturaliter vt patet per Dyō. in libro de syno.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

Potentia autem dei ad ipsam naturam diuinam pertinet. Und hoc ipsum quod est posse peccare non est subiectum diuine volun tati. alioquin voluntas dei esset principium immutationis diuine nature quod est impossibile. Alio modo potest importare ordinē consequentie et sic hec locutio est vera. Si deus vult peccare po test peccare. Sequitur enim sine conditione si argumentamur ex impossibili posito. deus vult peccare ergo potest peccare. O mnia enim que vult potest sed non econuerso. Ad primum ergo di cendum q̄ cum dicitur. Si homo vult currere potest currere ante cedens est possibile. et ideo consequens est simpliciter possibile. Sed cum dicitur sic. Si deus vult peccare potest peccare. antece dens est impossibile. vnde nihil prohibet conditionem esse verā consequente existente impossibili.

Eunde quantum ad naturaz assumptaz quesita sunt duo Primo vtrum totus sanguis quem Christus in sua passi one effudit in resurrectione ad corpus eius redierit. Secundo in quo Christus nobis magis signum dilectionis exhibuerit vtr̄z in hoc q̄ xp̄us passus est pro nobis. vel in hoc q̄ corpus suum de dit nobis sub sacramento in cibum.

Articulus quintus

D primum sic procedebatur. Uidetur q̄ totus sanguis xp̄i qui est in passione eius effusus ad corpus eius in re surrectione redierit. Resurrectio enim nostra conformis erit resur rectioni xp̄i secundum illud ad Phil.3° Reformabit corpus hu militatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Sed ad cor pus nostrum in resurrectione redibit totum quod fuit de veritate humane nature. Sanguis autem xp̄i in passione effusus fuit de veritate humane nature. z sacer dicitur secundum illud. Quem sa cer cruor perunxit fusus agni corpore. ergo videtur q̄ ille sanguis xp̄i in passione effusus in resurrectione ad corpus eius redierit.

Preterea verbum dei nunquaz deposuit quod in nostra natu ra assumpsit partibus humane nature abinuicem in passione se paratis. Sed verbum dei assumpsit in natura nostra non solum corpus sed etiam sanguinez. ergo sanguis ille nunq̄ fuit a verbo depositus. rediit ergo ad ipsuz in resurrectione. Sz̄ contra ē q̄ in aliquibus ecclesiis sanguis xp̄i vsqz hodie dr̄ seruari. R.° dd q̄ in resurrectione tam xp̄i q̄ nostra totum quod fuit de veritate humane nature reparabitur. non autez illa q̄ de veritate humane

nature non fuerunt. et quāuis circa ea que sunt de veritate hu mane nature sit diuersa diuersorum opinio secundum quālibet opinionem non totus sanguis nutrimentalis. i. qui ex cibis ge neratur pertinet ad veritatē humane nature. Cum ergo xp̄s ante passionem comederit z biberit nihil prohibet in eo fuisse aliquez sanguinem nutrimentalem qui ad veritatem humane nature nō pertineret z quem non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire. Sed q̄ specialiter fit questio de sanguine in passione effu so pro redemptione humani generis de hoc magis dicendum vi detur q̄ totus in resurrectione ad corpus xp̄i redierit triplici rati one. quarum prima accipi potest ex etate xp̄i patientis. Passus ē enim in perfectissima etate in qua maxime ea que in homine in ueniuntur ad veritatem humane nature pertinere videntur tanq̄ ad maximaz perfectionem adducta. Secunda sumitur ex merito passionis. Si enim sanctorum martirum ille partes in quib⁹ pas sionem pro xp̄o sustinuerunt quendam priuilegiatum fulgorē in resurrectione habebunt vt Aug. dicit. z1. de ciui. dei. ergo multo magis sanguis xp̄i quem pro salute humani generis effudit ad gloriosam resurrectionem reparatus est. Tercia ratio potest sumi ex ipsa virtute passionis. Sanguis enim ille in passione effusus humanum genus sanctificauit secundum illud ad Heb. vltimo. Ihesus vt sanctificaret per sanguinem suum populum extra por ta passus est. Humanitas autem xp̄i salutiferam virtutem ha buit ex virtute verbi sibi uniti. vt Dam. dicit in. 3°lo. Unde ma nifestum est q̄ sanguis in passione effusus qui maxime fuit salu bris fuit diuinitati vnitus. Et ideo oportuit q̄ in resurrectione ill̄ geretur aliis humanitatis partibus. Sanguis autem xp̄i qui in quibusdam ecclesiis ostenditur dicitur ex quadam ymagine xp̄i percussa miraculose fluxisse. Uel etiam alia ex corpore xp̄i. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus sextus

Dsecundum sic procedtur. Uidetur q̄ xp̄us maius dilec tionis signum nobis ostendit tradendo corpus suum in ci bum q̄ patiendo pro nobis. Caritas enim patrie perfectior est q̄ caritas vie. Sed beneficium illud quo nobis xp̄us contulit cor pus suum dans nobis in cibus magis assimilatur caritati patrie in qua plene fruemur deo. Passio autem quaz pro nobis subiit magis assimilatur caritati vie in qua nobis pro christo imminet

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

patiendum. ergo maius est dilectionis signum ꝙ xp̄us corpus suum tradidit nobis in cibum ꝙ ꝙ Christus passus est pro nobis.

Sed contra est quod dicitur Johan. 15. Maiorem caritatez nemo habet ꝙ vt animam suaz ponat quis pro amicis suis. Responsio dicendum ꝙ illud quod est potissimum in vnoquoqz genere est mensura omnium eorum que sunt illius generis vt patet per philo. in. io. metha. Potissimum autem in genere amoris hominum est amor quo quis amat se ipsum. Et ideo ex hoc amore necesse est mensuraz accipere omnis amoris quo quis aliuz amat Unde ⁊ in. 9. ethi. phūs dicit. Qz amicabilia que sunt ad alteruz venerunt ex amicabilibus que sunt ad se ipsum. Pertinet autem ad amorem quo quis amat seipsum vt velit sibi bonum. vñ tanto aliquis alium magis amare probatur quanto magis bonum quod sibi vult propter amicum pretermittit secundum illud Prouer. 12. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. Vult autem homo sibi triplex bonum particulare que sunt. anima. corpus. ⁊ res exteriores. Est ergo aliquod signuz amoris qđ aliquis in rebus exterioribus propter alium detrimentum patiatur. maiꝰ autem amoris signum si etiam corporis proprii detrimentum patiatur vel labores vel verbera pro amico sumendo. maximum autem dilictionis signum si etiam animam suaz deponere velit pro amico moriendo. Qz ergo xp̄us pro nobis patiendo animam suam posuit maximum fuit dilectionis signum. Qz autem corpꝰ suum dedit in cibū sub sacramento ad nullum detrimentum ipsius pertinet. vnde patet ꝙ primum est maius dilectionis signum. vnde ⁊ hoc sacramentum est memoriale quoddaz ⁊ figura passionis xp̄i. Veritas autez preeminet figure ⁊ res memoriali. Ad primum ergo dicendum ꝙ exhibitio corporis xp̄i in sacramento habet quidem figuram quandaz caritatis qua diligit nos deus in patria. sed passio eius pertinet ad ipsam dei dilectionem nos a ꝑditione ad patriam reuocantem. dilectio autem dei non est maior in patria ꝙ sit in presenti.

Articulus septimus

Einde circa angelos quesitum est vnum. s. vtrum Lucifer sit subiectum eui. Et videtur ꝙ sic. Sicut subiectum temporis est primum temporale simplicissimum. ita subiectum eui videtur esse simplicissimum euiternum. hoc autem est Lucifer qui inter angelos supremus fuit secundum suam naturam creatus. Euum

autem non respondet gracie sed nature alioquin corpora celestia que non sunt susceptiua gracie euo mensurari non possent. Cum ergo dona naturalia integra remanserint in demonibus post peccatum sicut Dio. dicit. 4. c. de diui. nomi. videtur ꝙ euum sit in Lucifero sicut in subiecto. Sed contra. Euum est quedam eternitatis participatio. Sed angeli beati magis sunt in participatōne eternitatis ꝙ Lucifer qui est beatitudinis expers. ergo Lucifer non est subiectum eui sed magis supremus beatorum angelorum

R.º dicendum ꝙ ex ignorantia lingue grece prouenit ꝙ communiter apud multos euum ab eternitate distinguitur ac si distingueretur antropos ab homine. Qđ enim in greco dicitur euon in latino dicitur eternitas. Et sic etiam Dio. io. c. de diui. nomi. pro eodem vtitur eternitate ⁊ euo. Sed quia nominibus vtendum est vt plures si vtrunqz distinguamus ab inuicem euum nihil aliud erit ꝙ eternitatis participatio vt scilicet essentialis eternitas ipsi deo attribuatur. euum autez participata eternitas substantiis spiritualibus que sunt supra tempus. Quia vero id quod per essentiam dicitur semper est mensura ipsius quod dicitur per participationem potest dici ꝙ prima mensura omnium euiternorum ē ipsa dei eternitas. sicut etiam substantia dei est mensura omnis substātie vt dicit commentator in. io. metha. Si quis tamen velit accipere mensuram homogeneam id est eiusdem generis. Dicit quidam ꝙ non est vna mensura communis sed quodlibet euiternuz habet suum euum. Sed hi propriam vocem ignorant. Sic enim esset verum quod dicunt si omnia euiterna essent equalia. Sic. n. vnum eorum non esset mensura alterius. Hoc autem non est verum quia in angelis est accipere primum medium ⁊ vltimum nō solum secundum diuersas ierarchias ⁊ ordines sed etiam secūduz diuersos angelos in eodem ordine vt patet per Dio. io. c. celes. ier. Et quia semper illud quod est simplicissimuz est mensura in quolibet genere. sicut dicitur in. io. metha. Ideo necesse est vt duratio simplicissimi euiterni sit euuz oīm euiternoꝝ. ⁊ ita simplicissimuz euiternuz ē subiectuz eui. Sz attendenduz ꝙ substātie spirituales mēsurant' euo ñ solū quātuz ad eaꝝ substātiaz sz etiā quātū ad eaꝝ ꝓpriaz opationē. vñ i li. de causis đr. ꝙ sūt in momēto eternitat' sz⁹ subāz ⁊ opatōez. ⁊ sic oz ꝙ ille āgelꝰ qui ē subiectū eui sit simplicissimꝰ ñ solū quātū ad eēntiaz sz etiā quātū ad opationez. Tal' aūt ē sup̄mꝰ oīm angeloꝝ cꝰ opatō maxime ē ī vno qđ ē deꝰ vnita. vñ sup̄mꝰ oīm āgeloꝝ ē subiectū eui nō aūt lucifer.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ad primum ergo dicendum ꝙ aliqui posuerunt Luciferum non fuisse supremum angelorum. Sed sicut Damas. dicit fuit primus eorum qui preerant ordini terrestri. Si vero concedamus secundum Grego. ꝙ fuerit supremus omnium tunc dicendum ē ꝙ sua operatio auersa est ab vno primo ⁊ conuersa ad multitudinē inferiorum rerum quarum primatum appetit. Et secundum hoc demones decidunt a summa simplicitate eui. vnde Dio. dicit. 4. c. de diuinis nomi. Qꝛ demones dicuntur mali propter hoc ꝙ̄ infirmantur circa operationem naturalem.

Einde quesitum est de dominibus. Et primo quantuꝫ ad ea que possunt omnibus esse continua. Secundo quantum ad ea que pertinent ad quosdam horuꝫ status. Circa communia vero quesitum est quadrupliciter. Primo quidem de his que pertinent ad naturam hominis. Secundo de his que pertinent ad sacramenta. Tertio de his que pertinent ad virtutes. Quarto de his que pertinent ad precepta. Circa primum quesita sunt tria. Primo quantum ad personas hominum vtrum scꝫ si Adam non peccasset idem homines numero saluarentur qui nunc saluantur. Secundo quantum ad intellectuꝫ vtrum scꝫ verbum cordis sit species intelligibilis. Tertio quantum ad voluntatem vtrum scꝫ ea que per timorem fiunt sint voluntaria.

Articulus octauus

Ad primum sic proceditur. Uidetur ꝙ si Adam non peccasset non idem homines numero saluarētur qui nunc saluantur. Si eniꝫ Adam non peccasset soli electi nascerentur. ergo non fuissent nati illi peccatores qui finaliter sunt reprobati. ⁊ per consequens nec eorum filii. quia si non sunt idem patres consequens est neqꝫ filios esse eosdem. multi autem nunc saluantur ex reprobis parentibus nati. ergo si Adam non peccasset non ideꝫ saluarentur qui nunc saluantur. Preterea secundum philo. semen est superfluum alimenti. sed aliis cibis homo vsus fuisset in paradiso si non peccasset ab his quibus nunc vtitur. ergo aliud fuisset semen ⁊ per consequens alii filii. Sed contra est quod Grego. dicit. 4. moral. Si primum parentem nulla putredo peccati corrumperet nequaq̄ ex se filios iehenne generaret. Sed hi qui nunc per redemptorem saluandi sunt soli ab eo electi nascerentur. R.º dicendum ꝙ cum in generatione hominis sicut ⁊ aliorum animaliuꝫ semen patris sit agens materia vero a matre

ministrata sit sicut patiens ex quo corpus humanum formatur: impossibile est eundem filiuꝫ nasci siue sit alius pater siue sit alia mater. sicut etiam non est idem numero sigillum siue sit alia cera siue sit aliud corpus sigilli ex cuius impressione cera sigillatur. Et quāuis superfluum alimenti sit semen secundum philo. diuersitas tamen alimentoruꝫ non sufficeret ad diuersificandum filios qui ex semine nascuntur quia ex illis cibis non sumitur semē nisi quatenus aliqualiter in substantiam parentuꝫ conuertuntur. Dicunt quidam sequentes Ansel. Qꝛ si homo non peccasset in illa prima temptatione statim confirmatus fuisset ⁊ ipse ⁊ omnes qui ab eo nascerentur ita ꝙ omnes qui nascerentur fuissent electi. Unde cum nunc multi qui saluantur ex peccatoribus nascuntur sicut in obiciendo tangebatur consequens est ꝙ essent alii parentes saluandorum ⁊ per consequens alii filii. Sed hec positio non videtur esse vera. quia secundum Aug. 14. de ci. dei. Statꝰ corporis in homine proportionabiliter respōdet statui anime. Quādiu ergo homo habuit corpus animale potens mori ⁊ non mori indigens alimentis tamdiu habuit animam potentem peccare ⁊ non peccare. Habuit autem corpus animale quādiu fuit in statu generandi qđ etiam fuisset si post illam primam temptationeꝫ non peccasset. Et ideo possibile fuisset si primus homo tunc non peccasset ꝙ etiam ipse vel eius posteri postmodum peccarent. vt Hugo de sancto vic. dicit. Unde ex hoc non sequitur parentum diuersitas ꝙ nunc sunt aliqui peccatores tunc autem non essent sed est aliud vnde necesse est ponere diuersitatem parentum quia in primo statu vnus homo non habuisset plures vxores nec etiā aliqui ex fornicatione vel adulterio nascerentur. qđ nunc contingit etiam in his qui saluantur. multi enim filii vnius parentis ex pluribus vxoribꝰ nati saluantur. sicut patet de filiis Jacob. Multi etiam ex fornicatione vel adulterio nati alioquin eis frustra sacramenta salutis adhiberentur. Unde relinquitur ꝙ aliqui nūc saluantur, qui si primus homo non peccasset non nascerentur ⁊ ꝑ consequens non saluarentur. nec tamen dei predestinatio falleretur. qꝛ deus predestinauit homines habens scientiam futuri euētus. Qđ vero Grego. dicit. ꝙ si primus homo non peccasset nequaq̄ ex se filios iehenne generaret indubitanter verum est. Non enim in filios transfunderet peccatum originale secunduꝫ ꝙ homines filii ire nascuntur. qđ autem subdit ꝙ hi soli qui nunc saluandi sunt nascerentur. intelligendum est ꝙ pronomen facit sim

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

plicem demonstrationez. quia sez soli electi nascerentur quantuz est ex ratione originis non autem demonstrationem personalem quia alie persone essent hominum qui saluarentur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus nonus

D secundum sic procedebatur. Uidetur q verbum cordis sit species intelligibilis. Uerbum enim cordis est quo intellectus videt. hoc autem est species intelligibilis. ergo verbum cordis est species intelligibilis. Preterea cognitio intellectiua a sensu oritur. Sed illud qđ sensus sentit est species sensibilis. ergo verbum cordis quo intellectus intelligit est species intelligibilis.

Sed contra. Uerbum cordis interius est qđ exterior verbo significatur. Sed verbum exterius non significat speciem intelligibilem. ergo verbum interius non ē ipsa species intelligibilis. Rō dicendum q secundum Aug. 15. de tri. Uerbum cordis importat quoddam procedens a mente siue ab intellectu. Procedit autez aliquid ab intellectu inquantum est constitutum per operationez ipsius. Est autem duplex operatio intellectus secundum philo. in 3° de anima. Una quidem que vocatur indiuisibilium intelligẽtia per quaz intellectus format in se ipso diffinitionem vel ꝯceptum alicuius incõplexi. Alia autem operatio est intellectus componentis z diuidentis secundum quaz format enunciationez. Et vtrũqz istorum per operationem intellectus constitutorum vocat verbum cordis quorum primum significatur per terminum incõplexum. secundum vero significatur per orationem. manifestum ē autem q omnis operatio intellectus procedit ab eo secunduz qđ est factus in actu per speciez intelligibilem. quia nihil operat nisi secundum q est actu. Uñ necesse est q species intelligibilis que ē principium operationis intellectualis differat a verbo cordis qđ per operationem intellectus formatur q̃uis ipsum verbum possit dici forma vel species intelligibilis sed, sicut per intellectum cõstituta prout sicut forma artis q̃ intellectus adinuenit dicitur quedam species intelligibilis. Ad primuz g° dđ q intellect⁹ intelligit aliquid dupliciter. Uno° formaliter. z sic intelligit specie intelligibili qua fit in actu. Alio° sicut instrumento quo vtitur ad aliud intelligendum. z hoc mõ intellectus verbo intelligit qz format verbuz ad hoc q intelligat; rez. Ad z° dđ q, cognitio sensus exterioris perficitur per solam imutationem sensus a sensibili.

Unde per formaz que sibi a sensibili imprimitur sentit. non autẽ ipse sensus exterior format sibi aliquã formaz sensibilem. hº autẽ facit vtus ymaginatiua cº forma quodãmõ sile ẽ vbũ intellectus

Articulus decimus

D tertium sic proceditur. Uidetur q ea que fiunt ex timore non sint voluntaria. Necessitas enim voluntati contrariatur vt dicitur in. 5. metha. Sed ea que fiunt ex timore dicuntur ex necessitate fieri. non ergo sunt voluntaria. Sed contra. Omne qđ quis operatur propter finem est voluntarium. Sed ea que quis operatur ex timore operatur propter finem sez ad vitandum malum qđ timet. sicut qui proicit merces in mari vitat subuersionem nauis. ergo hmõi sunt voluntaria. Rº. dđ q cum bonũ sit voluntatis obiectum hoc modo se habet aliquid ad hoc q sit voluntarium quo modo se habet ad hoc q sit bonum. Contingit autem aliquid in vniuersali consideratum esse bonum. qđ tamen secundum aliquas particulares circumstantias redditur malum sicut generare filios ē bonũ sz gñare filios ex ñ sua ē malũ. z similiter ꝯtingit aliquid in vniuersali consideratũ esse malũ. qđ tamen sz⁹ aliquas particulares circumstantias fit bonum. sicut occidere secundum se est malum sed occidere hominem pernitiosum multitudini ē bonũ. z qz actiões circa singularia iudicant b ñ vel male z p ꝯñs voluntarie vel inuolũtarie simplr quidez ꝯsiderat singularib⁹ circũstãtiis. sz⁹ quid aũt sz⁹ q in vli ꝯsiderant. ea vo q ex timore fiunt in vli quidẽ ꝯsiderata sunt mala z inuoluntaria. sz si ꝯsiderent sz⁹ singularia q̃ circũstant sic sunt bona z volũtaria. sicut picere merces i mari sz⁹ se ꝯsideratũ ē malũ z ñ volũtariũ. sz i tali casu ē bonũ z volũtariũ. vñ z phũs dicit in. 3. ethi. Qz hmõi mixta sũt ex volũtario z inuolũtario. simplr aũt sũt volũtaria. sz⁹ q̃d aũt inuolũtaria z ex necessitate facti. z p hº pz mõsio ad obiecta

Einde circa sacramẽta quesitum est. Primo de sacramẽto eucaristie. Secundo de sacramento penitentie. Tertio de sacramento matrimonii. Circa eucaristiam quesita sunt duo. Primo vtr forma panis annihiletur. Secundo vtr sacerdos dare debeat hostiam nõ ꝯsecratam peccatori occulto hoc petenti.

Articulus vndecimus

D p⁹ sic, pcedit. videt q forma panis i sacramẽto eucaristie ãnihilet. Illđ. n. ãnihilari videt qđ dsinit eẽ z i nihil ꝯuertit sz forma panis facta ꝯsecratõe desinit eẽ nec ē dare i qđ ꝯuertat.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Non enim conuertitur in materiā corporis xp̄i nec etiā in formā eius que est anima. alioquin anima esset ibi ex vi sacramenti. ergo forma panis annihilatur. Preterea Aug. dicit sup illud Jo. 17. Clarifica me pater ꝛc̄. Si humana natura conuertitur in verbū si diligentius cogitamus homo periret in deo. Sed illud annihilari dicitur quod perit. g⁹ si panis conuertitur in corpus xp̄i videtur q̄ annihiletur. Sed contra est. quia sicut Aug. dicit libro. 83. q. Deus non est actor tendendi in non esse. Est autem actor sacramenti eucaristie. ergo in illo sacramento nihil annihilat.

R̄. ⁹ dicendum q̄ annihilatio quendaꝫ motuꝫ importat. Omnis autem motus denominatur a termino ad quem. Unde terminus annihilationis est nihil. Consecratio autem panis in sacramento eucaristie non terminatur ad nihil sed ad corpus xp̄i. alioquin non esset dare quomodo corpus xp̄i incipiat esse sub sacramento. Non enim incipit ibi esse per motum localem alioquī desineret esse in celo. relinquitur ergo q̄ in consecratione panis nō est aliqua annihilatio sed transubstantiatio panis in corpus xp̄i

Ad primum ergo dicendum q̄ sicut in generatione naturali neqꝫ forma neqꝫ materia generatur aut corrumpitur sed totum compositum ita etiam in sacramento altaris non est querendum seorsum de forma aut materia in quid conuertatur sed totus panis conuertitur in totuꝫ corpus xp̄i inquantum est corpus quia si in triduo mortis xp̄i fuisset consecratio facta non fuisset ibi anima sed corpus exanime sicut in sepulcro iacebat. Ad secundū dicendum q̄ posset dici retur natura humana si conuerteretur in verbum quantum esse desineret qō pertinet ad terminum a quo nō autem si annihiletur quantum ad terminum ad quem.

Articulus duodecimus

D secundum sic procedebatur. Uidetur q̄ sacerdos non debeat dare hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti. Non enim debet sacerdos peccatum occultum publicare. Publicaret autem si ei daret hostiam non consecratam cum aliis sociis daret consecratam. ergo sacerdos nō debet dare hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti. Preterea hostia consecrata a sacerdote alicui fideli porrecta a circumstantib⁹ adoratur. Si ergo exhibetur hostia non consecrata loco consecrate quantum est in se faciet populum ydolatrare qō est graue peccatum. nō g⁹ sacerdos debet peccatori occulto petēti dare hostiaꝫ

non consecratam. Sed contra est quia sacerdos est medic⁹ animarum. Sapiens autem medicus vitat quantum potest periculū infirmi quem accepit in cura. Peccatori autem cuius curam habet imminet magnum periculuꝫ si in conscientia mortalis peccati corpus xp̄i accipiat. quia qui manducat ꝛ bibit indigne iudicium sibi manducat ꝛ bibit vt dicitur. 1. ad Cor. xi. ergo sacerdos bene facit si eius periculum euitet porrigens ei hostiam non consecratam. R̄. ⁹ dicendum q̄ veritati non aliqua fictio est adiungenda quia nulla est conuentio lucis ad tenebras vt Apl̄us dicit. 2. ad Cor. 6. ꝛ propter hoc Aug. probat in li. 83. q. q̄ corpus xp̄i non fuit fantasticum quia veritas que est xp̄us non potuit fallere. et ideo in sacramentis ecclesie nihil est per fictionem agendum. ꝛ precipue in sacramento altaris in quo totus xp̄us continetur. Esset autem quedam fictio si hostia non consecrata loco consecrate daretur. Et cum etiaꝫ sacerdos quantum in se est populo fieret ydolatrandi occasio qui quātus peccatum ydolatrie non incurreret estimans probabiliter hostiam esse consecratam tamen sacerdos in hoc ipso q̄ hostiam non consecratam populo exhiberet adorandam ydolatrie crimen incurreret. Unde hoc in nullo casu est faciendum vt hostia non consecrata exhibeatur vni vel plurib⁹ tanquaꝫ consecrata. Debet g⁹ sacerdos peccatorem occultum primo quidem monere vt penitentiam agat ꝛ sic ad sacramentum accedat. q̄ si penitere noluerit debet ei occulte inhibere ne aliis cōmunicantibus in publico se immisceat. q̄ si se immiscuerit debeꝫ ei dare hostiam consecrataꝫ. vnde prima duo concedimus. Ad tertium dicendum q̄ stultus esset medicus qui cum maiori suo periculo minus periculum infirmi vellet impedire. puta si vellet ipse venenum bibere ne infirmus biberet vinum. Multo autem magis peccat sacerdos fictionem faciens in sacramento xp̄i q̄ peccator indigne sumens. Unde stultus esset sacerdos si vt vitaret peccatū subditi ipse grauius peccaret fictionē facēs in sacramēto vitatis

Einde circa sacramentum penitentie quesita sunt duo.

Primo vtrum prelatus debeat subditum suum ab administratione remouere propter aliquid quod ab eo in confessione audiuit. Secundo vtrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in via eundi vltra mare q̄ ille qui moritur redeundo.

Articulus decimus tertius

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ prelatus possit subditum suũ ab administratione remouere propter aliquid quod ab eo in confessione audiuit. quia quod institutum est pro caritate contra caritatem non militat. Sed sigillum confessionis institutum est pro caritate. Non ergo militat contra caritatem ex qua tenetur prelatus saluti subditorum prouidere. Est autẽ quãdoqꝫ contra salutem subditi si ei administratio dimittatur vtputa si habeat occasionem recidiuandi in peccatum. ergo nõ obstãte sigillo confessionis prelatus debet eum ab admiuistratione remouere. Sed contra est quia nihil est faciendum in preiudicium confessionis. Esset autem preiudicium confessionis si subditus ab administratione remoueretur propter crimen quod suo ꝑlato confessus est. quia per hoc alii retraherentur a confitendo. Non ergo debet prelatus subditum ab administratione remouere propter peccatum quod ei confessus est. R.º dicendum ꝙ id quod per confessionem auditur nullo modo est manifestãduꝫ nec verbo nec signo nec nutu nec etiã aliquid est faciendum. vnde in suspitionem peccati aliquis possit deuenire. Si ergo amotio subditi ab administratione possit inducere ad manifestandũ peccatum in confessione auditu ꝫ vel ad aliquam probabilez suspitionem habendam de ipso nullo modo prelatus deberet subditum ab administratione remouere. puta si in aliquo monasterio esset consuetum ꝙ priores non amouerentur de suis prioratibus nisi propter culpam. manifestaretur autem peccatum confitentis per remotionem ab administratione. Unde si abbas hoc faceret grauiter peccaret tanꝙ confessionem reuelans. Posset tamen euꝫ secreto caritatiue admonere vt cum instantia peteret cessionem si hoc videret saluti eius expedire. Si vero per amotionem ab administratione peccatum nullatenus manifestaretur. puta si in aliquo monasterio esset consuetum ꝙ abbas pro suo libitu de facili aliquos ab administratione remoueret tunc alia occasione accepta posset subditum sibi confessum ab administratione remouere et deberet hoc facere cum debita tamen cautela si talis administratio esset subdito periculosa in posterum quãuis etiam ꝛ in hoc casu melius esset ꝙ eum induceret ad cessionem petendam. Si vero periculum in posterum non timeretur non oporteret ꝙ pro peccato preteritorum penitentiam deleto cum ab administratione remoueret. sicut etiam Augustinus dicit in libro de adulteris coniugiis. Cum adhuc deputamus adulteros quos credimꝰ

penitentia esse sanatos. quandoqꝫ enim penitentes innocentibꝰ meliores sunt. ꝛ per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus decimusquartus

D secundum sic procedebatur. Uidetur ꝙ melius moriatur cruce signatus qui moritur in via eũdi vltra mare ꝙ ille qui moritur redeundo. Qui eniꝫ moritur in eundo quasi prosequendo votum suum vt se exponat morti pro xp̃o. et ita moritur tanꝙ martir. qui autem moritur redeundo non moritur in ꝓposito exponendo se xp̃o. et ita moritur quasi confessor. Sed maior est status martirum ꝙ confessorum. ergo in meliori statu moritur qui moritur in eundo ꝙ qui moritur in redeundo. Sed contra. Qui moritur in redeundo iaꝫ consummauit votum suuꝫ qui autem moritur in eundo nondum consummauit sed est quasi in principio. Perfectum autem melius est imperfecto: et finis principio. ergo melius moritur in redeundo ꝙ qui moritur in eũdo. Responsio dicendum ꝙ quanto aliquis cum pluribus meritis moritur tanto melius moritur. merita autem manent homini non solum illa que actu agit sed etiam illa q̃ iam fecit quasi apud deum deposita. secunduꝫ illud. z. ad Thi. z. Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meuꝫ seruare. Manifestum est autem ꝙ ille qui moritur in redeundo de vltra mare ceteris paribus cum pluribus meritis moritur ꝙ ille qui moritur in eundo. Habet enim meritum ex assumptione itineris ꝛ vlteriꝰ ex prosecutione in qua forte multa grauia est passus. ꝛ ideo ceteris paribus melius moritur ille qui moritur redeundo quanuis ire sit magis meritoritum ꝙ redire genus operis considerando.

Ad primum ergo dd̃ ꝙ illud propositum exponendi se morti propter xp̃m habuit etiam iste in eundo nec hoc meritum perdidit si se a peccato immunem custodiuit.

Einde circa matrimoniũ q̃sita sunt duo. Priº si aliquis despondeat aliꝙ ꝑ v̄ba d̃ futuro ꝛ postea carnalr̃ ꝯgnoscat ñ quidẽ quasi ꝯsentiẽs in mr̃imoniuꝫ sꝫ solũmõ volẽs fraudulẽter surripe copulã carnalẽ si postmodũ ꝯtrahat cũ alia ꝑ v̄ba d̃ pñti vtꝝ scd̃a sit vxor eius. Secũdo si vir accuset vxorez de adulterio occulto vtꝝ mulier teneatur in iudicio suuꝫ peccatum confiteri.

Articulus decimusquintus

D primum sic procedebatur. Uidetur ꝙ ille qui cognouit carnaliter quam desponderat per verba de futuro nõ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

possit habere vxorem illam cum qua postea contrahit per verba de presenti. Judicio enim ecclesie cōpellitur stare cum prima quā carnaliter cognouit. sz ecclesia potest facere personas illegittimas ad contrahendum. ergo videtur ꝙ talis non possit cum alia muliere habere matrimonium. ⁊ ita illa cuz qua secundo contraxit ꝑ verba de presenti non erit vxor sua. Sed contra est ꝙ error hominis non preiudicat veritati matrimonii. Sed ex errore hominis presumentis esse consensum vbi fuit carnalis copula contingit ꝙ per iudicium ecclesie compellitur aliquis illam habere quam cognouit carnaliter post contractum per verba de futuro. ergo nō preiudicat veritati secundi matrimonii quod est rite contractum per verba de presenti. R.º dicendum ꝙ sicut Leo papa dicit. Causa matrimonii est ꝯsensus per verba d̄ presenti expressus. sine quo cetera etiam cum coitu subsecuta frustrantur. remota autem causa remouetur effectus. Unde cum in primo matrimonio ponat̄ non fuisse consensus manifestum est ꝙ non fuit matrimonium. Et qꝛ posita causa ponitur effectus consequens est vt secundum fuerit matrimonium in quo ponitur fuisse mutuus consensus per verba de p̄senti expressus inter personas a matrimonio solutas. Ad primum ergo dicendum ꝙ ecclesia in his que ad matrimonium pertinent tripliciter se habet. Uno quidem modo per modum iudicantis. ⁊ quia homines vident ea que apparent secundum qd̄ dicitur. 1. Ro. 16. Oportet ꝙ iudex ecclesiasticus iudicet secunduz ea que sibi apparent per confessiones partium et per ydoneos testes ⁊ per alia legittima documenta quibus in omnibus adhibitis contingit quandoqz veritatez latere ⁊ precipue in his que pertinent ad interiora cordis que humano testimonio probari non possunt. Et si per aliqua signa exteriora de his possit aliqua coniectura haberi. ⁊ ideo iudicium ecclesie circa ea que ad matrimonium pertinent si veritas lateat non impedit sequens matrimoniuz contrahendum nec dirimit iam contractum. Alio modo se habet per modum prohibentis vel punientis. ⁊ hoc quidez impedit matrimonium contrahendum sed non dirimit iam contractum. puta vxoricide penam imponit ecclesia vt vlterius a matrimonio abstineat. Si tamen contraxerit matrimonium non dirimitur. Tertio modo se habet per modum statuentis quod fit solum auctoritate summi pontificis. ⁊ secundum hoc persone alique redduntur illegittime ad contrahendum ita ꝙ si etiam contrahant matrimoniū dirimitur. vt patet in quibusdam gradibus consanguinitatis et

affinitatis vel etiam de adultera cum quis dedit ei fidem de contrahendo vel cum machinatus est in mortem vxoris.

Articulus decimussextus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ mulier accusata de adulterio non teneatur suum peccatum in iudicio confiteri. Nullus enim tenetur suum peccatum occultum publicare. sed adulterium mulieris est occultum. Si autem in iudicio confiteretur ipsum veniret in publicum. Non ergo tenetur mulier accusata de adulterio suum peccatum in iudicio confiteri. Sed contra est quia debet prestare iuramentuz de veritate dicenda. sed nullo modo debet deierare. ergo debet veritatem confiteri de suo peccato. R.º dicendum ꝙ circa hoc est distinguendū. Si eniz adulterium sit omnino occultum non debet peccatum suuz in iudicio suo confiteri nec debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda quia occulta soli diuino iudicio reseruantur secunduz illud: 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare quousqz veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum. Sed quando de adulterio precessit infamia vel aliqua signa euidentia apparent que vehementem suspicionez facere possunt. vel quando est semiplene probatum tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda ⁊ ipsa tenetur confiteri veritatem. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Einde circa virtutes quesita sunt duo. Primo circa iusticiam scz si aliquis incidens in latrones promittat eis pecuniam pro sua liberatione si mutuo eā accipiat ab aliquo suo amico vtrum restituere teneatur. Secundo circa abstinentiam. vtruz aliquis peccare possit nimis ieiunando vel vigilando.

Articulus decimusseptimus

D primum sic procedebatur. Uidetur ꝙ ille qui pecuniaz accepit mutuo vt redimeret se a latronibus non teneat̄ eaz restituere quia vt Augu. dicit. Tempore necessitatis omnia sunt communia. Sed nullus debet quasi proprium petere id quod est commune vt Amb. dicit. ⁊ habetur in decretis. di. 47. Cuz ergo ille qui in latrones incidit fuerit in maxima necessitate constitut⁹ vtpote in periculo mortis existens videtur ꝙ factum sit sibi commune aliquid quod erat alterius. et ita non teneatur ei restituere qui mutuauit ac si esset proprium eius. Preterea nullus tenetur facere recompensationez alicui pro ea quod ille facere tenebatur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Sed ille qui mutuauit pecuniaz tenebatur proximuz suuz a mor tis periculo liberare secundum illud Prouerbi.24 Eruc eos qui ducuntur ad mortem.ergo videtur q ille qui est liberatus non te neatur ei restituere pecuniam mutuatam. Sed contra est quod dominus dicit Math.7.Omnia que vultis vt faciant vobis bo mines z vos facite illis.Sed ille qui liberatus est a latronib⁹ vel let sibi restitui si quid mutuasset. ergo etiam ipse debet restituere quod mutuo accepit. Rc⁹ dicendum q iusticie actus est vni cuiqz reddere quod sibi debetur. Unde cum ratione contractus bone fidei qui fuit inter mutuantem z mutuo accipientem restitu tio debeatur ex iusticie precepto tenetur] q ille qui mutuo accepit pecuniam eam reddere creditori.Et tanto magis quanto in ma iori necessitate creditor sibi subuenit. Ad primum ergo dicen dum q tunc in necessitate fiunt omnia communia cuz homo nō potest sibi de suo subuenire.Ridiculum enim esset si quis famem patiens nollet accipere panem quem haberet in archa z diceret se accipere panem alienum quasi communem.que autem per ami cos possumus per nos aliqualiter possumus vt dicit phūs in.5⁹ ethi.Iste autem qui in latrones incidit potest se per amicos libe rare mutuum accipiendo. et ideo non fiunt ei omnia communia

Ad secundum dicendū q vnusquisqz tenetur ad liberanduz proximum a morte secundum suam conditionem z modum.z h⁹ quidem conuenienter implent ille qui pecuniam mutuauit.non autem tenebatur eam donare in casu quo ille poterat per mutuum liberari.

Articulus decimusoctauus

D secundum sic procedebatur.Uidetur q homo non pos sit peccare nimis ieunando vel vigilando.Deus enim nō potest nimis ab homine diligi.Sed probatio dilectionis est exhi bitionis opis vt Greg.dicit in quadā omel.g⁹ videt q nō possit aliquis peccare nimis ieiunando vel vigilando propter deum.

Sed contra est q Bern.confitetur se peccasse de hoc q nimis corpus suum ieiunio z vigiliis debilitauit. Rc⁹ dicenduz q se cundum philo.in p⁹ politi. Aliter est iudicandum de fine. aliter de his que sunt ad finem. Illud enim quod queritur tanq finis absqz mensura querēdum ē. In his autem que sunt ad finem est adhibenda mensura secundum proportionem ad finem sicut me dicus sanitatem que ē finis eius facit quantumcūqz pōt maiorē

sed adhibet medicinam secundum q conuenit ad sanitatem faci endam.Est ergo considerandum q in spirituali vita dilectio dei ē sicut finis.Ieunia autem z vigilie z alia exercitia corporalia non queruntur tanq finis.quia sicut dicitur ad Ro.14.Non ē regnū dei esca z potus.sed adhibentur tanq necessaria ad finem.i.ad do mandas concupiscentias carnis secundum illud apli.1.ad Cor.. 9.Castigo corpus meum z in seruitutem redigo zc.Et ideo huius modi sunt adhibenda cum quadam mensura rationis vt scz con cupiscentia demitetur z natura non extinguatur secūdum illud ad Ro.12.Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem.z postea sub dit.Rationabile obsequium vestrum. Si vero aliquis in tantuz virtutem nature debilitet per ieunia z vigilias z alia hmōi.q nō sufficiat debita opa exequi.puta p̄dicator p̄dicare z doctor docere cātor cātare z sic ō aliis absqz dubio peccat sicut etiā peccaret vir qui nimia abstinētia se ipotētē redderet ad debitū vxori reddēdū Unde Piero.dicit.De rapina holocaustum offert qui vel ciboz nimia egestate vel somni penuria immoderate corpus affligit.Et iterum.Rationalis hominis dignitatem amittit qui ieunium ca ritati vigilias sensus integritati prefert.Et per hoc patet respon sio ad obiecta.

Circa precepta quesita sunt duo.Primo vtrum pre cepta ordine nature precedant consilia. Secundo vtrum peccata que fiunt cōtra precepta secunde tabule sint grauiora pec catis que fiunt contra precepta prime tabule.

Articulus decimusnonus

D primum sic proceditur. Uidetur q precepta ordine na ture precedant consilia.Illud enim est prius ordine nature ad quod natura primo instigat. Sed precepta sunt de primo in stinctu nature q̄ sunt de dictamine rationis naturalis non autez consilia.g⁹ precepta sunt priora ordine nature q̄ consilia. Sz contra est q̄ prius natura dicitur aliquid esse tripliciter.Uno⁹ si cut imperfectum est prius perfecto.Et hoc mō precepta nō sunt pri ora consiliis.q̄ in preceptis caritatis precipue consistit perfectio. Secundo per modū cause tēpore precedētis effectū.z sic etiaz nō sunt priora q̄ nō est necessariū q aliquis prius impleat precepta q̄ consilia.Tertio per modum originis q̄ principium est simul tē pore.sicut z lux solis z radius.Sed nec hoc modo p̄cepta sunt pri ora q̄ non est necesse q quicunqz seruat precepta seruet consilia.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOSUSAL.ES

ergo nullo modo precepta ordine nature precedunt ꝯsilia. Ad hoc dō ꝙ circa hoc necesse est duo considerare. primo quid sit esse prius ordine nature. 2o quid sit preceptum ⁊ quid consilium. quib⁹ manifestatis euidenter apparebit qō queritur. De primo g⁹ sciendum est ꝙ ſz⁹ phūm in. 5. metha. Prius ⁊ posterius dicunt in quolibet ordine per ꝯparationez ad prin⁹ illius ordinis sicut in loco p ꝯparationē ad prin⁹ loci ⁊ i disciplinis per ꝯparationē ad principia discipline. Sic g⁹ ⁊ in ordine nature dicitur aliquid esse pri⁹ per ꝯparationem ad nature principia. que quidem sunt quatuor cause. Unde ſz⁹ vnūquodq3 genus cause pri⁹ in ordine nature ē ꝙ propinquius est cause. quāuis autem cause sint quatuor tres tamen earū ſcz efficiens. formalis ⁊ finalis concurrunt in idez. vñ relinquitur ꝙ ordo nature sit duplex. Unus quidem secundū rationem cause materialis ſz⁹ ꝙ imperfectū est prius perfecto ⁊ potentia actu. Alius autem ordine nature est secundū rationem aliarum trium causarum secundū quā perfectum est prius impfecto ⁊ actus potentia. Unde ⁊ phūs dicit in. 5. metha. Quia alia sunt potestate priora. alia perfectione et quia forma est magis natura ꝙ materia vt probatur in. 2. phi. Conuenientius dicitur esse prius natura actus qui est prior substantia ⁊ specie vt dicitur in. 11. metha. ꝙ potentia que in vno ⁊ eodez est prior generatione ⁊ tēpore vnde ⁊ phūs dicit in. 2. periermenias. Quia in his que cōtingit esse actu ⁊ potestate ea que sunt actu sunt natura priora tēpore posteriora. Circa secundum vero ſcz circa rationem consilii ⁊ precepti ꝯsiderandum est ꝙ preceptuz importat rationem debiti. debitum aūt aliq3 est duplex. Uno⁹ ſz⁹ se ⁊ hoc mō finis ē debitus in vnoquoq3 negocio. Medicus. n. propter se dz q̄rere sanitatē. Alio⁹ ē aliq3 debitū ꝓpter aliud. ſ. id sine q⁹ nō pōt peniri ad finē. sicut medic⁹ dz indicere dietā infirmo sine qua nō pōt sanari. Illud vo qō ordinat in finē vt melius aut facilius ad finez ꝯsequat si sine hoc aliqualiter possit haberi finis nō bz rōnez debiti. Finis autē spūalis qui lege diuina ordinatur ē duplex. Un⁹ quidē principal ſcz adherere deo p caritatē. Uñ dr. 1. ad Thi. 1. Finis ꝓcepti caritas ē. Ali⁹ aūt ē finis secundarius quasi dispositiuus. ſ. puritas ⁊ rectitudo cordis q̄ consistit in interioribus actibus aliaq3 vtutum Uñ apls dicit ad Ro. 6. Habetis fructuz vestrū in sanctificatōe Sicut ē in generatiōe naturali finis ē ⁊ ipsa forma substātial ⁊ vltima dispositio ad formā. vñ manifestuz ē ꝙ principalia ꝓcepta diuina sunt quidem de dilectione dei ⁊ proximi vt pz Matb. 22.

Secunda vero de interiori sanctificatione secundum illud. 1. ad Thes. 4. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. Omnia vero alia que sunt spiritualis vite ordinantur ad predicta sicut in finē sed dupliciter. Quedam enim sunt talia sine quibus predicti fines esse non possunt. ⁊ hec cadunt sub precepto. sicut non habetis deos alienos. Non furtum facias ⁊c. Quedam autez sunt sine quibus ad predictos fines peruenire potest. vnde nō cadunt sub precepto. Sed quia per huiusmodi facilius ⁊ melius peruenitur ad fines predictos dantur de eis consilia. sicut patet de paupertate virginitate ⁊ aliis huiusmodi. et est simile si aliquis deberet ex precepto esse rome certo die teneretur etiam ex debito precepti Romam ire. non autem tenetur ex precepto ire eques. quia sine hoc posset romam peruenire cum caderet hoc sub consilio inquantuz equitando facilius ⁊ melius peruenuret ad finem. Dis ergo visis patet de facili id quod querebatur. Si enim comparemus consilia ad precepta finalia que sunt de dilectione dei ⁊ proximi et de interiori cordis puritate manifestum est ꝙ precepta sunt priora cōsiliis naturaliter ordine perfectionis. sicut actus naturaliter prior potentia ⁊ finis bis que sunt ad finem. sed ꝯsilia erant priora naturaliter ordine generationis temporis inquantuz ſcz per consilia ad puritatem perfectam cordis ⁊ perfectam dilectionē dei ⁊ proximi peruenimus. Si autem comparemus consilia ad alia precepta que ordinantur ex necessitate in predictos fines sic erit duplex consideratio. Naz in consiliis necesse est vt includantur precepta Qui enim omnia dimittit non rapit aliena: ⁊ qui virginitatatez seruat non mechatur sicut etiam qui equitat vadit sed non cōuertitur. Erit ergo vna comparatio consiliorum ad precepta absolute considerata. et sic hoc modo precepta erunt ordine nature priora consiliis. sicut genus est naturaliter prius specie. consilia autē ecōuerso priora naturaliter preceptis. sicut species sunt priores secundum naturam ꝙ genera vt patet per phūm. in primo phi. comparatur enim genus ad speciem sicut potentia ad actuz. precepta autem absolute sumpta se habent per modum generis ad obseruantiam preceptorum cum consiliis ⁊ sine consiliis. sicut non mechari ad non mechari cum virginitate ⁊ ad non mechari cum matrimonio. ⁊ ire commune est ad ire equitem et ad ire peditem. Alia vero comparatio est consiliorum ad precepta sine consiliis obseruata. sicut si comparemus euntem in equo ad eum qui vadit pe

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dibus. Similis enim est comparatio virginis seu continentis ad matrimonium. et pauperis propter xpm ad eum qui in seculo suis contentus est. Et sic simpliciter ordine nature consilia sunt priora preceptis tanq perfecta imperfectis. nec oportet q precepta sic accepta precedant naturaliter ordine generationis et temporis consilia. Non enī oportet q ille qui vult continentiam vel virginitatem seruare prius matrimonio ligatur. neq etiam oportet q ille qui vult esse pauper propter xpm prius secularem vitam agat. in qua suis diuitiis sit contentus. sicut etiam non oportet q ille qui vult ire eques Romam prius vadat pedes et postea eques. sed melius est si a principio eques vadat. Et per hoc patet responsio ad obiecta

Articulus vicesimus

D secundum sic proceditur. Videtur q peccata que sunt contra precepta secunde tabule sint grauiora peccatis que sunt contra precepta prime tabule. Peccatum enim contra precepta secunde tabule est contempto bono incōmutabili commutabili bono adherere. sicut patet in furto et adulterio et aliis huiusmodi. Sed contemptus incommutabilis boni est peccatum contra precepta prime tabule quibus ordinamur ad exhibendam reuerentiam deo. ergo peccata que sunt contra precepta secunde tabule includunt peccata q̄ sunt contra p̄cepta prime tabule et aliquid addunt. ergo sunt grauiora. Preterea symonia est maximum peccatum. Sed symonia cum sit species auaritie est contra precepta secunde tabule. g⁹ peccata que sunt contra precepta secunde tabule sunt grauiora. Sed contra est q peccata contra precepta prime tabule sunt infidelitas. desperatio. et alia huiusmodi que sunt grauissima peccata. ergo peccata que sunt cōtra precepta prime tabule sunt grauiora. Responsio dicendum q formalis ratio peccati mortalis consistit in auersione a deo. Si enī esset inordinata conuersio ad bonum commutabile sine auersione a deo non esset peccatum mortale. precepta autem prime tabule secundum se ordinant directe hominem in deum. vnde dicuntur ad dilectionem dei pertinere. Et ideo peccata que sunt contra precepta prime tabule directe et secundum se important auersionem a deo. peccata autem que sunt contra

precepta secunde tabule per se quidem deordinant nos principaliter circa bona commutabilia circa que ordinamur per precepta secunde tabule. ex consequenti autem deordinat nos a deo. In vnoquoq autem genere potissimum est id quod ē per se. Unde peccata que sunt contra precepta prime tabule secundum suum genus sunt grauissima in genere peccatorum.

Ad primum ergo dicendum q contemptus dei per se intentus est in peccatis que sunt contra precepta prime tabule. sic autem non ex necessitate includitur in peccatis que sunt cōtra precepta secunde tabule. non enim ille qui fornicatur intendit hoc agere in contemptum dei sed intendit principaliter delectari. ad quod consequitur q deum contemnat preter principalem intentionem mandata eius transgrediens. Ad secundum dicendum q symonia non est maximum peccatum simpliciter sed maximum inter illa que committuntur circa cōtractus pecuniarios. et hoc etiam est ex hoc q irreuerenter se habet homo ad res sacras in quo attingit peccata que sunt contra precepta prime tabule.

Einde quesitum est de bis que pertinent specialiter ad quosdam hominum status. Et primo de bis que pertinent ad prelatos. Secundo de bis que pertinent ad doctores. Tertio de bis que pertinet ad religiosos. Quarto de pertinentibus ad clericos. Circa primum quesita sunt tria. Primo vtrum beatus Matheus vocatus sit statim a theoloneo ad statum apostolatus et perfectionis. Secundo vtrum ille qui eligitur canonice in episcopum melius faciat consentiendo electioni de se facte vel eam recusando. Tertio vtrum prelatus qui dat beneficium ecclesiasticum alicui suo consanguineo sperans per hoc suum genus exaltari et ditari committit symoniam.

Articulus vicesimusprimus

D primus sic procedebatur. Videtur q beatus Matheus non fuit vocatus statim de theoloneo ad statū apostolatus et perfectionis. Dicit enim Grego. super Ezech. Nemo repente fit summus. Sed status apostolatus et perfectionis euangelice est summus status humane vite. ergo Matheus non fuit statim vocatus ad statum perfectionis et apostolatus. Sed contra est quod Piero. dicit super Mathe.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝙ de publicano repente fit aplus. Et Beda dicit super Lucam. ꝙ de publicano in apostolum de theoloneo in euangelistam est mutatus. Et quedam glo. dicit Luce. 5. Qꝛ nullam prorsus cogitationem vel aspectum huiꝰ vite sibi reseruauit quod est perfectionis euangelice. ergo statim vocatus est ad statum apostolatus et perfectionis. Rꝰ. dd ꝙ qõ ista ex vbis euangelii determinari põt Si. n. loquamur de apostolatu manifestuꝫ ẽ sꝫ narrationeꝫ Mathei. Marci ⁊ Luce ꝙ dominꝰ post vocationeꝫ Mathei aliquãto spacio temporis interiecto ex suis discipulis. 12. apostolos elegit inter quos vnus fuit Matheus. Et sic patet ꝙ statim a principio fuit vocatus ad discipulatum xp̃i non autem ad apostolatum nisi secundum preordinationem xp̃i qui eum in apostolum sumendum disponebat. ⁊ secundum hoc intelligenda sunt verba Hiero. ⁊ Bede. Si autem loquamur de perfectione euangelica sic manifestum est ꝙ statim a principio vocatus est ad statuꝫ perfectionis Dicitur enim Luce quinto. ꝙ surgens relictis omnibus secutus ẽ eum quod etiam ad distipulatum xp̃i pertinebat secundum illud quod dicitur Luce 14. Nisi quis renunciauerit omnibus his que possidet non potest esse discipulus meus. Ad primum ergo dicendum ꝙ summum in vita humana potest accipi dupliciter. Uno modo secundum comparationem status ad statum secundum ꝙ in humana vita vnus status est maior alio ⁊ aliquis est summus et sic nihil prohibet aliquem fieri repente summuꝫ. i. attingere ad statum summum. Et hoc apparet tam in spirituali vita ꝙ in seculari. Inueniuntur enim aliqui statim a pueritia ad statim religionis qui est perfectissimus conuolasse. vel proprio arbitrio sicut beatus Johan. baptista ⁊ beatus Benedictus. vel etiam deuotione parentum. sicut illi qui monasteriis traduntur a parentibus. Sic enim non oportet vt aliquis seculari vita exerceatur anteꝙ ad religionem transeat. sicut non oportet ꝙ aliquis exerceatur in laycali vita antequaꝫ clericus fiat. similiter etiam aliqui repente assumuntur ad regnum vel ab ipsa pueritia sicut Salomon et Josy. reges iuda. vel etiam in vltimo statu sicut Saul. et Eccle. sexto dicitur ꝙ de carcere cathenisqꝫ interdum quis ad regnum progreditur. Alio modo potest accipi summum per comparationem graduum qui sunt perfectio vnius hominis. Et sic intelligit Grego. ꝙ nemo repente fit summus. Dicit enim Augustinus super canonica Johan. Qꝛ caritas non mox vt nascitur perfecta est. Nam vt

perficiatur nascitur. cum fuerit nata nutritur. cuꝫ fuerit nutrita roboratur. cum fuerit roborata perficitur. Contingit tamen quandoqꝫ ꝙ vnus homo repente incipit ab altiori gradu sanctitatis ꝙ sit summum ad quod pertingit perfectio alterius hominis vt patet de beato Benedicto de quo Grego. dicit in. 2. dialogo. Qꝛ presentes et secuturi omnes agnoscant Benedictus puer conuersationis graciam a perfectione cepisse.

Articulus vicesimus secundus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ melius faciat qui consentit electioni canonice de se facte ꝙ qui eam recusat. Dicit enim Grego. 12. moral. Potestas cum percipitur non ex libidine amanda est sed quando aliquis per canonicam electionem episcopalem dignitatem adipiscitur non percipit eam ex libidine ergo debet eam amare. non ergo debet eam recusare. Sꝫ contra est quod Grego. dicit. 28. moral. Qꝛ prelatio per meliorem intentionem fugienda est. Responsio dicẽdum ꝙ in eo qui electioni canonice de se facte consentit considerari precipue debet q̃d intendit. Si enim intendit aliquid temporale. puta honorem. diuitias. excutere se a iugo religionis aut aliquid huiusmodi manifestum est ꝙ est praua intentio. Unde melius faceret si non assentiret. Si autem intendit profectum ecclesie sic planum est ꝙ bona est intentio. Unde Augustinus dicit. 19. de ciui. dei. In actione non amandus est honor in hac vita siue potentia. sed opus ipsuꝫ si recte atqꝫ viriliter fit. i. vt valeat ad salutem subditorum. Et inducit illud apostoli quod habetur. 1. ad Thimo. 3. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Sed tamen sciendus est ꝙ ad hoc opus maxima requiritur ydoneitas quia vt Grego. dicit in pastorali. Tantum actionem populi debet actio transcendere presulis quantum distare solet a grege pastoris vita ad quod humana fragilitas secundum proprias vires sufficiens non est. secundum illud Apostoli. 3. ad Corinthe. 2. Et ad hec quis tam ydoneus. Sed tamen ex auxilio gracie diuine homines ydonei ⁊ sufficientes redduntur sicut ipse postmoduꝫ subdit. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Potest ergo aliquis laudabiliter considerans ꝓprium defectum ex humilitate officiuꝫ prelationis recusare. sicut Iere. dicit. Nescio loqui quia puer ego sum. potest etiam laudabiliter consentire ex caritate fraterna vt salutem proximorum procuret sicut Isa. qui dicit. Ecce ego. mitte me. Sꝫ sicut

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Grego. dicit in pasto. In vtroq3 est subtiliter intuendum q̃ et is qui recusauit plene nõ restitit et is qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum vidit. ne aut non purgatus adire quisq3 sacra ministeria audeat. aut quem superna gratia elegit sub humilitatis specie superne dispositioni contradicat. Quia ergo valde difficile est purgatum se quemlibet posse agnoscere prelationis officium tutius declinatur nõ tamen pertinaciter cum ad suscipiendu3 hoc superna voluntas agnoscitur. Ad primum ergo dicendum ꝙ illud verbu3 Greg. non deb3 sic intelligi. Potestas cũ ex libidine non percipitur amanda est. sed ita. Potestas cum percipitur non est amanda ex libidine. subdit enim. sed ex longanimitate tollerãda. Ad secundum dicendum ꝙ melior est intentio prelationem fugientium secundum propriu3 desiderium dummodo non assit necessitas ex parte imponentis hoc onus. Unde Aug. dicit. 19. de ciui. dei. Superior locus sine quo populus regi non potest etsi ita teneatur vt decet tamen indecenter appetitur. O cium enim sanctum querit caritatis negocium iustum suscipit necessitas caritatis.

Articulus vicesimus tertius

D tertiu3 sic proceditur. Uidetur ꝙ prelatus qui dat beneficium ecclesiasticum alicui suo consanguineo vl amico vt alii eius consanguinei exaltentur symoniam cõmittat. Est enim symonia studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale aut spirituali annexum. Sed in casu p̃dicto videtur esse emptio vendito in quibus est liberalitas Dic autem hoc speratur vt liberaliter recompenset. ergo ẽ ibi symonia. Sed contra est quod Isa. 33. super illud. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Dicit glo. ꝙ triplex est munus a manu a lingua. ab obsequio. quorum nullum est in proposito casu. ergo non est ibi symonia. Rõ dicendum ꝙ cum symonia circa emptionem et venditionem consistat hic distinguendum videtur quia si prelatus intẽdit obligare eum cui dat beneficium ecclesiasticum ad aliquam recompensationem faciendam sibi vel suis consanguineis intentio symoniaca est. Intendit enim quandam tacitam venditionem. Si vero non intendat ad hoc eum obligare

sed intendat ꝙ ille sibi vel suis propria spõte tẽporaliter recõpẽset ẽ quidem praua intentio z carnalis sed non symoniaca

Ad primum ergo dicendum ꝙ secundum philosophum in. 4. ethicoꝝ. Liberalitas non est circa quemlibet vsum pecunie sed est circa dationes et sumptus. symonia autez est circa emptionem z venditionem.

Einde circa doctores quesita sunt duo. Primo si doctor semper predicauit aut docuit principaliter propter inanem gloriam vtrum habeat aureolam si in morte penitebat. Secundo vtrum si ex doctrina alicuius doctoris aliqui reuocentur a meliori bono vtrum ille doctor teneatur illaz doctrinam reuocare.

Articulus vicesimusquartus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ ille qui semper propter inanem gloriam docuit per penitentiam aureolam recuperet. Aureola enim doctrine debetur fructui scz conuersioni fidelium secundum illud ad Philipen. quarto. Gaudium meum z corona mea. Sed potuit contingere ꝙ ex predicatione eius qui propter inanem gloriam principaliter predicauit secutus est fructus conuersionis fidelium: ergo si peniteat debetur ei aureola. Preterea sicut virginitati debetur aureola ita z doctrine. Sed si illa que cum virgo sit carne mente tamen est corrupta penitentiam agit recuperat aureolam. ergo pari ratione z doctor qui propter inanem gloriam predicauit. Sed contra est ꝙ opera mortua per penitentiam non reuiuiscunt. Sed opera istius doctoris propter inanem gloriam predicantis fuerant mortua id est cum peccato facta. ergo non reuiuiscunt per penitentiam ad premium consequendum. Responsio dicendu3 ꝙ cum aureola importat quandam singularem excellentiam premii necesse est ꝙ presupponat auream sicut comparatiuus presupponit positiuu3. Et hoc figuratur Exodi. 25. vbi dicitur. Facias super coronam auream alteram aureolam. Et ideo qui non meretur auream id est premium essentiale non meretur aureolam. qui autem propter inanem gloriaz operantur non merentur premium essentiale quia receperunt mercedem suam vt dicitur Mathei sexto. vnde nec merentur aureolam. penitentia

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

autem restituit homini premia prius habita. Non autez confert ei ea que non habuit nisi inquantum ipse motus penitentie est meritorium. vnde talis non meretur aureolam

Ad primum ergo dicendum q conuersioni fidelium debetur aureola presuppositio merito essentialis premii in eo qui predicauit alioquin locum habet quod dicitur Mathei. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundu lucretur anime vero detrimentum patiatur. Ad secundum dicendum q aureola vginitatis debetur integritati carnis que manet post penitentiam. et ideo debetur virgini penitenti aureola. Sed aureola doctrine debetur actui doctoris qui trāsit. z ideo post penitentiam non debetur aureola doctori nisi actus reiteret

Articulus vicesimusquintus

D secundum sic proceditur. Uidetur q si per doctrinam alicuius aliqui retrabantur a meliori bono q ille teneatur suam doctrinam reuocare. Talis enim doctor in sua doctrina facit scandalum actiuum quia doctor informat intellectum. intellectus autem informat affectum et per consequens actum. Sed scandalum actiuum tenetur quilibet remouere. ergo talis doctor tenetur suam doctrinam reuocare.

Preterea spiritualia sunt temporalibus potiora. Sed in temporalibus vt Augustinus dicit non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatu. ergo multo magis doctori qui facit dānum in spiritualibus non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum quod fit per reuocationem doctrine. Sz cōtra est quod Gregorius dicit. Ueritas non ē dimittenda propter scandalum. Responsio dicendum q hic distinguendum videtur. Si enim doctor doceat falsam doctrinam tenetur eam modis omnibus reuocare. Et maxime si ex ea spirituale damnum sequatur. Si vero doceat veraz doctrinam potest ex ea sequi detrimentum spirituale in auditoribus dupliciter. Uno modo ex defectu ipsi⁹ qui docet. vno modo quia doctrinam subtilem z altam proponeret rudib⁹ qui nō essent illius doctrine capaces qui ex hoc detrimentu salutis incurrerent contra exemplum apostoli qui dicit. 1. ad Corinthe. 3. Tanq̄ parulis in xpo lac potum dedi vobis non escam. Alio modo quia confuse z inordinate proponit nō preferēs

maiora minoribus contra id quod Gregorius dicit in pastorali. Sic laudanda sunt bona summa ne desperentur vltima sic nutrienda sunt bona vltima ne duz sufficere creduntur ne quaq̄ tendatur ad summa. Et in his casibus tenetur doctor ex cuius doctrina damnuz spirituale accidit contra hoc damnum remedium ponere inquantum potest exponendo saltem doctrinam suam. Alio modo potest contingere ex defectu aliorum puta si aliqui docendo aliqua erronea inducerent homines ad aliquam religionem. vtpote si dicerent q quicūqz intrat talem religionem statim erit equalis meriti sicut beat⁹ Petrus. et in hoc casu non tenetur cessare a sua doctrina. Intrare enim religionem propter errorem non est bonum. Unde sic non retrahit homines a meliori bono talis doctor. et hoc est quod Gregorius dicit in pastorali. Sicut incauta locutio in errorem protrahit ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant in errore derelinquit. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Circa religiosos quesita sunt duo. Primo vtruz religiosi teneātur patienter tollerare iniurias sibi factas. Secundo vtrum ille qui iurat se non intraturum religionem possit licite religionem intrare.

Articulus vicesimussextus

D primum sic proceditur. Uidetur q religiosi non debeant tollerare suos impugnatores. In impugnatōne enim perfectorum virorum deus impugnatur. vnde dominus Saulo persequenti discipulos xpi dixit Actuum. 9⁰ Saule saule quid me persequeris. Sed perfecti viri non debent impugnatores dei tollerare. ergo neqz impugnatores proprios. Preterea quilibet perfectus debet obuiare his que statui perfectionis preiudicant. Unde apostolus dicit. 2. ad Corinth. 6⁰ Ut non vituperetur ministerium nostrum. sed per hoc q perfecti impugnantur statui perfectionis derogatur. ergo perfecti viri non debent tollerare suos impugnatores. Sed contra est quod Gregorius dicat. Non sumus perfecti si aliorum inordinationes ferre non possumus. Responsio dicendum q perfecti viri dupliciter impugnari possunt. Uno

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quidem modo quantum ad personas proprias. vtpote cum inferuntur eis iniurie personales. Alio modo possūt impugnari quantum ad statum eorum. vtputa cum aliqui verbis vel factis perfectionis statui derogant. et hec tuo tanguntur Jaco. 2. Nonne diuites opprimunt vos per potentiam. quod pertinet ad personales iniurias. Nonne ipsi blasphemāt bonum nomen quod inuocatum est super vos quod pertinet ad religionem vel statum. In iniurijs ergo personalibus decet perfectos viros esse maxime patientes vt sint etiam parati plura sufferre secundum illud Matthei. 5. Si quis percusserit te in dextra maxilla prebe ei et alteram. Statum vero suum impugnari non debent pati quantum resistere possunt. hoc enim vergeret in iniuriam dei. Unde contra quosdam dicitur Ezech. 14. Non ascendistis ex aduerso. nec opposuistis vos murum pro domo israel. Et tñ dominus iniurias que contra humanitatem eius inferebant patienter tollerauit sicut cum iudei dicebant. ecce homo vorax et potator vini. vt habetur Matthei. 6. et sicut dyabolus dixit ei. Mitte te deorsum. quo videbatur ad propriam iniuriam pertinere. sed iniurias dei nō tollerabat. Unde phariseos dure redarguit Matthei. 12. quia dicebant q̄ in beelzebub eiceret demonia. quod pertinebat ad iniurias spiritus sancti. Et similiter cum dyabolus ei dixit Hec omnia tibi dabo si cadens adorauerис me. quod ad iniuriam dei pertinebat. statim enim eum repulit dicens. vade retro satbana. vt habetur Matthei. 4. vbi dicit Crisostimus Illius discamus exemplo nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere. Dei autem iniurias nec vsq3 ad auditum sufferre. quoniam in proprijs iniurijs esse quemlibet patientem laudabile est. Iniurias autem dei dissimulare nimis est impium. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus vicesimusseptimus

D secundum sic proceditur. Videtur q̄ ille qui iurauit se non intraturum religionem non possit licite intrare. Omnis enim obligatio licita est adimplenda. Sed licitum erat ei non intrare religionem. ergo cum ad hoc se iuramento obligauit videtur q̄ teneatur intrare. Sed contra est q3 nullum impedimentum3 spiritualis profectus est ex deo Sed iuramentum est ex deo. ergo per iuramentum non impeditur spiritualis profectus intrandi religionem. Respondeo dicendum q̄ obligatio iuramenti tripliciter se potest habere. Quandoq3 enim est illicita obligatio et de re illicita. puta cum aliquis iurat se fornicaturum. et tale iuramentum nō tenetur homo adimplere nec etiam est licitum impleri. Quādoq3 vero est obligatio licita et de re licita. puta cum aliquis iurat se elemosinam daturum et tale iuramentum preterire licet. Quandoq3 vero est obligatio illicita sed de re licita. puta cum aliquis iurat se non facturum3 aliquod malum bonum3 quod tamen facere non tenetur. puta non ieiunare vel nō dare aliquam elemosinam. vel religionem non intrare. Tūc. n. id ad quod se iuramento obligat licitum est sed tamen obligatio est illicita. quia per hoc homo quantum in se est obfirmat contra graciam spiritus sancti que facit hominem in suo corde ascensiones disponere. vnde tale iuramentum licite potest homo implere abstinendo ab illo bono quod facere non tenetur non tamen cogitur ex illo iuramento ad h° q̄ impleat quod iurauit. quia iuramentum ad hoc q̄ sit obligatorium3 debet habere tres comites. iudicium. iusticiam. et veritatem. vt habetur Jere. 4° Huic autem iuramento deest iudicium discretionis q3 vergit in deteriorem exitum retrahendo a meliori bono. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus vicesimusoctauus

Deinde circa clericos quesitum est vnum vtrum scilicet liceat clerico qui tenet ad horas canonicas dicere matutinas sequentis diei de sero. Et videtur q̄ non. dicitur enim Eccle. 21. Lasciuus et imprudens non seruabit tempus. Sed iste in dicendo matutinas non obseruat tempus. Cum enim dies incipiat a media nocte videtur q̄ matutinas sequentis diei dicat in die precedenti. ergo videtur q̄ hoc ad lasciuiam et imprudentiam pertineret et ita videtur esse peccatum.

Sed contra. Deus clementior est quolibet homine. Sed

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

homo non imputat debitori in culpaz si debituz sibi reddat ante tempus. ergo multo minus deus. Responsio dicendum q̄ hic consideranda est intentio eius qui preuenit tempus in matutinis dicendis vel in quibuscunqz horis canonicis. Si enim hoc facit propter lasciuiam vt scz quietus somnolentie z voluptati vacet non est absqz peccato. Si vo hoc faciat propter necessitatem licitarum z honestarum occupationum. puta si clericus/aut magister debet videre lectiones suas de nocte vel propter aliquid aliud huiusmodi licite potest de sero dicere matutinas z in aliis horis canonicis tēpus preuenire sicut etiam hoc in solemnibus ecclesiis fit quia melius est deo vtrunqz reddere scz et debitas laudes z alia honesta officia q̄ q̄ per vnum aliud impediatur. Ad primum ergo dicendum q̄ quantum ad contractus et alia huiusmodi dies incipit a media nocte. sed quantum ad ecclesiasticuz officium et solemnitatuz celebritates incipit dies a vesperis. vnde si aliquis post dictas veſperas et completorium dicat matutinas iam hoc pertinet ad diem sequentem.

Sequitur quodlibet sextum

Incipit quodlibetum sextum

Articulus primus

quia non est institutum ad effectus naturales sed ad hoc ꝙ sit locus beatorum. et hoc quidem mihi aliquando visum est. sed diligentius considerans magis videtur dicenduz ꝙ influat in corpora inferiora. quia totum vniuersum est vnum vnitate ordinis vt patet per philo. in. 9. metha. Hec autem vnitas ordinis attenditur secundum ꝙ quodam ordine reguntur corporalia per spiritualia ⁊ inferiora corpora per superiora vt Aug. dicit in. 3⁰ de trini. Unde si celum empireum non influeret in corpora inferiora celū empireum non contineretur sub vnitate vniuersi quod est inconueniens. Uidetur autem proprius effectus eius esse perpetuitas ⁊ permansio in inferioribus corporibus. Nam secunduz philo. in xi. metha. In celo sunt principaliter duo motus quorum vnus est ab oriente in occidentem qui vocatur diurnus et est super polos equinoxialis. ⁊ quia iste est vniformis causat perpetuitatem in inferioribus motibus. Alius autem motus est ab occidente in oriētem quo mouetur sol ⁊ alii planete qui est super polos zodiaci. ꝑ quez planete accedunt ⁊ recedunt a nobis. Unde iste motus proprie causat differentiam generationis ⁊ corruptionis ⁊ ceterorum motuum in istis inferioribus. ⁊ sic continuatur generatio ⁊ corruptio horum inferiorum quousq; deus vult. que quidem quantum ad continuitatem causatur a primo motu quantum autē ad contrarietatem a secundo. Sicut autem vniformitas motus precedit difformitatem ita etiam vnitas quietis precedit vniformitatē motus qr moueri est se aliter habere nunc ꝙ prius. quiescere autē est eo modo se habere nunc vt prius. ⁊ sic quies habet puram vnitatem. Uniformitas autem motus habet vnitatem cum diuersitate. ⁊ ideo primum celum scz empireum singulariter per suam quietem influit. secundum autem celum est quod dicitur aqueum per suum motum vniformem. tertium autem celum scz sydereum per suum motum difformem. Hoc autem est propriuz huic corpori ꝙ influat absq; motu inquantum est supremum attingens quodā modo ordine substantiarum spiritualium prout Dio. dicit. z. c. de diui. no. ꝙ diuina sapientia coniungit principia secundorum finibus primorum. Ad primum ergo dicendum ꝙ celum empireum magis influit in celum aqueuz ꝙ in inferiora corpora inquātum scz celum aqueum plus recipit de influentia celi empirei vt vniformitas motus ostendit. vnde etiam magis conuenit cum celo empireo ratione sue vniformitatis ꝙ celum sydereum. Est autē de celestibus corporalibus duplex opinio. Una scz ꝙ sint de na-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

tura elementorum secundum q̄ celum empireum esset de natura ignis. celum aqueum de natura aque vel aeris. celum autez sydereum est compositum ex vtraq3 natura. quia in parte est lucidum in parte dyaphanum. Et ad hanc opinionem pertinet q̄ dicitur aquas esse ibi ad infrigidandum. Alia autem est opinio q̄ corpora celestia non sunt de natura quatuor elementorum sed quinta essentia. secundum quaz etiam celum aqueum non est de natura quatuor elementorum. sed dicitur aqueum propter dyaphaneitatem. sicut dicitur celum empireum. i. igneum propter lumen.

Contrarium concedim9 quāuis liber de intelligentiis non sit auctoritatis alicuius nec etiam verum sit q̄ omnis influxus sit ratiōe lucis nisi lux methaphorice accipiatur pro omni actu prout omne agens agit inquantum est ens actu. vel hoc potest esse verum in solis corporalibus in quibus proprie dicitur lux inquantum scz lux corporalis ē forma primi corporis agentis scz celi in cui9 vtute oia corpora inferiora agunt. z hec ad pñs dicta sufficiant.

Incipit quodlibet septimum

Uestium est de tribus. Primo quedam pertinentia ad substantias spirituales. Secundo quedam pertinentia ad sacramentum altaris. Tertio quedam pertinentia ad corpora damnotorum. Circa substantias spirituales querebatur. primo de cognitione earū. secundo de fruitione anime xpi tempore passionis. tertio de pluralitate in substantiis spiritualib9 inuenta. Circa primum querebantur quatuor. Primo vtz aliquis intellectus creatus possit diuinam essentiam videre immediate. Secundo vtrum intellectus creatus possit simul plura intelligere. Tertio vtrum intellectus angelicus possit intelligere singularia. Quarto vtrum noticia quā Augu. dicit prolem mentis sit accidens vel non.

Articulus primus

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ nullus intellectus creatus possit diuinam essentiam immediate videre. Intellectus enim creatus cum indifferenter se habeat ad omnia intelligibilia non potest cognoscere determinate aliquid nisi per obiectum sium determinetur. Sed diuina essentia non est obiectum quod possit intellectum determinare quia est summum in entib9 z maxime generalitatis z nullo modo determinatum. ergo intellect9 creatus ipsam videre non potest. Preterea ad hoc q̄ intellectus cognoscat aliquid oportet q̄ fiat in actu. Nihil enim operatur secundum q̄ est in potentia sed secundum q̄ est actu. Intellectus autez non fit in actu nisi secundum q̄ intelligibili informatur. Cum g9 essentia diuina nō possit per se ipsam informare intellectum vt formaliter faciat ipsum esse in actu oportet si dicitur per intellectum cognosci q̄ per aliq̄ sui similitudinem intellectum informet ad b9 q̄ cognoscatur. z ita non potent immediate nisi per similitudinez videri. Preterea ad hoc q̄ intellectus creatus essentiam diuinam videat oportet q̄ per lumen glorie perficiatur. Sed lumen glorie est medium distans z ab ipso intellectu et ab ipsa essentia diuina que est beatitudo increata cum lumen predictum dicatur creatura ergo intellectus creatus non potest videre diuinam essentiam immediate. Preterea secundum philo. in. 3. de aīa. Sicut sensus se habet ad sensibile ita se habz intellectus ad intelligibile. Sed ad hoc q̄ sensus visus suum obiectum percipiat duplici medio indiget scz lumine z specie que est similitudo rei vise. ergo hoc idez est necessarium intellectui in visione diuine essentie z sic non immediate eam videbit. Sed contra est quod dicitur. 1. Jo. 3. Uidebimus euz sicuti est. Preterea ad hoc q̄ intellect9 intelligat nihil aliud videtur requiri nisi q̄ intelligibile fiat in actu z q̄ intellectui coniungatur. Sed essentia diuina per se ipsaz est intelligibilis in actu cum sit imaterialis. intellectui etiam presens est q2 vt dicit Aug. Deus vnicuiq3 rei est vicinior q̄ ipsa res sibi. g9 intellectus creatus essentiam diuinam poterit immediate videre. Re.9 dicendum q̄ absq3 dubio tenendum est q̄ diuina essentia in patria immediate ab intellectu glorificato videatur. Ad cuius euidentiam sciendum est q̄ in visione intellectiua triplex medium cōtingit esse. Unum sub quo intellectus videt quod disponit eum ad videndum. z hoc est in nobis lumen intellectus agentis qō se habet ad intellectum possibilem nostruz sicut lumen solis ad oculum. Aliud medium est quo videtur et hoc est species intelligibil9 que intellectuz possibilem determinat z habet se ad intellectū possibilem sicut species lapidis ad oculum. Tertium medium est nisi quo aliquid videtur. z hoc est res aliqua per quaz in cognitionē alterius deuenimus sicut in effectu videmus causam. Et in vno similium vel contrariorum videtur aliud. z hoc medium se habet ad intellectum sicut speculum ad visum corporalem in quo oculus aliquem rem videt. Primum ergo medium z secundum non faci-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

unt mediatam visionem. immediate enim dicitur aliquis videre lapidem quãuis eum per speciem eius in oculo receptaz ꝛ per lumen videat. qz visus non fertur in hec media si invisibilia sed per hec media fertur in vnum visibile quod est extra oculum. Sed tercium medium facit visionem mediatam. visus enim fertur primo in speculum sicut in visibile quo mediante accipit speciem rei vise in specie vel in speculo. similiter intellectus cognoscens causaz in causato fertur in ipsum causatum sicut in quoddam intelligibile ex quo transit in cognitionez cause. Et quia essentia diuina in statu vie in effectibus suis cognoscitur non videmus eam immediate. Unde in patria vbi immediate videbitur tale medium penitus subtrabetur. Similiter etiam non est ibi medium secundum scz aliqua species essentie diuine intellectum informans qz quando aliquid videtur immediate per speciem suam oportet ꝙ species illa representet rem illam secundum completum esse sue speciei. alias non diceretur res illa immediate videri sed quedam vmbra eius sicut si similitudo lucis in oculo fieret per modum coloris qui est lux obumbrata. Cum autẽ omne quod recipitur in aliquo recipiatur in eo per modum recipientis impossibile est in intellectu creato similitudinez diuine essentie recipi que eam perfecte secundum totam suam rationem representet. Unde si per aliq̃ similitudinem talem essentia diuina a nobis videretur immediate non videremus essentiam diuinam sed quandam vmbraz ei⁹ Restat ergo ꝙ solum primum medium erit in illa visione scz lumen glorie quo intellectus perficietur ad videndum essentiam diuinam de quo in ps. In lumine tuo videbimus lumen. Hoc aũt lumen non est necessarium ad hoc ꝙ faciat intelligibile in potentia esse intelligibile in actu ad quod est nobis necessarium lumen intellectus agentis quia ipsa diuina essentia cum sit a materia separata est per se actu intelligibilis. Sed erit necessarium tantum ad perficiendum intellectum ad qõ etiam nunc lumen intellect⁹ agentis valet. predictum autem lumen glorie sufficienter perficiet intellectum ad videndum diuinam essentiam eo ꝙ ipsa essentia diuina totaliter lux intelligibilis est. Unde lumen glorie ab ea in intellectum descendens facit hoc respectu diuine essentie in intellectu quod facit respectu aliorum intelligibilium que non sunt lux tantum species rei intellecte simul et lumen sicut si lux sensibil⁹ per se existeret ad eius visionem sufficeret lumen oculum perficiẽs sine aliqua similitudine. Ad primum ergo dicendum ꝙ ali-

quid dicitur determinatum dupliciter. Primo ratione limitationis. Alio modo ratione distinctionis. Essentia autem diuina nõ est quid determinatum primo modo sed secundo modo. quia forma non limitatur nisi ex hoc ꝙ in alio recipitur cui materia commensuratur. In essentia autez diuina non est aliquid in alio receptum eo ꝙ esse eius est ipa diuina natura subsistens qõ in nulla re alia contingit. Nam quelibet res alia habet esse receptum ꝛ sic limitatum. ꝛ inde est ꝙ essentia diuina ab omnibus distinguitur ꝙ hoc ꝙ est in alio non recipi sicut si esset aliqua albedo existens ñ in subiecto ex hoc ipso distingueretur a qualibet albedine in subiecto existente. quãuis in ratione albedinis non esset recepta et sic nec limitata. Patet ergo ꝙ essentia diuina non est quid generale in essendo cum sit ab omnibus aliis distincta sed solu3 in causando. quia id quod est per se est causa eorum que per se non sunt. Unde esse per se subsistens est causa omnis esse in alio recepti. et ita essentia diuina est intelligibile quod potest determinare intellectum. Ad secundum dicendu3 ꝙ intellectus creatus fit actu ad videndum diuinam essentiam per lumen glorie. et hoc sufficit vt dictum est. Ad tertium dicendu3 ꝙ illud lumen glorie quãuiz ꝛ ab essentia diuina ꝛ ab intellectu sit differens per essentiam non tamen facit mediatam visionem vt ex dictis patet. Ad quartum dicendum ꝙ visibilia non sunt lux tantum. ꝛ ideo oportet ad hoc ꝙ visus determinetur ad ea ꝙ non solum sit ibi lumen sed etiam species rei vise. Essentia autem diuina est pure lux ꝛ ideo non requirit aliquam aliam speciem ꝑ ipsum lumen vt videatur sicut ex dictis patet.

Articulus secundus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ intellectus creatus possit simul plura intelligere. Potentia enim sensitiua cum sit materialis est inferior et magis contracta ꝑ intellectiua. Sed sensus potest simul plura sentire sicut sensus cõmunis simul sentit album ꝛ dulce dum eorum differentiam cognoscit. ergo intellect⁹ multo fortius potest simul plura intelligere. Preterea plura intelligibilia possunt simul cognosci inquantum sunt vnum. Sed omnia intelligibilia sunt vnum inquantum sunt intelligibilia. ergo omnia intelligibilia possunt simul cognosci. Preterea sicut se habet intellectus in habitu ad intelligibile in habitu ita se habet intellectus in actu ad intelligibile in actu. Sz intellectus in habitu

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

simul plura intelligibilia cognoscit in habitu. ergo intellectus in actu simul plura intelligit in actu. Preterea ad cognitionez in tellectus sufficit species rei intelligibilis in intellectu existens. Sz species intelligibiles non se impediunt quin simul sint in intellectu cum non sint contrarie eo q̃ sunt a materia separate. ergo intellectus non impeditur quin possit simul plura intelligere. Preterea capacitas intellectus ē maior q̃ cuiuscunqz corporis. Sz aliquod corpus est in quo simul possunt plures species etiam cōtrariorum fieri. sicut patet q̃ in vno puncto aeris in quo se intersecāt due linee directe a duabus visibilibus ad duos videntes est species vtriusqz visibilis. ergo multo fortius plures species actu possunt simul esse in intellectu z ita intellectus potest simul plura intelligere. Sed contra est qđ dicit phūs in .z. Topi. Contingit plura scire. intelligere vero vnum solum. Rc.o dicendum q̃ intellectus dupliciter aliquid intelligit scz primo et ex consequenti. Ex consequenti quidem contingit plura simul intelligere inquantum habent ordinem ad vnuz intelligibile primum. z hoc contingit dupliciter. Uno mō ex vnitate eius quo intelligitur sicut quādo plura intelligibilia per vnam speciem intelliguntur sicut intellectus diuinus omnia simul videt per vnam essentiam suam. z eodem modo intellectus creatus videns essentiam diuinam potest simul omnia videre que per essentiam diuinam videt. Alio modo ex vnitate eius qđ intelligitur scz quando plura intelliguntur vt vnum. totum enim vnum est primo intellectū et illa plura sunt intellecta ex consequenti in illo sicut cuz intellectus intelligit lineam simul intelligit partes lince vt dicitur in .3o. de aīa. Et similiter cum intelligit propositionem intelligit simul subiectum z predicatum. z cum intelligit similitudinem vel differentiam aliquorum simul intelligit ea quorum est similitudo vel diffetentia. Sed q̃ intellectus simul intelligat plura intelligibilia primo z principaliter est impossibile. Cuius ratio est quia intellectus secundum actum est omnino. i. perfecte res intellecta vt dicitur in .3o. de aīa. qđ quidem intelligendum est non q̃ essentia intellectus fiat res intellecta vel ispecies eius sed quia complete informatur per speciez rei intellecte dum eam actu intelligit. Uñ intellectuz simul plura actu intelligere primo idem est ac si res vna simul esset plura. In rebus enim materialibus videmus q̃ vna res numero non potest esse simul plura in actu. sed plura in potentia vel secundum dispositionem potest esse vnum et idem. Idem enim aer est simul potentia

aqua z ignis. z possunt etiam simul dispositiones ad vtrūqz quātum ad aliquid ineſſe eidem. sicut si aer ex vna parte calefieret et ex alia inspissaretur. sed q̃ aer simul actu sit ignis z aqua ē impossibile. z similiter etiam q̃ aliquid sit simul actu lapis z ferruz que non videntur contraria sed disparata. Intellectus autem ex ipsa ratione sue potentie est simul potentia omnia intelligibilia sicut z sensus omnia sensibilia. Potentia autem sensitiua per similitudines sensibilium reducitur in actum dupliciter. Uno modo imcōplete per modum dispositionis quando scz species sensibiles sunt in ea vt dispositiones qđ appellat Auicenna esse vt in thezauro. Alio modo perfecte quando scz species sensibiles actu informant potentiam sensitiuam. z hoc vocat Auicenna apprehensionez sensus distinguens potentias sensitiuas apprehendentes ab illis in quibus sunt forme sensibiles vt in thezauro. z similiter in intellectu in habitu sunt similitudines intelligibilium vt dispositiones. sed quando sunt actu intellecte sunt in eo vt forme perficientes. z tunc intellectus fit omnino res intellecta. z hoc contingit per intentionem que coniungit intellectum intelligibili z sensum sensibili vt dicit Aug. Unde patet q̃ sicut vna res materialis nō potest esse simul plura actu ita vnus intellectus non potest simul plura intelligere primo. Et hoc est q̃ Alga. dicit q̃ sicut vnum corpus nō potest simul figurari pluribus figuris ita vnus intellectus non potest simul plura intelligere. Nec potest dici q̃ intellectus informet perfecte simul pluribus speciebus intelligibilibus. sicut vnum corpus simul informatur figura z colore. quia figura z color nō sunt forme vnius generis nec in eodem ordine accipiuntur quia non ordinantur ad perficiendum in esse vnius rationis sed omnes forme intelligibiles inquantum huiusmōi sunt vnius generis z in eodem ordine se habent ad intellectum inquantum perficiunt intellectum in hoc qđ est esse intellectum in actu. Unde plures species intelligibiles se habent sicut figure plures vel plures colores qui simul in actu in eodem esse non possunt secundum idem. Ad primum ergo dicendum q̃ similiter dicendum est de potentia sensitiua. i. non potest plura simul sentire sed ex consequenti inquantum plura accipiuntur vt vnum sicut plura sensibilia vniuntur in vna differentia z plura sensibilia que sunt partes vniuntur i vno toto. Unde quando sentitur totum sentiuntur simul plures partes ex consequenti. z tunc intentio sensus non fertur ad aliq̃ partium principaliter sed ad totum quia si ad aliq̃ partium ferretur

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vt ad sensibile principale non simul sentiretur alia et iterum sensus cōmunis quāuis sit vna potentia secundum essentiam tamē aliquo modo multiplicatur secundum esse inquantum coniungitur diuersis sensibus propriis sicut vnum centrum ꝯungitur pluribus lineis. vnde immutationes omnium sensibilium simul terminantur ad sensum cōmunem. sicut motus qui esset per omnes lineas posset simul terminari ad centruz. sed intellectus non multiplicatur modo predicto in plures potentias. ꝛ ideo non ē simile

Ad secundum dicendum ꝙ cognoscibilia que simul cognoscuntur oportet ꝙ accipiantur vt cognoscibile vnum numero. omnia autem intelligibilia inquantum hmōi sunt vnum genere nō numero. ꝛ ideo ratio non sequitur. Ad tertium dicenduz ꝙ iaz patet ex predictis ꝙ non eodem modo se habet intellectus in habitu ad intelligibilia in habitu que sunt in ipso vt dispositiones ꝛ intellectus in actu ad intelligibilia in actu que sunt in ipo vt vltime perfectiones. Ad quartum dicendum ꝙ non solum prohibetur res aliqua esse plura contraria actu simul sed etiam plura esse disparata vt patet ex dictis. vnde quāuis forme intelligibiles in intellectu nō sint contrarie nihilominus tamen intellectus prohibetur simul plura intelligere vt ex dictis patet. Ad quinuz dicendum ꝙ species sensibiles que sunt in medio deferente sunt ibi per modum dispositionis ꝛ non per modum vltime perfectionis quia sunt ibi sicut in quodam fluxu ꝛ ideo non est simile.

Articulus tertius

D tertium sic proceditur. Videtur ꝙ intellectus angelicus non possit cognoscere singularia. Si enim cognoscit aut ꝯgnoscit per speciem acquisitam aut per concreatam. non per acquisitam quia vel illa esset particularis ꝛ per consequens materialis ꝛ ita in intellectu angeli unmateriali esse non posset. vel esset vniuersalis ꝛ sic per eaz singulare cognosci non posset. Similiter nec per concreatam. quia species concreata angelo a principio sue creationis fuit in ipso. Ad cognitionem autez alicuius sufficat ꝙ species eius sit in intellectu ꝛ ita si per speciem concreatam posset aliquod particulare cognosci tuz ē presens principio creationis sue illud cognouisset quando adhuc erat futurum quod non potest esse quia futura cognoscere solius dei ē Isa. 41. Annūciate q̄ventura sunt in futurum ꝛ sciemus quoniam dy estis vos. ergo angelus singularia cognoscere nō potest. Si dicatur ꝙ species ille con

create faciunt cognitionem presentium non autem futuroum.

Contra non potest aliqua cognitio noua fieri nisi fiat aliqua innouatio incognoscēte. Sed per hoc ꝙ particulare quod erat futurum sit presens non fit aliqua innouatio in intellectu angelico: cum nihil recipiat a re extra. ergo si prius tum erat futurum non cognoscebat nec tum fit presens cognoscere poterit. Si dicatur ꝙ quāuis nihil recipiat tamen formam quam apud se habebat prius applicat ad particulare quod de nouo fit. Contra. Intellectuz non potest aliquid ad aliud applicare nisi precognoscat ꝛ qō applicat ꝛ cui applicatur. quia prius est cognoscere duo secundū se q̄ comparationem vnius ad alterum. ergo applicatio predicta sequeretur cognitionem singulariuz ꝛ sic non posset esse causa eiꝰ Preterea si angelus cognoscit singularia. aut cognoscit vna specie aut pluribus. sed non pluribus quia sic oporteret ꝙ infinitas species apud se haberet cum infinita sint particularia ad minꝰ in potentia. similiter nec vna quia sic intellectus angelicus equaretur intellectui diuino qui vno seq essentia diuina plura intelligit. ergo intellectus angelicus singularia cognoscere non potest. Si dicatur ꝙ non cognoscit per vnam speciem omnia sed per vnam speciem omnia individua vnius speciei ꝛ non alia. Contra. Illa vna species non se habet magis ad vnum individuum q̄ ad aliud. sed oportet ꝙ per speciem intelligibilem intellectus determinetur ad determinatum cognoscibile. ergo per speciem illam non poterit cognoscere hoc particulare determinate. Sed contra est qō dicitur ad Deb. 1. Omnes sunt administratorii spiritus ꝛc. qō non posset esse nisi cognoscerent singulares homines. Rꝯ dicendum ꝙ angelus absqz dubio singularia cognoscit. Ut autem videamus modum quo hoc possibile sit sciendum est ꝙ ad hꝰ ꝙ singulare aliquod cognoscatur oportet ꝙ in potentia cognoscitiua sit similitudo eius inquantum particulare est. Omnis autē forma de se ꝯmunis est. Unde additio forme ad formaz non potest esse causa individuationis. quia quotcūqz forme simul aggregētur vt album, hicubicum. crispum et hmōi. non constituunt particulare. quia hec omnia simul sunt in vno ita ꝛ in pluribꝰ potentiis est possibile inueniri. Sed individuatio forme est ex materia per quaz forma contrahitur ad hoc determinatum. vnde ad hoc ꝙ particulare cognoscatur oportet ꝙ in cognoscente non solum sit similitudo forme sed aliqualiter materie. Similitudo autē rei cognite dupliciter est in cognoscente. Uno modo sicut causata

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a re sicut in his que cognoscuntur per speciem abstractam a reb⁹ Alio modo sicut causa rei vt patet in artifice qui cognoscit artificiatum per illam formam per quaz ipsum facit. Species autez q̄ est in sensu causata a re sensibili inquantum non est omnino a conditionibus materialibus depurata est similitudo forme secunduz q̄ est in materia. z ideo per eam cognoscitur particulare. Sed qz secundum q̄ in intellectu nostro recipitur species rei sensibilis est omnino iam a materialibus conditionibus depurata non potest intellectus noster per eaz directe particulare cognoscere sed p quādam reflectionem intellectus ad potentias sensitiuas a quib⁹ species intelligibiles abstrahuntur. Per formam autem que est causa rei boc modo cognoscitur res secundum q̄ forma illa est causa eius. z quia artifex bomo per formam artis non producit materiam sed materia presupposita inducit formam artis. forma artis q̄ est in mente artificis non est similitudo artificiati nisi quo ad formam tantum. vnde per eaz non cognoscit artificiatum in particulari nisi formam artificiati per sensum accipiat. Artifex autem increatus scz deus non solum producit formam sed etiam materiaz Unde rationes ydeales in mente ipsius existentes non solum sūt efficaces ad cognitionem vniuersaliuz sed etiaz ad singularia cognoscenda a deo. Sicut autem ille rationes ydeales effluunt i res producendas in esse suo naturali in quo particulariter vnumq̄ qz subsistit in forma z materia ita procedunt in mentes angelicas vt sint in eis principium cognoscendi res secundum suum totum esse in quo subsistunt. z sic per species influxas sibi ab arte diuina angeli non solum vniuersalia sed etiam particularia cognoscunt sicut z deus. Est tamen differentia in duobus. Primo quia ydee que sunt in mente diuina sunt forme factiue rerum z non solū principia cognoscendi. sed species que recipiuntur in mente angelica sunt soluz principia cognoscendi z non sunt factiue sed exemplate a factiuis. Secundo quia intellectus quanto est altior z perspicatior tanto ex vno potest plura cognoscere. Et quia intellectus diuinus est altissimus per vnam simplicem essentiam suā omnia cognoscit. nec est ibi aliqua pluralitas formarum ydealium nisi secūdum diuersos respectus diuine essentie ad res cognitas. sed in intellectu creato multiplicatur secundum rem q̄ est vnum secundū rem in mente diuina vt non possit omnia per vnum cognoscere. ita tamen q̄ quanto intellectus creatus est altior tanto habz pauciores formas ad plura cognoscenda efficaces. Et hoc ē q̄ Dio.

dicit. 12. c. ce. ier. Qz superiores ordines habent scientiam magis vniuersalem in inferioribus. Et in li. de causis dicitur q̄ intelligētie superiores habent formas magis vniuersales boc tamen obseruato q̄ in infimis angelis sunt forme adbuc vniuersales in tantum q̄ per vnam formam possunt cognoscere omnia individua vnius speciei. ita q̄ illa species sit propria vniuscuiusq̄z particularium secundum diuersos respectus eius ad particularia. sicut essentia diuina efficitur propria similitudo singulorum secundum diuersos respectus. sed intellectus humanus qui est vltimus in ordine substantiarum intellectualium habet formas in tantum particulatas q̄ non potest per vnam speciem nisi vnum quid cognoscere. Et ideo similitudo speciei existens in intellectu humano non sufficit ad cognoscenda plura singularia. z propter boc intellectui aduncti sunt sensus quibus singularia accipiat. Ad primuz ergo dicendum q̄ angelus nullo modo cognoscit singularia per speciem acquisitam. quia nec per speciem acceptam a re. Sic enim res agerent in intellectuz eius qd̄ est impossibile: neqz per aliquā speciem de nouo influxam a deo reuelante ipsi angelo aliquid d̄ nouo. quia species quas angelus habet apud se concreatas sufficiunt ad omnia cognoscibilia cognoscenda. sed secundum q̄ p altius lumen intellectus angeli elenatur in altiores conceptiōnes ex illis speciebus prodire potest sicut etiam ex eisdem fantasmatum speciebus intellectus prophetie lumine prophetie adiutus aliquā cognitionem accipit ad quaz non sufficiebat naturale lumen intellectus agentis. Restat ergo vt angelus cognoscat singularia p species concreatas. Sicut autem per vnam speciem concreatā potest cognoscere diuersa individua. ita etiaz multo amplius potest per vnam speciem cognoscere quicquid est in vno individuo vt non oporteat eum aliam speciem habere qua cognoscit colorem z odorem vnius pomi sed simul cognoscendo boc pomum cognoscit quicquid est in pomo illo z essentialiter z accidentaliter. Effectus autem non est in causa sua vt in ea possit cognosci nisi causa sit determinata ad effectum illum sicut patet in causis necessariis quibus cognitis cognoscuntur effectus earuz. Sed causa cōtingens non determinatur ad effectum suum nisi quando actu producit ipsuz. vnde in causa contingente non est effectus eius vt in ea possit cognosci nisi quando iaz actu productus est. Et ideo angelus per species concreatas cognoscens causas vniuersales omnium singulariuz contingentiuz nō cognoscit naturali cognitione

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

effectus earuz ante ꝙ sint in actu sed statim cuz actu sunt. Ad secundum dicendum ꝙ quando aliquid incipit esse presens angelus de nouo cognoscit illud non facta aliqua innouatione in ipo angelo. sed in re cognoscibili in qua est aliquid quod prius non fuit qđ sine ea cognita non cognoscitur. Ad tertium dicẽduz ꝙ applicatio illa est intelligenda per moduz illum quo deus ydeas ad res cognoscendas applicat non sicut medium cognoscibile ad aliud sed sicut modus cognoscendi ad rẽ cognitaz alias nihil valeret ad proposituz sicut ostensum ẽ in obiciendo. Ad quartum dicendum ꝙ intellectus angeli neqz vna specie cognoscit omnia neqz tot species habet quot sunt indiuidua vt ex dictis patet

Ad quintum dicendum ꝙ illa vna species efficitur ratio cognoscendi qđlibet indiuiduũ sz̃ respectuz ad ipm vt ex dictis pz̃.

Articulus quartus

D quartuz sic proceditur. Videtur ꝙ noticia q̃ ab Aug. dicitur proles mentis non sit in mente sicut accidens i subiecto. Nullum enim accidens excedit suum subiectum. Sed noticia excedit mentem quia mens non solum seipsum sed et alia per noticiam nouit. ergo noticia non est accidens mentis. Preterea nullum accidens est equale suo subiecto. Sed noticia est equalis menti alias in noticia mente z amore non consisteret ymago trinitatis qđ Aug. ponit. ergo noticia non est accidens mentis. Preterea hoc idem videtur ex verbis Aug. qui in. 9. li. de tri. dicit. ꝙ noticia z amor in anima existunt substantialiter vel vt ita dicam essentialiter non tanꝙ accidens in subiecto vt color aut figura in corpore. Sed contra: Noticia mentis nihil aliud esse videtur ꝙ scientia. Sed scientia est accidens cum sit in prima specie qualitatis. ergo z noticia. Rc̃o dicendum ꝙ noticia quatuor modis accipi potest. primo pro ipsa natura cognoscitiua. secundo pro potentia cognitiua. tertio pro habitu cognoscitiuo. quarto pro ipso cognitionis actu. Sicut etiam hoc nomen sensus quandoqz nominat naturam sensitiuam prout sz̃ est principium huius nature quod est sensibile. quandoqz vero nominat ipsam potentiaz quãdoqz vero actum. Loquendo ergo de noticia primo modo accepta constat ꝙ non est in substantia mentis sicut accidens in subiecto. sed substantialiter et essentialiter. sicut dicitur ꝙ rationale est in viuo et viuum in ente. Si autem loquamur de noticia tribus aliis modis accepta sic tupliciter potest considerari. vel secunduz

quaz comparatur ad cognoscentez. z sic inest cognoscenti sicut accidens in subiecto. z sic non excedit subiectum qz nunꝙ inuenitur inesse alicui nisi menti. vel secundum quaz ꝺparatur ad cognoscibile. z ex hac parte non habet ꝙ insit sed ꝙ ad aliud sit. Illud aũt qđ ad aliquid dicitur non habet rationem accidentis ex hoc ꝙ ẽ ad aliquid sed solum ex hoc ꝙ inest. z inde est ꝙ sola relatio secũdum rationem sui generis cuz substantia remanet in diuinis nec tamen est ibi accidens. Et propter hoc noticia secundum considerationem istam non est in anima sicut in subiecto. z secundũ hãc comparationem excedit mentem inquantum alia a mente per noticiam cognoscuntur. secundum hanc etiam considerationem ponitur trinitatis ymago. quia etiaz persone diuine distinguuntur secundum ꝙ ad alterum sunt. z secundum hoc etiam est quedam equalitas noticie ad mentem inquantũ se extendit ad omnia ad que potest se extendere mens. Et sic patet responsio ad obiecta.

Articulus quintus

Cinde queritur de fruitione anime xp̃i in passione. Et videtur ꝙ illa fruitio peruenerit vsqz ad essentiam aie. Anima enim xp̃i perfecte fruebatur. sed non esset perfecta fruitio si ad essentiam anime non peruenuret sed consisteret tantum in vna potentia sz̃ in superiori ratione. ergo perueniebat vsqz ad essentiaz anime. Preterea anima xp̃i perfectius fruebatur ꝙ anime sanctorum in patria. Sed fruitio sanctorum in patria pertingit vsqz ad essentiam anime. ergo multo fortius in xp̃o. Sz̃ ꝓtra. Nihil fruitur nisi qđ cognoscit. qz secundum Aug. fruimur cognitis in quibus propter se voluntas delectata conquiescit. Sed cognoscere non est essentie anime sed potentie. ergo fruitio ad essentiaz anime non perueniebat. Rc̃o dicendum ꝙ fruitio in actu quodã consistit quo deus videtur z amatur. actus autem non est nisi rei subsistentis. vnde proprie loquendo neqz potentie anime fruitur neqz essentia sed homo vel anima per se subsistens. sed tamen potentia anime sunt principia operationum vite. sicut essentie anime est principium esse viuentis z secundum hoc oportet dicere ꝙ superior ratio cuius obiectum est res eterna qua fruenduz est z principium fruitionis quo sz̃ anima fruitur. ad alias autem vires vt ad anime essentiam fruitio pertinere non potest nisi per quãdam redundantiaz prout scilicet ex illa fruitione superioris rationis aliquis effectus in essentia anime vt in potentiis inferioribus relin

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

quitur ꝛ sic aliquo modo perueniebat fruitio ad essentiam anime xpi in passione ꝛ aliquo modo non. Si enim consideretur essentia anime in passione xpi prout est actus corporis sic fruitio ad eam non perueniebat. alias corpus eius glorioſum factum fuisset. Similiter nec ad essentiam secundum q̄ est radix inferiorum virium quia sic fruitionis gaudium dolorē passionis qui erat in viribus inferioribus totaliter euacuasset. perueniebat autem ad essentiam anime secundum q̄ erat radix superioris rationis. ꝛ quia essentie anime est simplex ꝛ est tota in qualibet sua potentia ideo dicitur q̄ tota anima fruebatur in xpo inquantum scilicet est radix superioris rationis ꝛ tota patiebatur inquantum scilicet est actus corporis ꝛ radix inferiorum virium. Ad primum ergo dicendum q̄ non impeditur perfectio rei niſi per hoc q̄ tollitur aliquid de essentialibus rei. gloria autem corporis ꝛ inferiorum virium pertinet ad gaudium accidentale beatitudinis. et ideo quanuis in Christo fruitio non peruenerit ad essentiam anime secundum q̄ est actus corporis ꝛ secundum q̄ est radix inferiorum virium non sequitur q̄ fruitio fuerit imperfecta in xpo siue beatitudo. Ad secundū dicendum q̄ anima xpi perfectius fruebatur q̄ anime sanctorum in patria loquendo intensiue non autem loquendo extensiue. qz in patria gaudium fruitionis ad inferiores vires ꝛ etiam ad corpus glorificatum peruenit. qđ si i xpo fuisset viator non fuisset.

Einde queritur de pluralitate in substantiis spiritualibus inuenta. Et queruntur duo. Primo vtrum immensitas diuina excludat pluralitatem personarum. Secundo vtrum angelica simplicitas patiatur compositionem ex subiecto ꝛ accidente.

Articulus sextus

D primum sic proceditur. Videtur q̄ immensitas diuina excludat pluralitatem personarum. Omne enim imensuꝫ cum sit indeterminatum stat in vno. Sed quicquid est in diuinis est immensum. Cuꝫ ergo persona sit in diuinis stabit in vno ita q̄ non erunt ibi plures persone. Si dicatur q̄ persone hoc modo in vno stant q̄ omnes sunt vna essentia. Contra. Sicut essentia est immensa ita ꝛ persona. Sed immēsitas essentie facit q̄ sit vna essentia tantum. ergo immensitas persone facit q̄ sit vna persona tantum. Si dicatur q̄ persona non est immensa niſi immensitate essentie. Contra. Persona secunduꝫ intellectum addit aliquid supra essentiam. Sed quicquid intelligitur in diuinis intelligitur

vt immensum. gꝰ preter immensitatem essentie est in deo immensitas persone que facit in diuinis vnam tantuꝫ personam. Sꝫ contra est qđ ꝺr. 1. Io. 4. Tres sunt qui testimonium dant i celo

Rꝰ dđ q̄ immensitas non excludit pluralitateꝫ niſi sꝫ q̄ tollit determinationem que est pluralitatis principium primum. Sicut autem dictum est prius duplex determinatio scꝫ limitationis ꝛ distinctionis. In diuinis autem nullo modo cadit determinatō limitationis. cadit autem ibi determinatio distinctionis dupliciter. Uno modo secundum q̄ distinguitur per essentiam ab omnibus creatis vt non limitatum a limitato. Alio modo secunduꝫ q̄ persona distinguitur a persona per relationem originis que quidem distinctio non est propter aliquam limitationem sed ratione oppositionis que est in relatione. vnde hanc distinctioneꝫ immēsitas diuina non excludit ꝛ per consequens nec pluralitatem personarum. Et per hoc patet responsio ad primum. Ad secundū dicendum q̄ quāuis persona sit immensa tamen immensitas ē essentiale non personale. sicut persona est bona bonitate essentiali. vnde non oportet q̄ immensitas faciat indistinctionem in personis sed solum in esse nature. Ad tertium dicendum q̄ persona non dicitur aliquid secundum intellectum addere supra essentiam quasi intellectus debeat intelligere aliquid additum essentie. Esset. n. intellectus falsus sed qz intelligendo personam intelligo essentiam de necessitate sꝫ ñ ecōuerso. vñ obiectio ñ procedit

Articulus septimus

D zꝰ sic procedit. videtur q̄ in angelis non sit ꝓpositio accident ꝛ subiecti. qz esse accidētale causatur ab esse subāli. gꝰ ꝛ ꝓpositio accidentalꝫ a ꝓpōne substantiali. Sꝫ in āgel nō ē ꝓpō subālis. qz sunt substantie simplices vt Dio. dicit. gꝰ nec ꝓpō accidētalꝫ. Preterea, Boe. dicit in li. de tri. q̄ forma simplex subiectū esse ñ pōt. Sꝫ angeli sunt forme simplices sꝫ Dio. gꝰ ñ pñt esse subiectuꝫ accidētis. Sꝫ ꝓtra est q̄ Aug. subās spūales ponit ꝺficere a simplicitate diuina ꝓ b. gꝰ q̄ ē in eis ꝓpositio accñtis ꝛ subiecti. Rꝰ dicendum q̄ ex hoc aliquid est susceptiuum forme substantialis vel accidentalis q̄ aliquid habꝫ possibilitatis quia de ratōne potentie est vt actui substernatur qui forma dicitur. De angelis autem diuersi diuersa sentiunt. Quidaꝫ. n. dicunt q̄ sunt ex materia ꝛ forma ꝓpositi. Alii dicūt q̄ sunt ꝓpositi ex eē ꝛ qđ ē vt Boe. dicit. Et vtroqꝫ mō oꝫponere potētialitatē in āgelo. De pꝰ. n. mō pꝫ. similiter patere pōt de zꝰ qz oē qđ nō est suum esse

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

oportet ꝙ habeat esse receptum ab alio qđ est sibi causa essendi. Et ita in se consideratum est in potentia respectu illius esse quod recipit ab alio. ⁊ hoc modo ad minus potentialitatē ponere oportet in angelo quia angelus non est suum esse hoc enim solius dei est. Et ita relinquitur ꝙ angelus possit esse subiectuꝫ accidentalis forme. Ad primuꝫ ergo dicendum ꝙ substantialis simplicitas in angelis excludit compositionem materie ⁊ forme non autez cōpositionem ex esse ⁊ qđ est. quaꝫ compositionez ad minus accidētalis compositio in angelis presupponit. ⁊ iteruꝫ non oportet ꝙ si esse accidentale causatur a substantiali ꝙ compositio accidentalis a compositione substantiali causaretur quia substantia aliquo modo simplex potest esse subiectuꝫ accidentis vt dictum ē. Ad secundum dicendum ꝙ Boe. loquitur de illa forma simplici que est actus pur⁹ cui nihil potētialitatis admiscetur. ⁊ tal ē sol⁹ deus.

Einde queritur de sacramento altaris. Et circa hoc querūtur tria. Primo vtrum corpus xp̄i secundum totam suam quantitatem contineatur sub speciebus panis. Secundo vtrum in eodem instanti sit panis ⁊ corpus xp̄i. Tertio vtrum deus possit facere ꝙ albedo ⁊ alie qualitates sint sine quantitate sicut facit ꝙ quantitas in sacramento altaris sit sine subiecto.

Articulus octauus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ non possit totuꝫ corpus xp̄i sub illis speciebus panis contineri. Non eniꝫ pōt etiam per miraculum fieri vt duo contradictoria sint simul vera. vt Augu. dicit contra Faustum. Hoc autem sequeretur si totum corpus xp̄i subesset illis speciebus. Si enim est sub illis speciebus totum non est maius illis speciebus cum non excedit eas. ⁊ tamē secundum rei veritatem est maius cum sit bicubitum vel amplius Et sic erit eodem maius et non maius. ergo non potest etiam per miraculum fieri ꝙ sub illis speciebus contineatur totum. Sꝫ contra. vbicunqꝫ est pars alicuius corporis est ⁊ totum corpus nisi corpus sit diuisum. Sed corpus xp̄i non est diuisum cuꝫ sit impassibile. ergo cum aliquid corporis xp̄i sit sub illis speciebus vt dicitur Math. 26. Hoc est corpus meum. oportet ꝙ sub illis speciebus totum corpus cristi contineatur. Resposio dicendum ꝙ sub illis speciebus absqꝫ dubio continetur totum corpus cristi et tota quantitas eius. Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ ī sacramēto altaris dupliciter aliquid ꝯtinet. Uno⁹ ex vi sacramēti.

Alio modo ex naturali concomitantia. verbi gracia. Sub speciebus panis continetur ⁊ corpus ⁊ sanguis xp̄i. sed corpus ex vi sacramenti. sanguis ex concomitantia naturali. quia corpus xp̄i nō est sine sanguine. sub speciebus autem vini est econuerso. Illud autem continetur sub sacramento ex vi sacramenti qđ est transubstātionis terminus. ⁊ propter hoc anima ⁊ diuinitas non continetur in sacramento ex vi sacramenti cum panis ⁊ vinum in ea nō conuertantur sed ex naturali concomitantia qua anima inseparabiliter vnitur illi corpori ⁊ diuinitas humanitati. Cum autem ex parte panis substantia transeat ⁊ quantitas maneat cum reliquis accidentibus patet ꝙ directe transubstantionis terminus est substātia corporis xp̄i. ⁊ sic ipsa substantia corporis xp̄i est ibi ex vi sacramenti sed quantitas ex naturali concomitantia. Unde patet ꝙ substantia corporis xp̄i immediate habet ordinem ad dimensiones panis remanentes. quantitas autez corporis xp̄i quasi ex cōsequenti. Econuerso autem est in ordine locati ad locum. qꝛ substantia locati ordinatur ad locuꝫ mediantibus dimensionib⁹ propriis. ⁊ inde est ꝙ oportet dimensiones locati cōmensurari dimensionibus loci continentis non autē dimensiones corporis xp̄i cōmensurari dimensionibus specierum. ⁊ ideo sub quibuslibet paruis dimensionibus panis potest esse totū corpus xp̄i. sicut tota natura substantie alicuius corporis saluatur in qualibet parte illius corporis. Ad primum ergo dicendum ꝙ non sequitur ex hoc corpus xp̄i non esse maius illis speciebus. qꝛ nō ꝯtinetur sub eis quasi ꝯmensuretur ⁊ sic nō sequitur contradictoria esse simul.

Articulus nonus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ in eodem instanti sub speciebus illis sit substantia panis ⁊ corpus xp̄i. Accipiatur enim vltimum instans in quo est panis ⁊ primum instans in quo est corpus xp̄i. Aut ergo sunt duo instantia aut vnum. sꝫ non duo quia cum inter quelibet duo instantia sit tempus medium esset aliquod tempus dare in quo non esset ibi nec corp⁹ xp̄i nec substantia panis. ergo oportet ꝙ sit vnum instans. ⁊ sic in eodem instanti ibi est panis ⁊ corpus xp̄i. Si dicatur ꝙ non est dare vltimum instans in quo est panis. Contra. Esse panis mensuratur quodam tempore. sed mensura propria equatur mensurato ergo in quolibet instanti illius temporis est ibi panis. et sic in vltimo instanti. Preterea sicut se habet tempus ad motuꝫ ꝯtinuuꝫ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ita se habet instans ad mutationem instantaneam. Sed tempus includit vtrunqz terminorum motus continui. ergo et vnum instans includit vtrūqz terminū transubstanciationis que est mutatio instantanea. Eius autem termini sunt panis et corpus xp̄i. g⁹ in eodem instanti est panis ⁊ corpus xp̄i. Preterea in qualibet mutatione instantanea simul est verum dicere quod fit ⁊ factū est quia in instanti non est accipere prius ⁊ posterius. ergo cum transubstantiatio sit mutatio instantanea simul verum est dicere ꝙ fit ibi corpus xp̄i ⁊ factum est. ergo corpus xp̄i simul est ibi ⁊ non est sed quando non est ibi corpus xp̄i est ibi substantia panis. ergo simul in eodem instanti est ibi corpus xp̄i ⁊ substantia panis. Sz contra. Due forme substantiales disparate non possunt in eodez instanti eidem inesse. Sed forma panis ⁊ corpus xp̄i sunt huiusmodi. ergo non possunt simul eidem inesse ⁊ in eodem instanti.

Ad⁹ dicendum ꝙ nullo modo in eodem instanti est ibi corp⁹ xp̄i ⁊ substantia panis. Nec est assignare vltimuz instans in quo est ibi panis sed vltimum tempus qđ ꝯtinuatur ad instans illud in quo primo est ibi corpus xp̄i. Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ in rebus naturalibus mutationes instantanee sunt termini motus semper. Cuius ratio ē quia huiusmodi mutationes habēt pro terminis formam ⁊ priuationem sicut generatio ignis ignem ⁊ non ignem. Inter formam autem ⁊ priuationem non potest esse aliquod medium nisi per accidens inquantum scilz illud qđ priuatur forma magis ⁊ minus appropinquat ad formā ratione alicuius dispositionis ad formam que intenditur vel remittitur per motum continuum. Et ideo oportet preexistere motum alterationis qui terminetur ad generationem. et sic alteratio habet duos terminos. vnum sui generis scz vltimam dispositionem que ē necessitas ad formam qz alteratio est motus in qualitate. ⁊ alius alterius generis scz formam substantialem. Et eodem modo illuminatio est terminus motus localis solis qui est mutatio instantanea existens inter formam luminis ⁊ priuationē eius scz tenebras Cuiuslibet autem motus qui mensuratur aliquo tempore oportz ꝙ vltimus terminus sit in vltimo instanti temporis. Unđ cuz forma substantialis sit quidam terminus alterationis oportet ꝙ in vltimo instanti illius temporis introducatur forma substantialis corruptio autem ⁊ generatio simul currunt. quia generatio vnius est corruptio alterius. Oportet ergo ꝙ in vltimo instanti illius tēporis sit terminus corruptionis vnius vt aeris ⁊ terminus generationis alterius vt ignis. terminus autem corruptionis est non esse Oportet ergo ꝙ in vltimo instanti illius temporis sit primo non aer ⁊ primo ignis sed antevltimum instans alicuius temporis nō potest accipi penultimum qz inter quelibet duo instantia est tempus medium secundum phm̄. et sic non est accipere vltimum instans in quo fit aer sed in toto tempore mensurante motum alterationis erat aer. ⁊ in vltimo instanti eius est primo non aer ⁊ primo ignis. ⁊ similiter transubstantiatio est terminus cuiusdam motus qui consistit in prolatione verborum. vnde in vltimo instanti temporis mensurantis illam prolationem est primo non panis et primo corpus xp̄i. ⁊ sic non est dare vltimum instans in quo ē panis sed vltimum tempus. Inter tempus autem ⁊ instans nō oportet ꝙ aliquid cadat medium. sicut nec inter lineam ⁊ punctum. et sic non oportet ꝙ aliquando neqz sit panis neqz corpus xp̄i. Et ita patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum ꝙ punctum additum vel subtractum linee non facit maius vel minus. ⁊ similiter est de instanti appositio tempori vel subtracto ab eo. Unde quāuis in vltimo instanti temporis mensurantis esse panis ñ sit panis. tamen non sequitur ꝙ tempus illud sit maius ꝙ duratio esse panis ⁊ sic ꝙ mensura non equetur mensurato. Ad tertium dicendum ꝙ instans dicitur mensurare mutationem aliquā instantaneam inquantum mensurat terminum eius ad quem qz terminus eius a quo coniungitur cum toto motu precedenti. ⁊ ita mensuratur tempore mensurante motum precedentem. sed tēpus mensurat motum ratione vtriusqz termini ⁊ ideo non est simile.

Ad 4ᵐ dđ ꝙ fieri dicitur dupliciter. vno⁹ moueri ad esse ⁊ sic illud qđ generat in toto tēpore alteratōnis p̄cedētis đr fieri. ⁊ h⁹ mō loquit phūs de fieri in. 6. phi. vbi ostēdit ꝙ oē factū esse p̄cedit fieri ⁊ oē fieri p̄cedit factū esse. ⁊ sic nō ē vez ꝙ aliquid fiat et factuz sit. sed sic ē vez ꝙ illud qđ fit non est. Alio mō đr fieri res qñ introducit forma. ⁊ sic fieri nō ē moueri sz terminari motū. vñ sicut simul motus terminatur ⁊ terminatus est ita simul aliquid fit ⁊ factum est. sed hoc modo illud quod fit est qz termin⁹ factionis est esse in quo ponitur esse illud qđ dicitur hoc modo moueri.

Articulus decimus

Dubitatur sic proceditur. Videt ꝙ deus non possit facere ꝙ albedo aut aliqua qualitas corporalis sit sine quātitate qz quantitas est prima dispositio corporis ex eo ꝙ immediate

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

adberet substantie vt dicit Boe. Sed primum in quolibet genere est causa eorum que sunt post vt dicitur in .z. metb. ergo a quãtitate habent omnia alia accidentia q̃ sint dispositiones corporales. ergo remota quantitate nulla qualitas corporalis remanet. Preterea qualitas spiritualis vt sciencia vel virtus est nobilior q̃ qualitas corporalis. Sed qualitas spiritualis etiam miraculose non posset esse sine subiecto vt videtur. ergo multo minus qualitas corporis possit esse sine subiecto ad minus qđ est quantitas. Preterea magis est remotum a natura q̃ qualitas corporalis sit omnino sine subiecto q̃ q̃ sit in subiecto spirituali quia esse i subiecto spirituali est qualitatis spiritualis que est in predicamẽto eodem cum qualitate corporali. Sed esse omnino sine subiecto est substantie que est aliud predicamentum. Sed non posset miraculose fieri q̃ qualitas corporalis esset in subiecto spirituali vt albedo in angelo. ergo multo minus potest fieri q̃ qualitas corporalis non habeat subiectum ad minus quantitatem. Preterea magis dependet qualitas a substantia q̃ econuerso. Sed deus non posset facere aliquam substantiam creatam absq3 omni accidente quia ad minus oportet q̃ creature insit relatio ad suum creatorem ergo multo minus potest fieri q̃ qualitas sit absq3 omni subiecto

Sed contra. Propter hoc potest fieri q̃ in sacramento altaris quantitas sit sine substantia quia quantitas per essentiam a substantia differt. Sed similiter qualitas differt per essentiam a quãtitate. ergo eadem ratione fieri posset vt qualitas esset sine quantitate. Rn̄. dicendum q̃ diuine potentie ratione sue immensitatis attribuendum est q̃ quicquid in defectum non sonat tamen aliqua sunt que natura creata non patitur vt fiat propter aliquã repugnantiam quã important ratione contradictionis implicite ⁊ de talibus consuenit a quibusdam dici q̃ deus potest ea facere quãuis fieri non possint. Ut ergo videamus vtrum fieri possit a deo q̃ albedo sit sine quantitate sciendum est q̃ in albedine ⁊ qualibet alia qualitate corporali est duo considerare. s. ipsam naturam albedinis per quam speciem sortitur ⁊ indiuiduationem eius secũdum q̃ est hec albedo sensibilis ab alia albedine sensibili distincta. Posset ergo fieri miraculo vt natura albedinis subsisteret absq3 omni quantitate. tamen illa albedo non esset sicut hec albedo sensibilis sed esset quedam forma intelligibilis ad modum formarum separatarum quas Plato posuit. sed q̃ hec albedo sensibilis indiuiduata esset sine quantitate fieri ñ posset quãuis fieri possit

q̃ quantitas indiuiduata sit sit sine substantia qr quantitas non indiuiduatur solum ex subiecto. sicut alia accidentia sed etiam ex situ qui est de ratione ipsius quantitatis dimensiue que est quantitas positionem habens. Et ideo possibile est ymaginari duas lineas separatas eiusdem speciei numero diuersas secundum diuersum situm alias linea non esset diuisibilis ex ipsa ratione sui generis. Non enim diuiditur linea nisi in lineas. Plures autem albedines eiusdez speciei sine subiecto ymaginari est impossibile. ⁊ sic patet q̃ albedo non indiuiduatur nisi ex subiecto. ⁊ propter hoc ñ posset esse indiuidua nisi esset in aliquo subiecto ad minus i quãtitate. sed quantitas habz vnde indiuiduetur etiam absq3 subiecto. et ideo potest per miraculum esse hec quantitas sensibilis etiam absq3 subiecto sicut patet in corpore xpi. Ad primum g̃o. dicendum q̃ albedo si sine quantitate esset iam non esset corporalis qualitas sed spiritualis vt ex dictis patet. Ad secundum dicẽdum q̃ de qualitate spirituali omnino idem dicẽdum videtur qđ de qualitate corporali dictum est. Ad tertium dicendũ q̃ cuz substantia spiritualis quantitate careat non potest fieri q̃ qualitas corporalis sit in substantia spirituali nisi per modum illuz q̃ potest esse sine quantitate vt dictum est. Ad quartum dicendum q̃ ex hoc ipso q̃ substantia creata comparatur ad deum cõsequitur ipsam aliquod accidens sicut ipsa relatio creationis aut seruitutis aut alia similis relatio. vnde sicut deus non potest facere q̃ creatura non dependeat ab ipso ita non posset facere q̃ esset absq3 huiusmodi accidentibus. posset autem facere q̃ esset absq3 alijs accidentibus. Accidens autem non habet subiectum ex hoc q̃ comparatur ad deum. et ideo nihil prohibet quin deus facere possit aliquod accidens esse sine subiecto. Ad quintum quod obicitur contra patet q̃ non est eadem ratio de quantitate ⁊ qualitate vt ex dictis patet.

Eindę queritur de corporibus damnatorum. Et circa hoc queruntur tria. Primo vtrum corpora damnatorum sint incorruptibilia. Secundo vtrum resurgent cum suis deformitatibus. Tertio vtrum punientur in inferno verme ⁊ fletu corporali.

Articulus vndecimus

D primum sic proceditur. Videtur q̃ corpora damnatorum non erunt incorruptibilia. Corpus enim non potest esse incorruptibile nisi per naturam vt celeste. vel per graciam in-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nocentie vt corpus hominis in primo statu. vel per gloriam sicut corpus xp̄i in resurrectione. Sed nullum istorum competit corporibus damnatorum. ergo corpora damnatorum non erunt incorruptibilia. Si dicatur ꝙ erunt incorruptibilia ex decreto diuine iusticie vt perpetuo puniantur. Contra. Culpe non debetur pena perpetua nisi secunduꝫ ꝙ habet aliquid perpetuitatis. Sꝫ perpetuitas culpe nō est ex parte corporis sed ex parte voluntatis q̄ eligit perpetuo in peccato manere. ergo diuina iusticia non requirit ꝙ corpus eternaliter puniatur. Preterea corpus non punitur pro peccato anime nisi inquantum est organum anime operantis peccatum. Sed in aliquibus actibus potest esse peccatum mortale in quibus corpus non cōmunicat sicut patet in peccatis spiritualibus. ergo si aliquis pro eis solis damnetur corpori eius non debetur pena perpetua. Preterea sicut aliquis damnatur propter peccatum transgressionis ita damnatur propter peccatum omissionis. Sed in omissione nihil cooperatur corpus. ergo non debet sibi pena perpetua si propter peccatuꝫ omissionis aliquis damnetur ⁊ sic diuina iusticia non requirit corpora damnatorum esse incorruptibilia. Sed contra. Remota causa remouetur ⁊ effectus. Sed post resurrectionem cessabit motus celi qui est causa corruptionis in corporibus. ergo cessabit corruptio ⁊ sic corpora damnatorum non erunt corruptibilia. R.º dicendum ꝙ corpa dānatoꝝ erūt incorruptibilia q̄uis sint passibilia. Incorruptibilitatis autem prima causa ⁊ principalis est iusticia diuina que conseruabit corpora damnatorum in perpetuis penis. Sed causa secūdaria ⁊ quasi coadiuuans erit quies motus celi quo quiescente nulla actio vel passio poterit esse in corporibus pertinens ad trāsmutationem nature. Unde ⁊ corpora damnatorum non patiētur ab igne passione nature qua natura corporis humani transmutetur a natura sua sed patientur passione anime sicut organum sensus a sensibili suscipiendo similitudinem qualitatis sensibilis.

Ad primum g.º dd ꝙ ratio illa procedit ex insufficiēti diuisione. Est. n. hic alia cā incorruptionis a rebus q̄ tangunt in obiectione. s. decretū diuine iusticie q̄uis possit dici aliquo mō ꝙ etiam ꝑ naturaꝫ erunt incorruptibilia inquantū. s. remouet naturale corruptionis principiuꝫ. s. motus celi. Ad 2.º dd ꝙ peccatū ⁊ rōnem culpe ⁊ perpetuitatis habet ex anima non ex corpore. Unde sicut corpus punitur pro peccato inquantum ē instrumentum peccati rōnē culpe hn̄tis ab aīa ita ꝑpetuo puniri dꝫ inquātuꝫ est in

strumentum peccati qd habet perpetuitatē ex voluntate. Ad tertium dd ꝙ hec n̄ ē ratio principal' quare corpus punitur ꝓ peccato aīe qꝛ ē instrumentum aīe operantis peccatuꝫ sꝫ magis qꝛ ē pars essential' hoīs qui operatur. Proprie. n. loquēdo hō est qui peccat per aīam. ⁊ ideo si puniretur aīa tantum nō puniretur qui peccauit. s. hō. Nec tn̄ ē verꝫ ꝙ aliquis actꝰ sit hoīs in vita p̄senti in quo corpꝰ n̄ ꝯmunicet qꝛ q̄uis in actibus intellectiue partis n̄ ꝯmunicet corpus sicut instrumētum actus ꝯmunicat tamen sicut representans obiectum qꝛ obiectum intellectus est fantasma sicut color visus vt dicitur in. 3. de aīa. Fantasma autem non est sine organo corporali. ⁊ sic patet ꝙ etiam intelligendo ⁊ in aliis actibus anime vtimur aliquo modo corpore. Ad quartum dicendum ꝙ pro peccato omissionis non damnatur aliquis quia aliquid agatur sed qꝛ omittitur illud qd est debituꝫ fieri ab anima et corpore. erat autē debitum fieri et ab anima ⁊ a corpore inquātum corpus cōmunicat actibus aīe. ⁊ ita eodem modo peccatum transgressionis ⁊ omissionis ꝑtinet ad corpꝰ et animam.

Articulus duodecimus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ corpora damnatorum resurgent sine deformitatibus. Resurrectio. n. fiet diuina virtute q̄ est perfectissima. Sꝫ v̄tutis perfecte perfecta est operatio ⁊ effectus. g.º corpora resurgentium erunt perfecta. ⁊ ita corpora damnatorum resurgent sine deformitatibus. Sꝫ ꝯtra est sapientie. xi. Per que peccat quis per hec ⁊ torquetur. Sed dānati peccauerunt per corpora deformitatem habentia. g.º resurgēt cum deformitatibus. R.º dicendum ꝙ deformitas in corpore potest esse duobus modis. Uno.º ex defectu alicuius membri. ⁊ talis deformitas vt ꝯmuniter dicitur in corporibus damnatoꝝ nō erit qꝛ oēs resurgēt īcorrupti. i. sine defectu alicuiꝰ mēbri vt sic totū corpꝰ puniat' in reꝓbis ⁊ p̄mietur ī electis. Alio.º pōt eē d̄formitas vl' defectꝰ corpis ex indebita ꝓportōe partiuꝫ sicut febris accidit ex indebita ꝓportiōe humoꝝ. ⁊ sicut gibbus accidit ex superhabundātia carnis in aliqua ꝑte. ⁊ de tali deformitate vl' d̄fectu est duplex opinio. Quidā. n. attēdentes dānationē reproboꝝ vt nihil eis mali deesset dixerunt ꝙ talibus deformitatibꝰ n̄ carebūt Alii v̄o attēdētes v̄tutē resuscitātis qui sicut naturā ꝯdidit ī ope creatōis ita naturaꝫ in resurrectiōe reparabit: dicūt ꝙ oēs d̄fectꝰ qui. ex vitio nature acciderūt actor nature amouebit vt febrem ⁊ hmōi. Sꝫ defectꝰ qui ex parua voluntate processerūt in reprobis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

remanebunt sicut sunt macule ⁊ reatus peccatorum. Quid autez horum verius sit Aug. in ench. sub dubio relinquit dicens q̄ nulla debet esse questio de pulchritudine illorum quoruz est certa dānatio. Dis visis facile patet solutio ad obiecta.

Articulus decimustertius

D tertium sic proceditur. Uidetur q̄ corpora damnatorz punientur vermibus et fletu corporalibus. Dicitur enim Judith. vltimo. Dabit ignem ⁊ vermes in carnes eorum. Sed vermis spiritualis non datur in carnem sed magis in animam. ergo vermis quo reprobi punientur non est tantum spiritualis sed etiam corporalis. Item Luce. 15. dicit quedaz glo. Qz per fletuz quē dominus reprobis cōminatur potest probari vera corporuz resurrectio qō non esset si fletus ille esset tantum spiritualis. ergo ꝛc.

Sed contra est q̄ vermis quo punientur reprobi est imortalis Isa. vltimo. Uermis eorum non morietur. Sed nullū animal habet ordinem ad immortalitatem nisi homo. ergo vermis ille non erit materialis. Preterea in fletu corporali fit quedaz resolutio lacrimarum. Sed omne corpus finitum a quo aliquid continue resoluitur nisi fiat aliqua restauratio tandem consumitur. Cum g⁹ in corporibus damnatorum nulla restauratio fiat deperditi videtur q̄ fletus qui erit in eis perpetuus non erit materialis. Rn⁹ dicendum q̄ circa hoc Aug. li. 20. de ci. dei ponit diuersas opiniones sic dicens. In penis maloruz ⁊ inextinguibilis ignis ⁊ viuacissimus vermis ab aliis atqz aliis aliter atqz aliter est expositus Alii quippe vtrūqz ad animum retulerunt. alii vtrūqz ad corp⁹ alii ad corpus ignem: ad animam tropice vermem quod esse credibilius videtur. Unde sequentes Augustinum dicimus q̄ vermis ille erit spiritualis vt ipse remorsus conscientie interius animam corrodēs vermis dicatur. ⁊ similiter fletus erit spiritualis vt ipse dolor fletus dicatur. Aliquo tamen modo posset dici corporalis fletus etiam sine lacrimarum emissione. vt fletus dicetur nō solum dolor anime sed dispositio qua corpus disponitur anima dolente. Ad primum ergo dicendum q̄ locutio illa tropica ē ⁊ sic possumus per carnes exponere animas impiorum qui carnales fuerunt. Ad secundum dicendum q̄ fletus corporalis mō predicto sine lacrimarum emissione sufficit ad veritatem resurrectionis insinuandam. si tamē sustineretur q̄ vermis ⁊ fletus essent corporales posset dici q̄ diuina virtute ⁊ vermis ille sustentaretur

⁊ lacrimarum deperditio restauraretur.

Hinde queritur de sensibus sacre scripture. Et circa hoc quaeruntur tria. Primo vtrum preter sensus litterales in verbis sacre scripture alii sensus lateant. Secundo de numero sensuz sacre scripture. Tertio vtrum isti sensus inueniant⁹ in aliis scriptur⁹.

Articulus decimusquartus

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ in eisdem verbis sacre scripture non lateant plures sensus quia dictionibus semel sumptis non est vtendum equiuoce vel multipliciter. Sz pluralitas sensuum facit multiplicem locutionem. ergo in eadem locutione sacre scripture non possunt plures sensus latere. Preterea sacra scriptura ordinata est ad intellectum secunduz illud ps. Declaratio sermonum tuoruz dat intellectuz. Sed multiplicitas sensuum obnubilat intellectum. ergo non debent in sacra scriptura multi sensus esse. Preterea id quod potest esse occasio erroris debet in sacra scriptura vitari. Sed ponere aliquos sensus preter litteralem in scriptura potest esse occasio erroris. quia quilibz posset exponere sacram scripturam secundum q̄ ipse vellet ad confirmationem opinionis sue. ergo non debent esse plures sensus in sacra scriptura. Preterea Aug. dicit. 2. super Gen̄. ad litteram. Qz maior est sacre scripture auctoritas q̄ omnis humani ingenii perspicacitas. ergo ille sensus qui non habet auctoritatez ad aliquid cōfirmandum non est conueniens sensus sacre scripture. Sed nullus sensus preter litteralem habet robur ad aliquid confirmanduz vt patet per Dio. in epistola ad Titum. Dicit enim q̄ simbolica theologia. i. que ex similibus procedit non est argumentatiua. g⁹ sacra scriptura alios sensus preter litteralem non habet. Preterea quicunqz sensus ex verbis alicuius scripture trahitur quem auctor non intendit non est sensus proprius. quia auctor per vnam scripturam non potest intelligere nisi vnum qz non contingit plura simul intelligere secundum phm̄. ergo non possunt esse plures sensus proprii sacre scripture. Sed contra est quod dicitur Danielis. 12. Pertransibunt plurimi ⁊ multiplex erit scientia. Preterea Diro. dicit in prologo biblie loquens ō apoca. In verbis singulis multiplices latent intelligentie. Rn⁹ dicendum q̄ sacra scriptura ad hoc diuinitus est ordinata vt per eam nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem. manifestatio autem vel expressio alicuius veritatis potest fieri de aliquo rebus ⁊ vobis inquan

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOSUALES

tum scz verba significant res ꝛ vna res potest esse figura alterius Actor autem rerum non solum potest verba accõmodare ad aliquid significandum sed etiam res potest disponere in figuram alterius.ꝛ secundum hoc in sacra scriptura manifestatur veritas dupliciter. Uno modo secundum q̃ res significantur per verba ꝛ in hoc consistit sensus litteralis. Alio modo secundum q̃ res sunt figure aliarum rerum ꝛ in hoc consistit sensus spiritualis. ꝛ sic sacre scripture plures sensus competunt. Ad primũ ergo dicendus q̃ varietas sensuum quorus vnus ab alio non procedit facit multiplicitatem locutionis.sed sensus spiritualis semper fundatur su per litteralem ꝛ procedit ex eo. Unde ex hoc q̃ sacra scriptura exponitur litteraliter ꝛ spiritualiter non est in ipsa aliqua multiplicitas. Ad secundum dicendum q̃ secundum q̃ Augũ. dicit in li. de doctrina xp̃iana. Utiliter est a deo dispositum vt veritas in sacra scriptura cum aliqua difficultate manifestetur. Est enim hoc vtile ad tollendum fastidium.quia ad ea que sunt difficilia maior surgit attentio que tedium tollit. Similiter ex hoc tollitur superbiendi occasio dum homo difficulter veritatem sacre scripture capere potest. Similiter per hoc veritas fidei ab irrisione infidelium defenditur. Unde dominus Math.7. Nolite inquit sanctus dare canibus. Et Dio. Thimoteus monebat vt sancta ab immũdis incontaminata seruaret. Et ita patet q̃ expedit veritatem fidei sub diuersis sensibus in sacra scriptura tradi. Ad tertium dicendum q̃ sicut dicit Augu. in li. de doctrina xp̃iana. Nihil est qđ occulte in aliquo loco sacre scripture tradatur quod non alibi manifeste exponitur. Unde spiritualis expositio semper debet habere fulcimentum ab aliqua litterali expositione sacre scripture ꝛ ita vitatur omnis erroris occasio. Ad quartum dicendum q̃ non est propter defectum auctoritatis q̃ ex sensu spirituali nõ potest trahi efficax argumentum sed est ex ipsa natura similitudinis in qua fundatur spiritualis sensus. Una enim res pluribus similis esse potest. vnde non potest ab illa quando in scriptura sacra proponitur procedi ad aliquam illarum determinate sed est fallacia consequentis. Uerbi gracia. leo propter aliquam similitudinẽ significat xp̃m ꝛ dyabolum. Unde per hoc q̃ aliquid de leone dicit in sacra scriptura ad neutrum potest fieri processus in sacra scriptura argumentando. Ad quintum dicendum q̃ actor principalis sacre scripture est spiritus sanctus qui in vno verbo sacre scripture intellexit multo plura & per expositores sacre scripture expo-

nantur vel discernantur. nec est etiam inconueniens q̃ homo qui fuit actor instrumentalis sacre scripture in vno verbo plura intelligeret quia prophẽ vt Diero. dicit super Osee. Ita loquebantur de factis presentibus q̃ etiam intenderunt futura significare. Unde nõ ẽ impossibile sil plura intelligere inquãtũ vnũ ẽ figura alteri.

Articulus quintus

D secundum sic proceditur. Uidetur q̃ nõ debeant distingui quatuor sensus sacre scripture scz historialis vel litteralis. alegoricus. moralis. ꝛ anagogicus. Sicut enim in sacra scriptura aliqua figurate dicuntur de xp̃o ita etiam figurate dicuntur de multis aliis hominibus sicut Daniel. 8. per hircum capram significatur rex grecorum. Sed huiusmodi figuratiue locutiones nõ faciunt aliquem sensum preter litteralem in sacra scriptura. g̃ nec sensus alegoricus per quem exponuntur de xp̃o ea que in figura ipsius precesserunt debet alius sensus ab historico poni. Preterea vna est ecclesia capitis ꝛ membrorus. Sed sensus alegoricus videtur pertinere ad caput ecclesie scz xp̃m. sensus moralis videtur pertinere ad membra eius scz fideles. ergo sensus moralis non debet ab alegorico distingui. Preterea moralis sensus est qui ad morũ instructionem pertinet. Sed sacra scriptura in pluribus locis secũdum litteralem sensum mores instruit. ergo moralis sensus nõ debet distingui a litterali. Preterea sicut xp̃us est caput ecclesie militantis ita est caput triumphantis nec est alius ꝛ alius xp̃us. ergo nec sensus anagogicus per quem aliqua exponuntur de ecclesia triumphante debet esse alius ab alegorico quo aliqua exponunt de xp̃o ꝛ ecclesia militãte. Preterea si isti quatuor sensus essent de necessitate sacre scripture q̃libz ps sacre scripture dẽret hos quatuor sensus hẽre. scz b̃ falsus ẽ vt Aug. dicit sup Gen̄. ad lr̃am. In q̃ busdaz sensus litteralis querendus est solus. ergo hi quatuor sensus non sunt de necessitate expositionis sacre scripture. Sz contra est qđ Aug. dicit in principio super Gen̄. ad litteram. In omnibus libris sanctis oportet intueri que ibi eterna intuentur. que ibi facta narrentur. que futura prenunciantur. que agenda precipiuntur. Primum autem pertinet ad sensum anagogicũ. secũdus ad historicum. tertium ad alegoricum. quartum ad moralem. g̃ quatuor sunt sensus sacre scripture. Preterea Beda super Gen̄. in prin. dicit. Quatuor sunt sensus sacre scripture historia que res gestas loquitur. alegoria in qua aliud ex alio intelligitur. tropolo

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

gia.i.moralis locutio in qua de moribus ordinandis tractatur. anagogia per quam de summis ꝛ celestibus tractaturi ad superio ra reducimur. Ad.2. dicendum ꝙ distinctio istoꝝ quatuor sen suum hoc modo accipi debet. Sicut enim dictum est sacra scriptu ra veritatem quaꝫ tradit dupliciter manifestat per verba ꝛ per re rum figuras. Manifestatio autem que est per verba facit sensum historicum siue litteralem. vnde totum id ad sensum litteraleꝫ per tinet qđ ex ipsa verborum significatione recte accipitur. Sed sen sus spiritualis vt dictum est accipitur vel consistit in hoc ꝙ q̄dam res per figuram aliarum rerum exprimuntur. quia visibilia solent esse figure inuisibilium vt Dio. dicit. Inde est ꝙ sensus iste qui ex figuris accipitur spiritualis vocatur. veritas autē quaꝫ sacra scrip tura per figuras rerum tradit ad duo ordinatur sc̄z ad recte credē dum ꝛ ad recte operandum. Si ad recte operanduꝫ sic est sensus moralis qui alio nomine tropologicus dicitur. Si autez ad recte credendum oportet distinguere secundum ordinem credibilium. vt enim Dio. dicit. 4.c.ce.ier. Status ecclesie medius est inter sta tum synagoge ꝛ statuꝫ ecclesie triumphantis. Vetus ergo testamē tum figura fuit noui. vetus simul ꝛ nouum figura sunt celestium. Sensus ergo spiritualis ordinatus ad recte credenduꝫ potest fun dari in illo modo figurationis quo vetus testamentuꝫ figurat no uum ꝛ sic est alegoricus sensus vel typicus. secūdum ꝙ ea que in veteri testamēto contigerunt exponuntur de xp̄o ꝛ ecclesia. vel po test fundari in illo modo figurationis quo nouum simul ꝛ vetus significant ecclesiam triumphantem. ꝛ sic est sensus anagogicus.

Ad primum ergo dicendum ꝙ hyrcus vel alia huiusmodi per que alie persone a xp̄o in scripturis designantur non fuerunt res alique sed similitudines ymaginarie ad hoc solum ostense vt ille persone significarentur. Unde illa significatio qua per illas simi litudines persone ille aut regna designantur non pertinet nisi ad historicum sensum. Sed ad xp̄m designandum etiam illa que in rei veritate contigerunt ordinantur sicut vmbra ad veritatem. et ideo talis significatio qua per huiusmodi res xp̄us aut eius mē bra significantur facit alium sensum preter historicum sc̄z alegori cum. Si alicui vero inueniatur ꝙ xp̄us significatur per huiusmo di ymaginarias similitudines. talis significatio non excedit sen sum litteralem sicut xp̄us significat per lapidem qui excisus est de monte sine manibus Dan.2. Ad secundum dicendum ꝙ sen sus alegoricus non solum pertinet ad xp̄m ratione capitis sꝫ etiaꝫ

ratione membroꝝ. sicut ꝙ per duodecim lapides electos de ior dane Josue. 7. significantur duodecim apostoli. Sed moralis sen sus pertinet ad membra xp̄i quantum ad proprios eorum actus ꝛ non secundum ꝙ considerantur vt membra. Ad tertium di cendum ꝙ moralis sensus non dicitur omnis sensus per quē mo res instruuntur sed per quem instructio morum sumitur ex simili tudine aliquarum rerum gestarum. Sic enim moralis sensus est pars spiritualis ita ꝙ nunq̄ est idem sensus moralis ꝛ litteralis.

Ad quartum dicendum ꝙ sicut sensus alegoricus pertinet ad xp̄m secundum ꝙ est caput ecclesie militantis iustificans eam et graciam infundens. ita ꝛ sensus anagogicus pertinet ad eum secū dum ꝙ est caput ecclesie triūphantis glorificans eaꝫ. Ad quin tum dicendum ꝙ quatuor isti sensus non attribuuntur sacre scrip ture vt in qualibet eius parte sit istis quatuor sensibus exponēda sed quandoqꝫ istis quatuor. quandoqꝫ tribus. quandoqꝫ duo bus. quandoqꝫ vno tantum. In sacra enim scriptura precipue ex prioribus posteriora significantur. ꝛ ideo quandoqꝫ in sacra scrip tura secundum sensum litteralem dicitur aliquid de priori quod potest spiritualiter de posteri oribus exponi. sed non conuertitur. Inter omnia autem q̄ in sacra scriptura narrantur prima sunt illa que ad vetus testamentum pertinent. ꝛ ideo que secundū littera lem sensum ad facta veteris testamenti spectant possunt quatuor sensibus exponi. Secunda vero sunt illa que pertinent ad statum presentis ecclesie in quibus illa sunt priora que ad caput pertinēt respectu eorum que pertinent ad membra. quia ipsum corpus ve rum xp̄i ꝛ ea que in xp̄o sunt gesta: sunt figura corporis xp̄i mysti ci ꝛ eorum que in ipso geruntur vt in ipso sc̄z xp̄o exemplum vi uendi sumere debeamus. In xp̄o etiam futura gloria nobis p̄mō strata est. Unde ea que ad litteraꝫ de ipso Christo capite dicuntur possunt exponi ꝛ alegorice referendo ad corp⁹ eius mysticum ꝛ mo raliter referendo ad actus nostros qui secundum ipsuꝫ debent re formari. ꝛ anagogice inquantum in christo est nobis iter glorie de monstratum. Sed quando secundum litteralem sensum dicitur aliquid de ecclesia non potest exponi alegorice nisi forte ea que di cuntur de primitiua ecclesia exponantur quantum ad futuruꝫ sta tum ecclesie presentis. possunt tamen exponi moraliter ꝛ anagogi ce. Ea vero que moraliter dicuntur secundum sensum litteralem non consueuerunt exponi nisi alegorice. Illa vero que secundum sensum litteralem pertinent ad statum glorie nullo alio sensu con

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

sueuerunt exppni eo ꝙ ipsa non sunt figura aliorum sed ab omnibus aliis figurata.

Articulus decimussextus

D tertiuꝫ sic proceditur. Uidetur ꝙ in aliis scripturis predicti sensus distingui debeant. Sensus enim spirituales in sacra scriptura accipiuntur ex quibusdam similitudinibus. sed in aliis scientiis proceditur etiam ex quibusdam similitudinibus ergo in scripturis aliarum scientiarum possunt sensus plures inueniri. Preterea poetice artis est veritatem reruꝫ aliquibus similitudinibus fictis designari. ergo videtur ꝙ ⁊ in dictis poetarum sensus spirituales inueniantur ⁊ non solum in sacra scriptura. Preterea phūs dicit ꝙ qui dicit vnum quodammodo multa dicit. ergo videtur ꝙ in aliis scientiis in vno sensu possunt designari plures. ⁊ sic non solum sacra scriptura hos sensus spirituales habet.

Sed contra est quod dicit Grego. zz. moral. Sacra scriptura omnes scientias atqꝫ doctrinas ipso etiam locutionis sue more transcendit. quia vno eodemqꝫ sermone dum narrat gestum prodit misterium. R.º dicendum ꝙ spiritualis sensus sacre scripture accipitur ex hoc ꝙ res cursum suum peragentes significāt aliquid aliud quod per spiritualem sensum accipitur. Sic autem ordinantur res in cursu suo vt ex eis talis sensus possit accipi quod eius solius est qui sua prouidentia res gubernat qui solus deus est. Sicut enim homo potest adhibere ad aliquid significandum aliquas voces vel aliquas similitudines fictas. ita deus adhibꝫ ad significationem aliquorum ipsum cursum rerum sue prouidentie subiectarum. Significare autem aliquid per verba vel per similitudines fictas ad significandum tantuꝫ ordinatas non facit nisi sensum litteralem vt ex dictis patet. Unde in nulla scientia humana industria inuenta proprie loquendo potest inueniri nisi litteralis sensus. sed solum in ista scriptura cuius spiritus sanctus est actor homo vero instrumentum secundum illud ps. Lingua mea calamus scribe ⁊c. Ad primum ergo dd ꝙ in aliis scientiis proceditur ex similibus argumentando nō ꝙ ex verbis quibus vna res significatur significetur ⁊ alia res. Ad secundum dicēduꝫ ꝙ fictiones poetice non sunt ad aliud ordinate nisi ad significandum. vnde talis significatio non supergreditur modum litteralis sensus. Ad tertium dicendum ꝙ qui dicit vnum quodāmodo dicit multa scꝫ in potentia. secunduꝫ ꝙ conclusiones sunt potētia

in principiis. Ex vno enim principio multe conclusiones sequunt non ꝙ in aliis scientiis per modum significationis qd dicitur de vna re simul de aliis intelligatur vt significatum licet inde trahi possit per argumentationem ⁊c.

Uestio est de opere manuali. Circa quod queruntur duo: Primo vtrum operari manibus sit in precepto. Secundo vtꝫ ab hoc p̄cepto excusentur illi qui spiritualib⁹ operib⁹ vacāt.

Articulus decimusseptimus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ operari manibus sit in precepto. z. ad Thes. 3. Si quis non vult operari non manducet. Audiuimus enim ⁊c. Glo. Quod ideo precipio quia audiuimus. g.º ⁊c. Preterea Aug. in li. de opere monachorum. Audiant ergo quibus hoc precepit apl̄us qui non habent hanc potestatem. Preterea nullus debet excōmunicari vt iura dicunt nisi pro mortali. Sed nullus peccat mortaliter nisi contra precentum faciens. Cum ergo ille qui cessat ab opere manuali iure possit excōmunicari vt patet per illud qd dicitur. z. ad Thesa. 3. Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam hunc notate et ne cōmisceamini cum illo vt confundatur. videtur g.º ꝙ operari manibus sit in precepto. Pretetea ille qui peccauit tenetur penam debitam pro peccato subire ex necessitate precepti. Sed omnes in Adam peccauerunt ad Ro. 5. Pena autem peccati Ade est labor manualis Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. g.º omnibus est preceptum manibus laborare. Preterea ad Ephe. 4. Qui furabatur iam non furetur magis; autem laboret operando manibus suis. Glo. Laboret operando non solum per seruos sed etiam manibus. Illud autem quod ad omnes pertinet est preceptum non consilium. g.º ⁊c. Preterea labor manualis necessari⁹ est ad sustentationem vite corporalis sicut actus virtutum sunt necessarii ad sustentationeꝫ vite spiritualis. Sed actus virtutuꝫ sunt in precepto. ergo ⁊ laborare manibus. Preterea illud ad quod sequitur peccatum mortale non potest sine peccato mortali fieri. Sed ad nō laborare sequitur non manducare. qd quandoqꝫ est peccatum mortale. z. ad Thes. 3. Qui non operatur non manducet. g.º non operari manibus est peccatum mortale. g.º eius oppositum est in precepto. Sꝫ ꝯtra. Nō ē ꝯtrariū p̄cepto vl̄ ꝯsilio p̄ceptuꝫ dñi vel ꝯsiliuꝫ. Sꝫ dñs vl̄ p̄cipiēdo vl̄ ꝯsulēdo dicit Mat. 6.º Nolite soliciti esse aīe vr̄e ⁊c. Huic aūt ꝯtrariat̄ labor manuuꝫ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quia qui laborant manibus solliciti sunt de necessariis corporis. ergo labor manuum non est in precepto. Preterea lex vetus quã tum ad precepta moralia sufficienter continebat q̃ necessaria sunt ad salutem. Unde dominus Math. 18. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. ꝛ loquitur de mandatis decalogi. Unde subdit. Non homicidium facies. non furaberis. Sed in preceptis veteris legis nihil continetur de labore manuum. ergo labor manuus nõ est in precepto. Preterea ad precepta seruanda omnes tenentur Sed ad labores manuum non omnes tenentur. alias qui sunt diuites ꝛ manibus non laborant mortaliter peccarent. gº labor manuum non est in precepto. Preterea ad precepta non magis tenentur religiosi ꝙ seculares. Sed ad laborandum manibus videtur magis teneri religiosi ꝙ seculares. Unde Augustinus in li. de operibus monachorum. monachos reprehendit quia non laborant. non autem alios ergo ꝛc. Preterea vsus liberalium artium nobilior est ꝙ mechanicarum qui in opere manuali consistit. Sed vsus liberalium artium non est in precepto. ergo multo minus labor manuum. Rº dicendum ꝙ iudicium de vnaquaq; re sumendum est secundum finem ad quem ordinatur. Labor autem manuum ad tria esse vtilis inuenitur. Primo ad ociuz tollendum. Unde Hieroni. ad Rusticum monachum. Semper aliquid operis facito vt te dyabolus inueniat occupatum. ꝛ ꝙ intelligat de opere manuali patet per illud quod subiungit. vel fiscellam texe iunco. et postea subdit. In desideriis est omnis ociosus. Secundo ad corpus domandum. Unde. 2. ad Cor. 6. Aliis carnis macerationibus coniungit. vbi dicitur in laboribus scz operũ quia manibus suis operabatur. ꝛ subiungit. In vigiliis ꝛ ieiuniis ꝛc. Tertio ordinatur ad querendum victum Act. 20. Ad ea que mihi opus erant et his qui mecum erant ministrauerunt manus iste. Si ergo consideretur labor manuum secundum ꝙ ordinatur ad tollendum ocium vel corpus domandum sic idem iudicium est de labore manuum et de aliis exerciciis ad eadem ordinatis. Non enim est in precepto ꝙ tollatur ocium tali aut tali occupatione. sed sufficit ad ocium tollendum quacunq; licita occupatione ab ocio quis desistat. et sic occupatio laboris manuuz non est in precepto considerato hoc fine. Et similis est ratio de labore manuum secundum ꝙ ordinatur ad corpus domandum quia multis exerciciis corpus domari potest sicut vigiliis ieiuniis. et multis huiusmodi. Unde nullum eorum inquantum ordinatur

ad talem finem est in precepto in speciali quãuis in generali sit in precepto corpus domare qualicunq; exercitio quo mortifere concupiscentie reprimantur. Secundum autem ꝙ ordinatur ad victum querendum sic videtur esse in precepto. Unde dicitur. 1. ad thes. 4. Operemini manibus vestris sicut precepimus vobis nec solum in precepto iuris positui sed etiaz iuris naturalis. Illa. n. sunt de lege naturali ad que homo ex suis naturalibus inclinat. Sicut autem ex ipsa dispositione corporis patet homo naturalez ordinationez habet ad opus manuale. propter qõ dicitur Job. 5. Homo ad laborem nascitur ꝛ auis ad volandum. Cum aũt alius animalibus natura sufficienter prouiderit in his que ad sustentationem sue vite pertinent in cibis ꝛ armis ꝛ tegimentis homini in his non prouidit. quia ipse est preditus ratione per quaz sibi potest prouidere in omnibus supradictis. vnde ꝛ erit sibi loco omnium predictorum manus conuenies ad diuersa opera quibº conceptiones rationis diuersis artificiis exequatur vt dicitur. 14. de animalibus. Sciendum tamen est ꝙ duplex est preceptum legis nature. quoddam quod ordinatur ad tollendum defectũ vnius singularis persone. vel spirituale sicut de actibus virtutuz. vel corporale sicut preceptum quod dominus dedit homini Gñ. 2º De omni ligno quod est in paradiso comede ꝛc. Aliud vero est quod ordinatur ad tollendum defectuz totius speciei sicut bº qõ dicitur Gen. 1. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram. In bº enim precipitur actus generationis quo natura saluatur ꝛ multiplicatur. Hoc autem interest inter hec duo genera preceptorum. qz primum preceptum legis nature quilibet tenetur singulariter obseruare. sed ad secundum preceptum non tenetur quilibet singulariter. In his enim que pertinent ad speciem omnes homines cõputandi sunt quasi vnus homo. participatione enim speciei plures homines sunt vnus homo vt dicit Porphirius. Sicut autem homo vnus habz diuersa membra quibus occupatur in diuersis officiis ordinatis ad tollendum proprium defectum que nõ possunt omnia per vnum membrum exerceri sicut oculus videt totuz corpus ꝛ pes totum corpus portat. ita oportet esse in his que ad totaz speciem pertinent. Non enim sufficeret vnus homo ad exercenda omnia quibus humana societas indiget. ꝛ ideo diuersis officiis oportet occupari diuersos vt dicit ad Ro. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus ꝛc. Hec autez diuersificatio hominum in diuersis officiis contingit. Primo ex diuina prouidẽtia

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CUIDOS USALES

que ita hominuz ſtatus diſtribuit vt nihil vnꝯ deeſſe inueniatur de neceſſariis ad vitam. Secundo etiam ex cauſis naturalibus ex quibus contingit ꝙ in diuerſis hominibus ſunt diuerſe inclinationes ad diuerſa officia vel ad diuerſos modos viuendi. Quia ergo labore manuum aliquis poteſt ſubuenire ꝛ proprio defectui et alieno cum non poſſit vnus homo in omnibus ſibi ſufficere ſꝫ indiget alieno auxilio patet ꝙ preceptum de labore manuum quodammodo ſub vtroqꝫ genere predictorum preceptorum continet Inquantum enim labore manuum vnius ſubuenitur neceſſitatibus aliorum ſic pertinet ad ſecundum genus naturalium preceptorum. Inquantum autez aliquis per hoc ſuis neceſſitatibus ſubuenit pertinet ad primum genus ſicut preceptum de comedendo. Preceptum autem quod ordinatur ad tollendum defectum corporalem non obligat niſi defectu exiſtente. vnde ſi eſſet aliquis ꝙ poſſet viuere ſine cibo non obligaretur precepto de comedendo. Sic ergo preceptum de labore manuuz non obligat aliquem ſingulariter ſecundum ꝙ ordinatur ad tollenduz defectum communem aliquo modo. neqz ſecunduz ꝙ ordinatur ad tollenduz proprium niſi defectu exiſtente. ꝛ ideo ille qui habet vnde licite viuere poſſit non tenetur manibus operari. qui autem non habet vnde alias viuat vel niſi aliquo illicito negocio victum acquirat tenetur manibus laborare. Et hoc patet per apoſtolum in tribus locis vbi de manuum operatione preceptum dat. Primo ad ephe. 4. vbi prohibendo furtum iniungit manuum operationem. Qui furabatur iam non furetur. magis autem laboret manibus ſuis: Secundo. 1. ad Theſ. 4. vbi precipit laborem manuum prohibens concupiſcentiam rerum alienarum. Operemini inquit manibus veſtris ſicut precepimus vobis vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt ꝛ nullius aliquid deſideretis. Tertio. 2. ad Theſ. 3ᵒ vbi precipit operationem manuum prohibens turpia negotia quibus aliqui victum querebant. Audiuimus inquit inter vos quoſdam ambulare in quiete nihil operantes ſed curioſe agẽtes Glo. Qui feda cura ſibi neceſſaria prouident. et ſubiungit. Vis autez qui huiuſmodi ſunt denunciamus ꝛ obſecramus in domino Ihеſu xpo vt cum ſilentio operantes panem ſuum manducẽt. Sciendum etiam eſt ꝙ ſicut viſus eſt principalior inter alios ſenſus ratione cuius oẽs alii ſenſus nomen viſus ſortiuntur vt Aug. dicit. ita manus quia ad plurima opera neceſſaria eſt dicitur organum organorum in. 3. de anima. ꝛ ideo per operationẽ manus

lem intelligitur non ſolum quod manibus fit ſed quocunqz corporali inſtrumento. ꝛ breuiter quodcunqz officium homo agit ꝺ quo licite poſſit victum acquirere ſub labore manuum compꝛhenditur. Non enim videtur rationabile ꝙ magiſtri artium mechanice poſſint viuere de arte ſua. ꝛ magiſtri artium liberalium nõ poſſint viuere de arte ſua. Similiter ꝛ aduocati poſſunt viuere ꝺ patrocinio qꝺ preſtant in cauſis. ꝛ ſimiliter eſt de omnibus aliis licitis occupationibus. Quia ergo preceptum eſt ſed non omnes obligat ideo ad vtraſqz rationes reſpondendum eſt. Ad primũ ergo ꝛ ad ſecundum patet ſolutio ex dictis. quia concedimus laborem manuum eſſe in precepto non tamen omnes ad hoc ſingulariter obligari. Ad tertium dicendum ꝙ ſicut ex dictis patet apoſtolus loquitur in caſu illo quando pretermiſſo labore manuum de fedis negociis ſibi victum acquirebant in quo caſu obligabantur ad preceptum ſeruandum ꝛ ideo digni erant ercõmunicari. Ad quartum dicendum ꝙ verba illa dei magis ſunt ꝺ nunciantis penam ꝺ precipientis ſatiſfactionem. vnde premiſit. Maledicta terra in opere tuo ſpinas ꝛ tribulos germinabit tibi. ꝛ ſimiliter mulieri dixit. In dolore paries filios. Et ideo non ſequitur ꝙ ad laborandum quilibet homo teneatur ex neceſſitate precepti. alias ſeqꝛetur ꝙ quilibet teneretur ad agriculturaz de qua dominus ibi facit mentionem. Ad quintum dicendum ꝙ vita ſpiritualis a nullo poteſt conſeruari niſi per actus virtutum. et ideo quilibet obligatur ad ſeruanda precepta que ſunt de actibꝰ virtutum. ſed vita ſpiritualis a multis poteſt conſeruari ſine hoc ꝙ manibꝰ operentur. ꝛ ideo quãuis ſit generaliter in precepto nõ tamen quilibet ad obſeruationem eius tenetur. Ad ſextuz dicendum ꝙ non manducare non eſt peccatum mortale niſi quãdo ſine manducatione vita ſeruari non poteſt tunc enim aliquis nõ manducando ſeipſum occideret. ꝛ ſimiliter non oportet ꝙ aliquis peccet non laborando manibus niſi quando alias vitam ſeruare non poſſet niſi illicitis curis. et ideo cum illicite cure ſint modis omnibus fugiende ſub eadem diſtinctione poſuit apoſtolus non manducare ꝛ non operari dicens. Qui non vult operari nõ manducet. Ad primum autem eorum que in contrarium obiciunt dicendum ꝙ non prohibet dominus apoſtolis omnem ſollicitudinem ſcz de his que pertinent ad victum corporis alias ipſe oculos nõ habuiſſet. ſed prohibet ſollicitudinem ſuffocantem qua mens ſuffocatur dupliciter. Uno modo vt in rebus temporalibꝰ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

finem ponat recte operationis ⁊ hoc deus prohibet. Unde Aug. dicit in li. de operibus monachorum exponens illud. Nolite solliciti esse ⁊c. Non vt ista non procurent quantum necessitatis ⁊ qđ honeste poterunt. sed vt ista non intueantur ⁊ propter ista faciant quicquid in predicatione euangelii facere iubentur. ⁊ habetur in glosa. 1. ad Thes. 4. Secundo suffocatur mens predicta sollicitudine quando fiduciam de deo amittit. ⁊ hoc dominus prohibere intendit. Unde dicit glo. super illud Math. 6. Hoc exemplo nō prohibet prouidentiam ⁊ laborem scz de auibus ⁊ liliis. sed sollicitudinem vt tota fiducia nostra sit in deo per quem ⁊ aues sine cura viuunt. Ad secundum dicendum ꝙ non omnia que sunt in precepto continentur explicite in preceptis decalogi. sed ad ea possunt reduci cum implicite in eis contineantur. et sic preceptum de labore manuum per quem vita corporalis conseruatur reducitur ad hoc preceptum. non occides. sicut etiam preceptum de mandu cando vel ad hoc preceptum. non furtum facies. quo omne illicitum lucrum qđ per laborem manuum euitatur prohibetur. Ad tertium dicendum ꝙ in quolibet precepto duo sunt consideranda scz finis precepti ⁊ possibilitas obseruandi. quia omnia precepta cuiuslibet legis sunt ordinata ad aliquod bonum inducendum vt malum tollendum. nec aliquid impossibile precipi potest. Unde dicit Diero. Qui dicit deum aliquid precepisse impossibile anathema sit. Si ergo sit tale preceptum quod nullo modo reddi possit impossibile obseruandum. et sine eo finis intentus haberi non possit obligatio illius precepti semper manet sicut est in preceptis de actibus virtutum. quia ad minus actus interiores semper sunt in hominis potestate ⁊ sine eis vita spiritualis conseruari non potest vt dictum est. Duobus ergo modis preceptum de operatione manuum obligationem amittit. Uno modo quando aliquis redditur impotens ad laborandum propter corporis imbecillitatem. Alio modo quando finem huius precepti scz conseruationem corporalis vite consequi potest sine labore manuum vt ex dictis patet

Ad quartum dicendum ꝙ ad laborem manuum per se loquēdo equaliter religiosi ⁊ seculares tenentur. quod patet ex duobus Primo ex verbo apostoli. z. ad thes. 3. vbi ponit de opere manuum preceptum dicens. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulāte inordinate ⁊c. Fratres enim omnes xpianos vocat. Non enim tunc temporis aliqui religiosi determinati erant. Secundo patet ex hoc ꝙ religiosi non tenentur ad alia ꝙ seculares nisi ad ea qui

bus se ex voto obligauerunt. sed per accidens contingit ꝙ hoc preceptum magis tangit religiosos ꝙ alios. ⁊ de hoc dupliciter. Primo quia religiosi in paupertate viuunt. vnde facilius potest eis accidere ꝙ non habeant vnde viuant aliis secularibus. Secūdo ex statuto regule in aliquibus ordinibus. Unde dicit Diero. in epistola ad Rusticum monachum. Egyptiorum monasteria hunc tenent morem vt nullus absq3 opere ⁊ labore suscipiant. nō tam propter victus necessaria ꝙ propter anime salutez ne vagetur per nicios cogitationibus. sicut etiam ad vigilias ⁊ alia quibus domatur corpus tenentur quādoq3 religiosi ex statutis suis ad que seculares non tenentur. Ad quintum dicendum ꝙ quisvsus liberalium artium sit nobilior non tamen ita est necessarius ad vitam corporis sustentandam. Et preterea sub operatione manuum comprehenditur sicut ex dictis patet ⁊c.

Articulus decimussoctauus

Jrca secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ illi qui spiritualibus operibus vacant non excusentur a labore manuum 1. enim ad thes. 3. super illud. Si quis non vult operari non manducet. dicit glo. Aug. Dicunt quidam de operibus spiritualibus hoc apostolum precepisse. ⁊ postea subdit. Sed superflue conātur ⁊ sibi ⁊ ceteris caliginez obducere. vt quod caritas vtiliter monet non solum facere nolint sed nec intelligere. ⁊ ita videtur ꝙ per spiritualia opera a labore manuum non excusentur. Preterea inter omnia spiritualia maxima sunt oratio lectio. ⁊ predicatio. Sz per ista opera non excusantur aliqui a labore manuali ergo ⁊c. Probatio medie. Augu. dicit in li. de operibus monachorum. Quid agant qui operari corporaliter nolunt scire desidero ⁊c. vacēt orationibus inquiunt ⁊ lectionibus et verbo dei. ⁊ postea subdit. Sz si ab his amouendi non sumus nec manducandum est nec esce parande. Si autem ab ista vacare seruos dei certis interuallis tēporum infirmitatis necessitas cogit cur etiam non preceptis apostolicis obseruandis aliquas partes temporum deputamus. Et quantum ad orantes dicit. Licius exauditur vna obedientis oratio ꝙ decem milia contemnentis. Quantum vero ad psallentes subdit. Cantica diuina cantare etiam manibus operantes facile possunt ⁊ ipsum laborem diuino tanꝙ celeumate consolari. Quātum vero ad legentes subdit. Qui autem dicunt se lectioni vacare nonne illic inueniunt quod precepit Aplus. Que est ergo ista

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

peruersitas lectioni nolle obtemperare dum vult ei vacare. Quis enim nesciat tanto citius quemcūq3 proficere cū bona legit quā to citius facit quod legit. Quantumvero ad predicantes subiungit. Si autem alicui sermo est erogandus. ꝛ ita se occupat vt manibus operari non vacet nunquid hec omnes possunt in monasterio venientibus ad se vel diuinas lectiones exponere vel de aliquibus disputationibus salubriter disputare. Quando ergo non omnes possunt cur sub hoc obtentu omnes vacare volunt quā ꝙ etsi omnes possent vicissitudine facere deberent ꝛ non solum vt ceteri a necessariis actibus occuparentur sed quia sufficit vt pluribus audientibus vnus loquatur. Preterea clerici maxime operibus spiritualibus occupantur. sed ipsi tenentur ad laborem manuum ergo ꝛc̄. Probatio medio. Distinctione. 81. dicitur. Clericus victum aut vestitum sibi artificio vel agricultura absq3 officii sui dumtaxat detrimento preparet. Item in alio. c. Clericꝰ qui verbo dei eruditus est artificio victum querat. Item omnes clerici qui ad operandum validi sunt ꝛ artificialia ꝛ litteras discant. Preterea religiosi qui omnia relinquerunt maxime operibus spiritualibus vacant. Sed tales tenentur ad manuum laborē. gꝰ ꝛc̄ Probatio medie. Luce. 12. Vendite que possidetis. Glo. non tantum cibos vestros communicate pauperibus. sed etiam vendite possessiones vestras vt omnibus vestris simul pro domino spretis postea labore manuum operemini. vnde viuatis ꝛ elemosinas facatis. Preterea decretum dicit distinctione. zz. ꝙ ille est hereticꝰ qui facit contra statutum ecclesie romane. Sed illi qui mendicāt non laborantes propriis manibus faciunt contra statutum Calixti pape. 12. q. 1. Videntes summi sacerdotes ꝛc̄. vbi dicitur ꝙ ecclesia statuit ꝙ inter eos qui cōmuni vita degere volunt nullus egens inueniatur. ergo religiosi propter opera spiritualia non excusantur a labore manuum imo si mendicant sunt heretici. Preterea ille qui exponit se periculo mortis peccat quasi temptans deum sicut si aliquis videret vrsum venientem in furia ꝛ deponeret arma quibus posset se defendere temptaret deum: Sed ille qui relinquit omnia ꝛ non laborat manibus abicit a se necessaria victus quibus resistitur consumptioni que fit in corpore per calorez naturalem. ergo talis peccat quasi temptans deum. Preterea ad Phi. 3. dicit apostolus. Imitatores mei estote fratres. Sꝫ ipe quā uis predicaret ꝛ operibus spiritualibus vacaret nihilominus ope

re manuum victum querebat. 2. ad Thes. 3. Ipsi scitis quemadmodum et vos oporteat imitari et vos quoniaz non inquieti fuimus apud vos neqz gratis panem manducauimus ab aliquo sed in labore et fatigatione nocte ac die operantes ne quem vestrum grauaremus ergo et cetera. Preterea Genesis vicesimo tertio super illud. Confirmatus est ager ꝛ cetera. dicit glo. ꝙ perfectus predicator animam suam abscondit sub bone operationis et contemplationis regimine. et ita illi qui operibus spiritualibꝰ insistunt per contemplationem debent etiam operibus exterioribus vacare per actionem. et sic opera spiritualia non excusant a labore manuum. Sed contra. Luce nono. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. dicit glosa. Dominus docet minora bona pro maioribus esse dimittenda. Sed opera spiritualia sunt maiora bona ꝙ opera manualia. ergo debet hec pretermittere propter illa Preterea opera pietatis sunt potiora ꝙ exercicia corporalia prima ad Thimo. quarto. Corporalis exercitatio ad modicuz vtilis est. pietas autem ad omnia valet. Sed opera misericordie et pietatis sunt dimittenda vt vacetur predicationi. Actuum sexto. Non est equum nos relinquere verbum dei ꝛ cetera. Luce nono. Sine mortuos sepelire mortuos suos tu autem vade et annuncia regnum dei. ergo multo fortius propter predicationem et alia opera spiritualia est dimittendum opus manuale et alia que ad exercitationem pertinent corporalem. Preterea secunda ad Thimoteum secundo. Nemo militans deo implicat se negociis secularibus. Glosa. Illa sunt secularia negocia quibus animus occupatur colligende pecunie cura. Sed qui operantur manibus habent curam de colligenda pecunia. ergo implicantur negociis secularibus. Et ita illi qui militant deo in spiritualibus operibus non debent operibus manuum occupari. Responsio dicendum ꝙ veritas huius questionis apparet ex his que in superiori questione sunt dicta. Dictum est enim supra ꝙ illi tantum obligantur ad obseruationem huius precepti scilicet de opere manuum qui non habent alias vnde licite viuere possint. et ideo qui spiritualia opera exercent et possunt alias licite viuere ꝙ de labore manuum non tenentur manibus laborare. Unde distinguendum videtur de operibus spiritualibus. Sunt enim quedam bona spiritualia que in bonum commune cedunt. quedaz vero que ad singularem profectum facientis pertinent. Eis autem qui in

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ſpiritualibus operibus occupantur ad vtilitatem communem pertinentibus debet prouideri de bis quoꝝ vtilitati deſeruiunt. qꝫ patet per auctoritatem. 1. ad Cor̄. 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus non eſt magnuꝫ ſi carnalia veſtra metamus. Hoc etiaꝫ patet per rationem. quia vtilitas ſpiritualis preferꝫ corporali. Eis autem qui vtilitati communi deſeruiunt in temporalibus debetur ſuſtentatio ex proprio labore quo vtilitati communi deſeruiunt ſicut patet de militibus qui pro pace reipublice militant. Unde. 1. ad Cor̄. 9. Quis militat ſuis ſtipendiis vnq̄. Unde multo magis qui in ſpiritualibus bonum promouent in tali miniſterio ſuſtentari poſſunt. ⁊ ſic non tenentur manibus laborare. Sunt autem quatuor opera ſpiritualia quibus cōmunis vtilitas promouetur. ⁊ ex hoc eis ſtipendia debentur. Primuꝫ eſt occupatio in iudiciis eccleſiaſticis exequendis. Dicitur enim ad Ro. 13. De poteſtate ſeculari que iudiciuꝫ ſeculare exercet. ideo ⁊ tributa preſtatis ſcz iudicibus. miniſtri enim dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes vobis. Et propter hoc Aug. dicit in li. de operibus monachorum. q̄ debent manuum operibus inſiſtere illi dumtaxat qui ab eccleſiaſticis occupationibus vacant. vnde et ſe excuſat a labore manuum propter iudicia eccleſiaſtica quibus occupabatur dicens. Quem dicere poſſumus quis militat ſuis ſtipendiis vnq̄ ⁊c̄. tamen dominum noſtrum ihesum xp̄m teſtem inuoco ſuper animam meaꝫ quoniam quantum ad meum attinet cōmodum multo mallem per ſingulos dies certis horis quantum in bene moderatus monaſterio conſtitutuꝫ eſt aliquid operari manibus ⁊ certas horas habere ad orandum ⁊ legendum. aut aliquid de diuinis litteris agēdum libros q̄ tumultuoſiſſimas perplexitates aliarum cauſarum pati de negociis ſecularibus vel iudicando dirimendis vel interuenendo precipiendis. Secundum opus ſpirituale quod in bonum commune redundat eſt opus predicationis quo fructus animaruꝫ in populo procuratur. Et ideo vt dicatur. 1. ad Cor̄. 9. Dominus ordinauit bis qui euangeliuꝫ annunciant de euangelio viuere debent: nec debꝫ hoc referri tantum ad illos qui habent auctoritatem predicandi. ſicut ſunt prelati ſed etiam ad eos qui qualitercunqꝫ licite predicant ex cōmiſſione prelatorum quia ſtipendia non debēntur poteſtati ſed operi ⁊ labori vt dicatur. 2. ad Thi. 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere Glo. ſcz predicatorem qui in agro eccleſie ligone verbi excolit corda auditorum. nec tantuꝫ illi qui predicant poſſunt de euāgelio

viuereſed etiam illi qui eis miniſtrant ad hoc officiuꝫ cooperantes quod patet ad Ro. 15. Si ſpiritualium particeps facti ſunt gentiles debent etiam in carnalibus miniſtrare eis. Gloſa. Eoruꝫ ſcz iudeorum qui miſerunt predicatores ab ieroſolimis. vñ etiam illi qui predicatores mittunt poſſunt de fructu euangelii viuere. Tertium opus ſpirituale quod cedit in bonum cōmune ſunt orationes que fiunt in horis canonicis ad ſalutem eccleſie vt auertatur ira dei a populo Ezech. 13. Non oppoſuiſtis vos murum pro domo iſrael vt ſtaretis in prelio in die domini. Glo. Precibus diuinis mentes ⁊ diuine ſententie reſiſtentes. ⁊ ideo dicitur. 1. ad Cor̄. 6. Qui altario deſeruiunt cuꝫ altario participantur. Et de bis duobus operibus dicit Aug. in li. de operibus monachorum. Si euangeliſte ſunt fateor habent poteſtatem ſcz viuendi de ſumptibus fidelium. qꝫ de hoc loquitur. Si miniſtri altaris diſpenſatores ſacramentorum ſunt. Unde ſibi iſtam non arrogant ſed vendicant poteſtatem. Quartum opus ſpirituale qō redundat in bonum commune eſt elucidatio ſacre ſcripture. Qui enim elucidationi ſacre ſcripture vacant ad alios inſtruendum poſſunt de bono opere ſpirituali viuere. 1. ad Thi. 5. Qui bene preſunt preſbiteri duplici honore digni habeantur. maxime autem qui laborant in verbo ⁊ doctrina. Glo. Ut eis ſpiritualiter obediant ⁊ exteriora miniſtrent. Qui laborant in verbo. Glo. In exhortatione ſcientiuꝫ ⁊ doctrina veſcientium. Et hoc etiam planius dicit Piero. ad Uigilantium. Hec in iudea vſqꝫ hodie perſeuerat conſuetudo non ſolum apud nos ſed etiam apud hebreos vt qui in lege domini meditantur die ac nocte ⁊ patrem non habent in terra niſi ſolum deum ſinagogarum totius orbis foueantur miniſteriis. Patet ergo q̄ illi qui predictis operibus ſpiritualibus vacant non tenentur manibus laborare. De illis autem qui vacant ſpiritualibus que non directe in bonum commune redundant ſed in bonum facientis ſicut ſunt orationes priuate. ieiunia ⁊ huiuſmodi diſtinguēduꝫ eſt. quia aut illi qui in religione iſtis operibus occupantur habēt in ſeculo vnde vinerent ſine labore manuuꝫ aut non. Si ſic tales cum ad religionem veniunt non tenentur manibus laborare. vnde Aug. in li. de operibus monachorum. Si habebant aliquid in hoc ſeculo quo facile ſine opificio ſuſtentarent vitam ſuam qō conuerſi ad deum indigentibus diſpartiti ſunt ⁊ credenda eſt eoꝝ infirmitas ⁊ ferenda. Solent enim tales languidius educati laborem corporalem ſuſtinere non poſſe. Si autem in ſeculo opifices

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

fuerunt de labore manuum viuentes tunc ex duplici causa veni/entes ad religionem possunt laborem manuum intermittere. Uno modo ex pigricia operandi volentes in ocio viuere ꝛ tales peccãt Et hoc est qđ dicit Aug. in predicto li. Plerũqꝫ veniunt ad pro fessionem seruitutis dei ꝛ ex professione seruili ꝛ vita rusticana et ex opificum exercitatione ꝛ plebeio labore. ꝛ postea subdit. Tales ergo secundum q̃ minus operantur de infirmitate corporis excu sare non possunt. preterite quippe vite consuetudine conuincunt. ꝛ interponit. Non enim apparet vtrum ex proposito seruitutis dei venerint an vitam inopem ꝛ laboriosam fugientes. Alio mõ in/termittit aliquis opus manuale ex intentione diuini amoris quo ad opus contemplationis quasi continue eleuantur tales cum spi ritu dei agantur non peccant. quia vbi spiritus domini ibi liber/tas. Unde Greg. dicit super Ezech. Contemplatiua vita est cari/tatem dei ꝛ proximi toto corde retinere. ab exteriori actione quies cere. soli desiderio conditoris inherere vt nihil tam agere libeat. Et hoc idem habetur in quadam glo. Beñ. zꝫ. Confirmatus est ager ꝛc̃. Contemplatiua vita a cunctis actionibus funditus diui dit. Et hoc est quod habetur Math. 6. in glo. super illud. Consi deratevolatilia celi ꝛc̃. Sancti viri auibus comparantur quia ce lum petunt ꝛ quidẽ ita remoti sunt a mundo vt ꝫ in terris nihil agant. nihil laborent sed sola contemplatione iam in celo degũt.

Ad primum ergo dicendum q̃ glo. illa sumitur ab Augu. in li. de operibus monachorum qui librum illum scripsit contra quos dam monachos qui dicebant q̃ non licebat seruis dei manib⁹ la borare. ꝛ hoc qđ dicit aplus. Qui non vult operari non manducet exponebant de opere spirituali. quaꝫ expositionem Aug. in li. illo multipliciter improbat. Unde dicendum est q̃ illud apostoli Qui non vult operari non manducet ꝛc̃. de opere manuali intel ligitur. non tamen sequitur q̃ ad huiusmodi impletionem precep ti omnes tencantur. Ipse enim non tenebatur. vnde premisit. Nõ quasi non habuerimus potestatem scꝫ sumptus accipiendi ꝛ viuẽ di sine labore manuum. vnde patet q̃ glo. illa non est ad propo/situm. Ad secundum dicendum q̃ in omnibus operibus que tangit obiectio distinguenduꝫ est quia vel possunt esse quasi pub lica opera vel priuata. Loquitur autem Aug. de illis operib⁹ spi ritualibus secundum q̃ sunt opera priuata. Intelligit enim ꝺ ora tionibus ꝛ canticis priuatis non de his que in ecclesia solemniter celebrantur. qđ patet ex hoc q̃ dicit q̃ possunt simul qui manib⁹

operantur diuina cantica cantare. qđ non esset conueniens si de horis canonicis intelligeretur. Similiter quod dicit de lectionib⁹ loquitur de illis qui vacant lectioni ad consolationem propriam tantum. sicut in monasteriis monachi faciunt. non autem de illis quorum vita studio scripturaruꝫ deputatur ad suam ꝛ aliorum in structionem. Non est enim dubium q̃ per laborem manuum stu/dium impediretur. Similiter quod dicit de predicatione intelligẽ dum est de illis qui non publice predicant sed aliqua verba edifi catoria hominibus ad se venientibus loquuntur sicut sancti pa/tres in heremo facere consueuerunt. ꝛ hoc patet ex ipsis verbis su pra inductis. vnde etiam dicit. Si sermo erogandus est ꝛc̃. quia vt dicit glo. 1. ad Cor̃. 2. super illud. Sermo meus et predicatio mea. Sermo est qui priuatim fiebat sed predicatio que fiebat in communi. Ad tertium dicendum q̃ decretum loquitur de ill' clericis quibus non sufficiunt oblationes ꝛ elemosine que eis a fi delibus fiunt vel ecclesie facultates. Eadeꝫ enim ratio est de illis qui viuunt de facultatibus ecclesie ꝛ de illis qui vnunt particu/lariter de elemosinis. quia facultates ecclesie elemosine sunt et ad sustentationem pauperum dantur. Unde dicit glosa super illud Isa. 3. Et rapina pauperis in domo vestra. In domibus principũ rapina pauperum est dum ecclesie opes sibi thesaurizant ꝛ in deli ciis abutuntur que ad sustentationem pauperum dantur. Et de hoc habetur. 12. q. 1. propter quod etiaꝫ dicitur. 3. q. 2. Sacerdos Qui sacerdos cui dispensationis cura commissa est cum laude pie tatis accipit a populo dispensanda et fideliter dispensat accepta. quia omnia sua aut reliquit parentibus aut distribuit pauperib⁹ aut ecclesie rebus adiunxit ꝛ se in numero pauperuꝫ paupertatis amore constituit. vt vnde pauperibus subministrat inde ꝛ ipse tan q̃ pauper voluntarius viuat. Et sic patet q̃ clerici qui de ecclesie rebus viuunt eandem rationeꝫ vtendi eis habent sicut illi qui fa cultatibus carentes de elemosinis sibi datis viuunt. Ad quar tum dicendum q̃ glosa illa non imponit necessitateꝫ his qui sua relinquunt vt manibus operentur. sed ostendit quoddam bonuꝫ quod facere possunt qui sua relinquunt vt scꝫ ex manuum labo/re acquirant vnde sibi prouideant ꝛ elemosinas aliis faciant. nec tamen per hoc excluditur quin etiaꝫ bene faciant si manibus nõ laborantes spiritualibus elemosinis vacent que sunt corporalib⁹ potiores. Ad quintum dicenduꝫ q̃ illius rationis prima fal sa est. Non enim qui facit contra statutum pape est hereticus nisi

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

forte credat pape non esse obediendum. vnde in. c. inducto dicit. Qui romane ecclesie priuilegiū ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conantur hi proculdubio in heresim labuntur. Priuilegium autem predictum consistit in hoc ꝙ ei debet ab omnibus xp̃ianis obediri. Similiter etiam minor ẽ falsa. Non enim est contra statutum ecclesie ꝙ aliquis mendicet vel se in statu egestatis ponat. sed hoc est contra statutum ecclesie si ab eis qui facultates ecclesie possident eorum necessitatibus nō prouidentur. Unde hec sunt verba capituli inducti ex quibus scz rebus ecclesie episcopi z dispensatores earuz omnibus communi vita degere volentibus ministrare cuncta necessaria ꝺ̃bent prout melius poterunt vt nemo in eis egens inueniatur. Ad sextuz dicenduz ꝙ illi qui relinquunt omnia nihil sibi reseruantes nec manibus operantes non propter hoc discrimini se exponunt qz deuotio fidelium tanta probabiliter estimatur et experimento discitur ꝙ eis in necessariis prouidet. Nec etiam temptant deum quia ipse promisit mouendo corda aliorum eis in necessitatibus prouidere vt patet Math. 6. Et quedam glo. dicit Luce. 8. Tanta predicatoꝛi debec esse fiducia in deo vt presentis vite sumptus z si nō prouideat sibi tamen non de futura certissime sciat ne duz occupatur mens ad temporalia minus predicet eterna. Similiter si aliquis esset inter armatos qui defenderent z aliqua causa arma deponeret non temptaret deum. Si autem esset solus videretur temptare deum. nisi forte interiori inspiratione securus esset de diuino auxilio sicut beatus Martinus dixit. Ego signo crucis nō clipeo protectus aut galea hostium cuneos penetrabo securus. Similiter videretur esse dei temptatio si aliquis inter infideles vel homines inhospitales de necessariis victus sibi non prouideret. Unde dicit glosa Luce. 22. super illud. Qui habet sacculuz tollat ꝛc. In hoc nobis datur exemplum vt nonnūꝙ causa instante quedaz ꝺ̃ nostri propositi rigore sine culpa intermittere possumus. vbi gra. Si per inhospitales regiones iter agimus plura viatica licet portare ꝙ domi habeamus. z tamen in deserto aliqui sine labore manuum sustentati sunt pane diuinitus misso vt in vitis patrum legitur. Sed priuilegia paucorum non faciunt legem communem

Ad septimum dicendum ꝙ hoc ꝙ Apostolus laborauit cum posset de euangelio viuere fuit supererogationis vt p̃z. 1. ad Cor. 9. Et ideo alii predicatoꝛes non tenentur eum in hoc imitari. Sciendum tamen ꝙ predicatoꝛ aliquando bene faceret nō accipiẽdo

sumptus ab his quibus predicat sed de labore manuum viuẽdo in casibus scz illis in quibus apls laborabat scz ne scandalizaret eos quibus predicabat qui propter auariciam dare sumptus grauabantur. z hanc causam ponit. 2. ad Thes. 3. Nocte ac die laborantes ne quem vestrum grauaremus. Item vt suo exẽplo alii ab ocio retraberentur. Unde ibidem subdit. non quasi nos non habuerimus potestatem sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Item ad reprimendam rapacitatem pseudo apostolorum. Unde dicit. 1. ad Corinthios. 11. Quod autem facio z faciam vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem vt in quo gloriantur tales inueniantur sicut et nos. Aliquando autem malefacerent predicatoꝛes si laboribus manuum se implicarent. si scz per laborem a predicatione retraberentur. vnde glosa Luce. 18. Cauendum est predicatoꝛi ne dum occupatur mens ad temporalia minus predicet eterna. Ideo dicit Augustinus in sepedicto libro. Qz apostolus dum esset athenis vbi oportebat eum quottidie predicare non operabatur manibus quod postea fecit veniens Corinthum vbi iudeis predicabat solo die sabbati. Predicatoribus enim non soluz necessarium est vt habeant tempus liberuz ab occupationibus in quo predicent sz etiaz in quo studeant cuz non habeant scientiaz ex infusione sicut apostoli sed continuo studio. Unde dicit Gregorius in pastorali exponens illud Exo. 25. Uectes semper erunt in circulis ꝛc. Uectes inquit semper erunt in circulis quia nimirum necesse est vt qui ad officium predicationis excubant a sacre lectionis studio non recedant. Ad octauum dicendum ꝙ per actionem intelligitur ibi non solum opus manuale sed omnia que ad actiuam vitam pertinent. Sollicitudo autem que exhibetur a predicatoribus circa eos qui predicant ad actiuam vitam pertinet. Rationes in contrarium concedo. tamen vltima inducitur preter intentionẽ Glosa enī dicit secularia negocia esse que fiunt causa pecunie colligende sine opere manuali vt per mercationez z huiusmodi a quibus se debent serui dei penitus abstinere.

Incipit quodlibet Octauum sancti Thome

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Uestio nostra circa tria ꝟsatur. Primo circa ea que pertinent ad naturaz. Secundo circa ea que pertinent ad culpam ꝛ graciam. Tertio circa ea que pertinent ad penam vel gloriam. Circa primum querebatur. Primo de pertinentibus ad naturam increatam. Secundo de pertinentibus ad naturam creatam. Circa naturam increataz duo querebantur. Primo an senarius numerus secundum quem omnes creature dicuntur esse perfecte sit creator vel creatura. Secundo de rationibꝰ ydealibus que sunt in mente diuina vtrum per prius respiciunt exemplata scilicet creaturas ratione sue singularitatis vel ratione nature specifice..

Articulus primus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ senarius predictꝰ sit creator. Remota enim omni creatura perfectio non remanet nisi in creatore. Sed remota omni creatura facta in operibus sex dierum remanet perfectio in numero senario. Uñ dicit Aug. 4. super Beñ. ad litteram. Itaqz si ista non essent scz opera sex dierum perfectus ille esset scz senarius. Nisi autem ille perfectus essz ista secundum eum perfecta non fierent. ergo senarius numerus est creator. Sed dicebat ꝙ Aug. loquitur de senario quantuz ad ydeam senarii que est in mente diuina. Contra. Sicut remotis omnibus creatutis remanet perfectio in ydea senarii numeri. ita remanet ydea lapidis in mente diuina. ergo in hoc nō haberet senarius numerus aliquaz preeminentiam ad lapidez quod tamē videtur esse contra intentionem Aug. Preterea illud quod est permanentius omni creatura non est creatum sed creator. Senarius autem numerus est permanentior celo ꝛ terra que tamen videntur esse permanentissime creature. Unde Augu. dicit. 4. super Beñ. ad litteram. Facilius est celum ꝛ terram transire que secundum senarium numerum fabricata sunt ꝙ effici posse vt senarius numerus non suis partibus compleatur. ergo senarius non est creatura sed creator. Contra. Creatoris perfectio non consistit ex partibus nec est in eo aliquid habens ptes. Sed sicut dicit Aug. in eodem libro. Inuenimus senarium numerum esse perfectuz ea ra'ione ꝙ suis partibus compleatur. ergo senarius numerus non est creator sed creatura. Rꝰ dicendum ꝙ secundum Auicen. nam in sua metha. triplex est alicuius nature consideratio. Una prout consideratur secunduz esse quod habet in singularibꝰ. sicut

natura lapidis in hoc lapide et in illo lapide. Alia vero est consideratio alicuius nature secundum esse suum intelligibile. sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia vero ꝛ cōsideratio nature absoluta prout abstrahit abvtroqz esse secunduz quam considerationem consideratur natura lapidis vel cuiuscunqz alterius quantum ad ea tantum que per se competunt tali nature. Harum quidem trium considerationum due semper vnoz miter eundem ordinem seruant. Prior enim est consideratio alicuius nature absoluta ꝙ consideratio eius secundum esse quod habet in singularibus. Sed tertia consideratio nature que est secundum esse quod habet in intellectu non semper habet eundem ordinem ad alias considerationes. Consideratio enim nature secundum esse qđ habet in intellectu qui accipit a rebus sequitur vtrā qz aliarum considerationum. Doc enim ordine scibile precedit scientiam ꝛ sensibile sensum. sicut ꝛ mouens motum ꝛ causa causatū Sed consideratio nature secundum esse quod habet in intellectu causante rem precedit alias duas considerationes. Cum enim intellectus artificis adinuenit aliquaz formaz artificiati ipsa natura seu forma artificiati in se considerata est posterior intellectu artificis. ꝛ per consequens etiam archa sensibilis que talem formam vel speciem habet. Sicut autem se habet intellectus artificis ad artificiata ita se habet intellectus diuinus ad omnes creaturas. Unde vnuscuiusqz nature causate prima consideratio est secunduz qđ est in intellectu diuino. Secunda vero consideratio est ipsius natura absolute. Tertia secundum ꝙ habet esse in rebus ipsis vel in mente angelica. Quarta secundum esse quod habet in intellectu nostro. Et ideo Dionisius dicit duodecimo capitulo de diuinis nominibus. hunc ordinem assignans. ꝙ primo inter omnia est ipse substantificator rerum deus. postea vero ipsa dona dei que creaturis exhibentur et vniuersaliter et particulariter considerata vt per se pulchritudinem per se vitam quam dicit esse donum ex deo proueniens id est ipsam naturam vite deinde ipsa participia vniuersaliter et particulariter considerata que sunt res in quibus natura esse habet. In his ergo illud quod est prius semper est ratio posterioris et remoto posteriori remanet prius. non autem econuerso. Et inde est ꝙ hoc competit nature secundum absolutam considerationem est ratio quare competat nature alicui secundum esse quod habet in singulari et non econuerso. Ideo

enim ſortes eſt rationalis quia homo eſt rationalis. ⁊ non ecõuerſo. vnde dato q̃ Sortes ⁊ Plato non eſſent adhuc humane nature rationalitas competeret. Similiter etiam intellectus diuinus ẽ ratio nature abſolute conſiderate ⁊ in ſingularibus. ⁊ ipſa natura abſolute conſiderata ⁊ in ſingularibus eſt ratio intellectus humani ⁊ quodammodo menſura ipſius. Poſſunt ergo verba Aug. intelligi de ſenario dupliciter. Uno modo vt per ſenarium numerum intelligatur ipſa natura ſenarii abſolute cui primo et per ſe competit perfectio que quidem eſt ratio perfectionis eorum que ſenarium participant. vnde remotis omnibus que ſenario perficiuntur adhuc perfectio nature ſenarii competit. ⁊ hoc modo ſenarius nominat naturam creatam. Alio modo poteſt intelligi ſenarius ſecundum eſſe quod habet in intellectu diuino ⁊ ſic eius perfectio eſt ratio perfectionis in creaturis inuente que quidem ſecundum ſenarium ſunt condite. quibus etiam remotis in predicto ſenario perfectio remaneret. Sic autem ſenarius non erit creatura ſed ratio creature in creatore que eſt ydea ſenarii. ⁊ eſt idez ſecundum rem q̃ diuina eſſentia ratione tantum differens. Ad primum ergo dicendum q̃ remotis omnibus creaturis que ſunt facte in ſenario dicrum non dicitur q̃ perfectio remaneat in ſenario numero quaſi ſenarius numerus aliquod eſſe habeat in rerum natura nulla creatura exiſtente. Sed quia remoto omni eſſe creato remanet eſſe abſoluta conſideratio nature ſenarii prout abſtrahit a quolibet eſſe. ⁊ ſic attribuitur ſibi perfectio: ſicut remotis omnibus ſingularibus hominibus adhuc remaneret rationalitas attribuibilis humane nature. Ad ſecundum dicendum q̃ ſicut in rebus creatis quedam ſunt magis communes ⁊ quedam magis contracte. ita etiam rationes rerum in deo magis communium ad plura ſe extendunt. minus vero communium ad pauciora Et quia vnitas ⁊ multitudo ſunt omnibus rebus creatis communia ideo etiam ratio ydealis numeri ad omnes creaturas ſe extendit. Unde dicit Boecius in principio ariſmetrice. Omnia quecũq; a primeua rerum natura conſtituta ſunt numerorum ſpecie videntur eſſe formata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris. Exemplar autem lapidis aut ydea non ſe extendit ad omnes creaturas et ideo ſi ſenarius accipiatur pro ydea ſenarii quantum ad hoc adhuc ſenarius erit eminentior lapide. i. q̃ ydea lapidis. prout ſcilicet ad plura ſe extendit. et iterum prout perfectio competit ſenario ſecundum naturam ſenarii non autem lapidis.

Ad tertium dicendum q̃ non eſt intentio Aug. dicere q̃ ſi celum ⁊ terra tranſeant ⁊ cetere creature q̃ ſenarius remaneret ſecũdum aliquod eſſe creatum. ſed quia ſi omnes creature ab eſſe deficerent remaneret ad natura ſenarii ꝓut abſtrahit a quolibet eſſe huiuſmodi q̃ eius perfectioni competit ſicut etiaz natura humana manebit talis q̃ ei competeret rationalitas. Ad illud vero quod in contrarium obicitur dicendum q̃ quãuis in deo nõ poſſit eſſe aliquid habens partes tamen poteſt eſſe in eo ratio rei habentis partes. et ſic eſt in eo ratio ſenarii ex partibus conſtituti et ratio ſuarum partium.

Articulus ſecundus

D ſecundum ſic proceditur. Uidetur q̃ ydee que ſunt in mente diuina per prius reſpiciant res quantum ad naturam ſingularem q̃ quantum ad naturam ſpeciei. quia vt Aug. dicit in li. 83. q. Idee ſunt quedam forme vel rationes rerum ſtabiles que in diuina intelligentia continentur. ⁊ cum ipſe neqz oriantur neqz intereant ſecundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri vel interire poteſt. ⁊ omne quod oritur vel interit ſz ſolum ſingulare eſt quod oritur ⁊ interit. i. quod generatur ⁊ corrũpitur. ergo ydee per prius reſpiciunt ſingulare. Sed ꝓtra cum ydee ſint forme exemplares requiruntur ad rationem ydee aſſimilatio ydeati ad ipſam. Sed ydeatum. i. res creata magis aſſimilatur diuino exemplari ſecundum formam a qua eſt ratio ſpeciei q̃ ſecundum materiam que eſt indiuiduationis principiuz. g̃ ydea per prius reſpicit naturam ſpeciei q̃ ſingularitatem indiuidui.

Rẽ. dicendum q̃ cum in mente diuina ſint omnium creaturarum forme exemplares que ydee dicuntur ſicut in mente artificis forme artificiatorum. bñ tamen intereſt inter formas exemplares que ſunt in mente diuina ⁊ in mente artificis creati q̃ creatus artifex agit ex preſuppoſita materia. vnde forme exemplares q̃ ſunt in mente eius nõ ſunt factiue materie q̃ eſt indiuiduationis principium ſed ſolius forme a qua eſt ſpecies artificiati. ⁊ ideo huiuſmodi forme exemplares non reſpiciunt directe artificiatum quantum ad indiuiduum ſed quantum ad ſpeciem ſolum. forme autẽ exemplares intellectus diuini ſunt factiue totius rei ⁊ quantuz ad formam ⁊ quantum ad materiam. ⁊ ideo reſpiciunt creaturaz nõ ſolum quantum ad naturam ſpeciei ſed etiaz quantum ad ſingularitatem indiuidui. per prius tamen quantuz ad naturaz ſpeciei

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CARLOS USALES

quod ex hoc patet. Exemplar enim est ad cuius imitationez fit aliquid. Unde ad rationem exemplaris requiritur q ipsa assimilatio operis ad exemplar sit intenta ab agente. alias talis assimilatio casu accideret z non secundum viaz exemplaritatis. Sic ergo in ratione exemplaris includitur intentio agentis. Ad hoc g° prius exemplar respicit q agens primo intendit in opere. Agens autem quilibet principaliter intendit in opere id quod perfectius est. natura autem speciei est perfectissimum in vnoquoqz indiuiduo. per ipsam enim duplex imperfectio perficitur. imperfectio scz materie que est singularitatis principium que cum sit in potentia ad formam speciei perficitur quando naturam speciei consequitur. z iterum imperfectio forme generalis que se habet ad differentias specificas in potētia vt materia ad formam. vnde species specialissima est primo in intentione nature vt patet per Auicennaz in prin. sue metha. Non enim natura intendit principaliter generare sortem. alias destructo sorte ordo z intentio nature periret. Intendit autem in sorte generare hominem. Similiter non intendit principaliter generare animal. alioquin quiesceret eius actio quādo ad naturam animalis perduxisset cuz tamen in indiuiduo generato prius compleatur natura animalis q hominis vt patet in 16. de animalibus. Non autem prius est homo q hic homo. Uñ exemplar quod est in mente diuina primo naturam speciei respicit in qualibet creatura. Ad primum ergo dicendum q id qđ est primum in intentione est vltimum in executione. Unde q̄uis natura primo intendat generare hominem per prius tamen generatur hic homo. Non enim homo generatur nisi per hoc q hic homo generatur. z propter hoc etiam in diffinitione ydee dicitur q secundum eas oritur omne quod oritur quantum ad viam executionis in qua singularia sunt primum. Secunduz quod in cōtrarium obicitur conceditur.

Deinde queritur de his que pertinent ad naturam creatam

Et primo de his que pertinent ad animam humanam. Secundo de his que pertinent ad corpus. Circa primum queruntur duo. Primo vtrū anima accipiat species quibus cognoscit a rebus que sunt extra eam, Secundo quomodo caritas vel quilibet alius habitus a non habente cognoscatur.

Articulus tertius

D primum sic proceditur. Uidetur q anima non accipiat

species a rebus que sunt extra eam. Dicit enim Aug. 12. super Gene. Imaginem corporis non corpus in spiritu sed ipse spiritus in se ipso facit celeritate mirabili. non autem eam in se ipso faceret si a rebus exterioribus eaz acciperet. ergo anima non accipit a rebꝰ species quibus cognoscat. Preterea eius solius est dimensionem a re dimensionata abstrahere cuius est dimensionem corporib⁹ dare. quod est solius creatoris. Sed ad hoc q species a rebus accipiatur in anima oportet q ab ipa specie dimensiones separentur qz in rebus extra animam habent esse dimensionale. non autem in anima maxime quantum ad intellectum. ergo anima non potest accipere species a rebus sensibilibus. In contrarium videt esse tota philosophorum doctrina que sensum a sensibilibus. ymaginationem a sensu. intellectum a fantasmatibus accipere fatetur.

Rꝰ dicendum q anima humana similitudines rerum quibꝰ cognoscit accipit a rebus illo modo accipiendi quo patiens accipit ab agente. qđ non est intelligendum quasi agens influat in patiens eandem numero speciem quaz habet in se ipso. sed generat sui similem educendo de potentia in actum. z per hunc modum dicitur species coloris deferri a corpore colorato ad visum. Sz in agentibus z patientibus distinguendum est. Est enim quoddam agens quod de se sufficiens est ad inducendum formam suaz in patiens. sicut ignis de se sufficit ad calefaciendum. Quoddaz vero agens est quod non sufficit de se ad inducendam formam suam in patiens nisi superueniat aliud agens. sicut calor ignis non sufficit ad complendum actionem nutritionis nisi per virtutem anime nutritiue. vnde virtus anime nutritiue ē principaliter agēs calor vero igneus instrumentalitet. Similiter etiam est diuersitas ex parte patientium. Quoddam enim est patiens qđ in nullo cooperatur agenti sicut lapis cum sursum proicitur vel lignum cum ex eo fit scamnum. Quoddam vero patiens qđ cooperatur agēti sicut lapis cum deorsum proicitur z corpus bois cuz sanatur p artem. z secundum hoc res que sunt extra aiam tripliciter se habent ad diuersas aie potentias. ad sensus. n. exteriores se habent sicut agentia sufficientia quibus pacientia non cooperantur sed recipiunt tantum. Qz autem color per se non possit mouere visum nisi lux supueniat non est contra hoc quod dictuz ē. quia tam color q lux inter ea que sunt extra aiaz ꝓputantur. Sensus aūt exteriores suscipiunt tm a rebus per modū patiēdi sine bꝰ q aliquid cooperent ad sui formationē q̄uis iaz formati habeāt ꝓpriaz opationē

que est iudicium de propriis obiectis sed ad ymaginationem res que sunt extra animam cõparantur vt agentia sufficientia. Actio enim rei sensibilis nõ sistit in sensu sed vlterius pertingit vsq3 ad fantasiaz siue ymaginationem. tamen ymaginatio est patiens qõ cooperatur agenti. Ipsa enim ymaginatio formatsibi aliquarus rerum similitudines quas nunq̃ sensu percepit. ex his tamen que sensu percipiuntur componendo ea et diuidendo sicut ymaginamur montes aureos quos nunq̃ vidimus ex hoc q̃ vidimus aurum z montes. Sed ad intellectum possibilem comparantur res sicut agentia insufficientia. Actio enim ipsarum rerum sensibiliuz nec etiam in ymaginatione sistit sed fantasmata vlterius mouent intellectum possibilem. non autem ad hoc q̃ ex se ipsis sufficiunt cum sint in potentia intelligibilia. intellectus autem non mouetur nisi ab intelligibili in actu. Unde oportet q̃ superueniat actio intellectus agentis cuius illustratione fantasmata fiunt intelligibilia in actu sicut illustratione lucis corporalis fiunt colores visibiles actu. z sic patz q̃ intellectus agens est principale agens quod agit rerum similitudines in intellectu possibili. fantasmata autem que a reb⁹ exterioribus accipiuntur sunt quasi agentia instrumẽtalia. intellectus enim possibilis comparatur ad res quarum noticiam recipit. sicut patiens quod cooperatur agenti. multo. n. magis potest intellectus formare quidditatez rei que non cecidit sub sensu q̃ ymaginatio. Ad primum ergo dicendum q̃ si verbũ Augustini referatur ad intellectum sic planum est q̃ res non faciunt sui similitudinez in intellectu possibili principaliter. sed intellectus agens. Si autem referatur ad ymaginationez faciunt quidem sed non solum quia ipsa ymaginatio cooperatur vt dictuz ẽ In sensu auten facit corpus sui similitudinem sufficienter z solum sed de hoc non loquitur Aug. quia sensum contra spiritum diuidit siue corporalem visionem contra spiritualem. Ad secundum dicendũ q̃ ratio illa procedit ac si illa eadem species numero que est in rebus vel in ymaginatione postmodum fieret in intellectu. sic enim oporteret q̃ auferentur ab ea dimensiones. et hoc patet esse falsum.

Articulus quartus

O secundum sic proceditur. Uidetur q̃ non habens caritatem eam cognoscat per speciem. O mne enim quod cognoscitur cognoscitur vel per essentiam vel per sui similitudinem. Sed

caritas a non habente non cognoscitur per sui essentiam quia nõ est essentialiter in eo. ergo si cognoscatur a non habente cognoscitur per sui similitudinem. Preterea aliquis habens caritatem aliquo modo cognoscit eam se habere ad minus per coniecturas vel reuelationem. et similiter postq̃ eam amiserit potest recordari se eam habuisse. quod esse non potest nisi per eius speciem in memoria reseruatam. ergo caritas a non habente qui prius eam habuit per sui similitudinem cognoscitur z eadem ratione a quolibz alio non habente. Preterea dicit Augu. 10. confessionum. Doc modo se habet memoria ad intelligentiam sicut venter animalis ruminantis ad os. quia sicut id quod est in ventre animalis ruminantis reducitur ad os. ita quod est in memoria reducitur ad intelligentiam. Si ergo in memoria conseruatur caritas per sui similitudinem z ab intelligentio capietur per sui similitudinem.

Sed contra est qõ Aug. dicit. z. super Geñ. z habetur in glo. z. ad Cor. 12. Qe intellectualis visio est earum rerum que nõ habent species sibi similes que non sunt quod ipse. z inter huiusmodi ponit caritatem. ergo caritas non potest cognosci per sui similitudinem sed solum per essentiam. R.o dicendum q̃ duplex est cognitio caritatis. vna qua cognoscitur quid est caritas. Alia qua caritas percipitur vt cum aliquis cognoscit se habere caritatem quod pertinet ad cognitionem an est. Prima quidem cognitio caritatis eodem modo competit habenti z non habenti caritatem. Nam intellectus humanus natus est rerum quidditatem cõprehendere in quibus cognoscendis naturaliter procedit sicut in cognoscendis conclusionibus complexis. Insunt enim nobis naturaliter quedam principia prima completa ab omnibus nota ex quibus ratio procedit ad cognoscendum in actu conclusiones q̃ in predictis principus potentialiter continentur siue per inuentionem propriam siue per doctrinam alienam siue per reuelationem diuinam in quibus omnibus modis cognoscendi homo iuuatur ex principiis naturaliter cognitis. vel ita q̃ ipsa principia cognita ad cognitionem acquirendam sufficiant administrantib⁹ sensu z ymaginatione. sicut cum aliquam cognitionem acquirimus per inuentionem vel doctrinam. vel ita q̃ principia predicta ad cognitionem acquirendam non sufficiant nihilominus tamen in huiusmodi cognoscendis principia dirigunt inquantum inuenitur non repugnare principus naturaliter cognitis. quod si esset intellectus nullo modo eis assentiret. sicut non potest dissentire prin

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cipiis. Et similiter in intellectu insunt nobis etiaꝫ naturaliter quedam conceptiones ab omnibus notevt entis vnius boni ꝛ hmõi a quibus eodem modo procedit intellectus ad cognoscẽdũ quidditatem vnuscuiusqꝫ rei per quem procedit a principiis per se notis ad cognoscendas conclusiones. ꝛ hoc vel per ea que quis sensu percipit sicut cum per sensibiles proprietates alicuius rei concipio illius rei quidditatem. vel per ea que ab alio quis audit. vt cum laycus qui nescit quid sit musica cum audit aliquam artem esse per quaꝫ discit canere vel psallere concipit quidditatem musice cum ipse presciat quid sit ars ꝛ quid sit canere aut etiam p ea que ex reuelatione habentur. vt est in his que fidei sunt. Cuꝫ enim credimus aliquid esse in nobis diuinitus datum quo affectus noster deo vnitur concipimus caritatis quidditatem intelligentes caritatem esse donum dei quo affectus deo vnitur precognoscentes tamen quid sit donuꝫ ꝛ quid affectus ꝛ quid vnio. de quib⁹ etiã quid sint scire non possumus nisi resoluendo in aliqua prius nota. ꝛ sic quousqꝫ perueniamus vsqꝫ ad primas conceptiones humani intellectus que sunt omnibus naturaliter note. Et quia naturalis cognitio est quedaꝫ similitudo diuine veritatis menti nostre impressa secundum illud ps. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ideo dicit Aug. 10. de tri. ꝙ huiusmodi habitus cognoscuntur in prima veritate. Ipsa autem conceptio caritatis quaꝫ intellectus format modo predicto non est solum similitudo caritatis sicut species rerum in sensu vel ymaginatione qꝫ sensus ꝛ ymaginatio nunq̃ pertingunt ad cognoscendum naturam rei sed solummodo accidentia que circumstant rem. ꝛ ideo species que sunt in sensu vel ymaginatione non representant naturaꝫ rei sed accidentia eius tantum. sicut statua representat hominem quãtum ad accidentalia. Sed intellectus cognoscit ipsam naturaꝫ et substantiam rei. Unde species intelligibilis est similitudo ipsius essentie rei ꝛ est quodammodo ipa quidditas ꝛ natura rei secundum esse intelligibile non secundum esse naturale prout est in rebus. ꝛ ideo omnia quidem non cadunt sub sensu ymaginatione sed sub solo intellectu cognoscuntur per hoc ꝙ essentie vel quidditates eorum sunt aliquo modo in intellectu. Et hic est modus quo caritas cognoscitur cognitione quid est tam ab habente caritatem ꝙ a non habente. Sed secundum alium modum cognoscendi caritatem neqꝫ caritas neqꝫ aliquis habitus siue potentia percipitur a nostro intellectu nisi per hoc ꝙ actus percipiuntur vt ꝓꝫ per

phm̃. 10. ethi. Actus autem caritatis vel alterius habitus elicium tur ab ipsa caritate vel ab alio habitu per propriam essentiam caritatis vel alterius habitus. ꝛ per hunc modum dicitur aliquis se cognoscere habere caritatem vel alium habitum per ipsam essentiam habitus secundum esse naturale qõ habet in rerum natura ꝛ non solum in intellectu. Sic autem nullus potest cognoscere caritatem nisi caritatem habens quia actus caritatis ꝛ aliarum virtutum precipue consistunt in motibus interioribus qui non possũt esse cogniti nisi operanti nisi quatenus manifestantur ex actibus exterioribus. ꝛ sic per quandam coniecturam aliquis non habẽs caritatem potest percipere alium caritatem habere. Hoc autem dico supponendo ꝙ aliquis possit scire se habere caritatem qõ tamen non puto esse verũ qꝛ in actibus ipsius caritatis non possumus sufficienter percipere ꝙ sint a caritate elicti propter similitudinem dilectionis naturalis cum dilectione gratuita. Ad priꝰ ergo dicendum ꝙ in non habente caritatem nos secundũ esse nature sed secundum esse intelligibile ẽ essentia caritatis. Ad ziꝰ dõ ꝙ posq̃ aliquis desinit habere caritatem scõm esse naturale caritatis adhuc caritas in ipso manet ꝙ3ꝰ esse intelligibile. ꝛ sic põt scire quid ẽ caritas. Manẽt etiaꝫ in memoria eius actus caritatis quos facit etiaꝫ ī memoria sensibili ꝓpter actꝰ sensibiles caritatis qui vtiqꝫ manẽt ꝙ3ꝰ sui similitudinẽ sicut ꝛ cetera sensibilia. ꝛ ex his aliquis memoratꝰ se habuisse caritatẽ. Ad tertiuꝫ dõ ꝙ illud qõ ẽ in memoria redit ad intelligentiã non ita ꝙ eadẽ species numero que ẽ in memoria ponit moduꝫ fiat ī intellectu. sed p illũ moduꝫ loquẽdi quo fantasmata dicuntur fieri ī intellectu vt dictũ ẽ

Articulus quintus

Deinde q̃ritur de his q̃ pertinẽt ad corpꝰ humanũ vtrũ alimẽtuꝫ conuertatur in veritatẽ humane nature. Et videt ꝙ nõ. qꝛ in corpe humano id qõ ẽ de veritate humane nature ẽ carovl os ꝙ3ꝰ speciẽ. Sꝫ alimẽtum nõ conuertitur in id qõ ẽ ꝙ3ꝰ speciẽ ꝙ3 in id qõ ẽ ꝙ3ꝰ materiaꝫ vt videt dicere phũs in pꝰ de generatõe. gꝰ alimẽtũ nõ conuertit in veritatẽ hũane nature. Preterea id qõ ẽ õ veritate hũane nature oꝫ ꝙ semp ī hoie maneat alꝫ nõ remaneret hõ idẽ numero. Sꝫ illud qõ generatꝰ ex alimẽto nõ ꝙ manet. imo fluit ꝛ refluit vt ꝓꝫ. 1. de generatõe. gꝰ qõ generatꝰ ex alimẽto nõ est de veritate hũane nature. Preterea Aug. dicit ꝙ nõ fuimꝰ ī adã duplr. ꝙ ꝙ3ꝰ speialẽ rõnez ꝛ ꝙ3ꝰ corpulẽtã subãm. xps aũt fuit in eo

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſecundum corpulentam ſubſtantiam ⁊ non ſecundum ſeminalez rationem. id autem quod ex alimento generatur in nobis nō fuit in adam. ergo illud quod eſt de veritate corpulente ſubſtantie no ſtre non eſt ex alimento generatum. Sed dicebat ꝙ corpulentia noſtra ſubſtantia fuit in adam originaliter ⁊ non eſſentialiter.

Sed contra. Semen originem rei importat. Si ergo dicimur in adam fuiſſe ſecundum corpulentam ſubſtantiam originaliter tantum. tunc idem erit eſſe ſecundum corpulentam ſubſtantiaz ⁊ ſecundum ſeminalem rationez quod eſt falſum. ergo idem quod prius. Sed contra eſt quod dicitur in .z. de anima. Alimētum eſt potentia tale quale eſt illud quod nutritur. Sed qō eſt potētia aliquale in illud conuerti poteſt. ergo alimentum conuerti poteſt in illud quod nutritur. Sed illud quod nutritur eſt id quod ē de veritate humane nature. ergo alimentum conuertitur in id qō eſt de veritate humane nature. Preterea ſemen ex quo fit generatio maxime videtur ad veritatem humane nature pertinere. ſed ſemen ſecundum philoſophum .15. de animalibus. eſt de ſuperfluo alimenti. ergo alimentum conuertitur in veritatem humane nature. Ꝛ.ō dicendum ꝙ ad huius queſtionis euidentiam oportet primo videre quid ſit veritas humane nature. veritas autem vniuſcuiuſqz rei vt dicit Auicenna in ſua metha. nihil eſt aliud ꝙ proprietas ſui eſſe quod ſtabilitum eſt ei: ſicut illud quod proprie habet eſſe auri attingens ad terminos ſtabilitos nature auri dicitur eſſe vere aurum. Unumquodqz autez proprie habet eſſe ī aliqua natura per hoc quod ſubſtat cōplete forme proprie illius nature a qua eſt eſſe ⁊ ratio ſpeciei in natura illa. vnde illud pertinet ad veritatem vniuſcuiuſqz rei quod eſt completiuum illius rei p formam. ⁊ pertinet directe ⁊ per ſe ad completionem illius rei. tam enim in naturalibus ꝙ artificialibus inueniuntur quedam ī quibus conſiſtit principaliter ratio rei. alia autem que ſunt ordinata ad horum conſeruationem ⁊ meliorationem ſicut ſtipes ⁊ fructus per ſe pertinent ad complementum arboris. vnde ſunt de veritate nature ipſius. Folia autem ſunt quodāmodo ordinata ad fructuum conſeruationem ⁊ quantum ad hoc non videntur eſſe de veritate nature arboris principaliter. Similiter ratio gladii conſiſtit in ferro ⁊ acumine eius. vagina autez eſt ad gladii conſeruationē vnde ſi gladius eſſet res naturalis ferrum eſſet de veritate nature eius non antē vagina. Sic autem de veritate humane nature eſſe dicimus illud quod per ſe pertinet ad perfectionem humane nature complete participans formam ſpeciei. illud autem non eſt de veritate humane nature in homine quod eſt ordinatuz quodammodo ad hominis conſeruationem vel melioratione quamcūqz. Sciendum eſt ergo ꝙ natura humana poteſt dupliciter conſiderari. vel ſecundum totam ſpeciem humanam. vel ſecunduz eſſe quod habet in hoc individuo ⁊ ſecunduz hoc inueniuntur in preſenti queſtione tres opiniones. Quidaz enim dicunt ꝙ alimētuz non conuertitur in veritatem humane nature neqz ſecundum ſpeciem neqz ſecundum individuum. Dicunt enim ꝙ tota materia q̄ nata eſt eſſe ſub ſpecie humane nature fuit in corpore Ade nec aliqua alia materia poteſt fieri vere ſubſtās humane ſpeciei. ⁊ ex illa materia ex qua corpus primi hominis cōſtabat fuerit aliqua pars deciſa que quidem per multiplicationem quandam ſine additione exterious materie augmentata eſt in tantum ꝙ peruenit vſqz ad perfectam ⁊ completam quantitatez in corpore Seth. Ex quo iterum aliquid deciſum eſt in formationem corporis filii ſui ⁊ predicto modo multiplicatum. ⁊ ſic totum humanum genus multiplicatuz eſt ex illa materia que fuit in corpore primi hominis ſine alicuius extrinſeci additione. illud autem quod ex alimento generatur eſt neceſſarium nobis ad conſeruationem illius humiditatiſque eſt de veritate humane nature vt ſcz calor naturalis habens aliquid aliud qō conſumat ſcz humiditatem ex alimento generata quaſi accidentalem non conſumat humiditatem que ē de veritate humane nature ſicut artifices apponunt plumbuz argento vt videlicet in conflatorio conſumatur plumbum ⁊ argentuz non conſumatur ab igne. vnde in reſurrectione ꝙnando veritas humane nature erit inconſumptibilis alimento nō indigebimus. nec reſurget in nobis aliquod quod ex alimento ſit generatum ſed ſolum id quod fuit in adam. Sed inconueniens videtur huiuſmōi poſitio propter duo quantum ad preſens pertinet. quia eiuſdem rationis eſt formam aliquam nihil amittere de materia ſubiecta ⁊ nihil de nouo acquirere cuius ſubſtantie et nature nihil accreſcit nec deperit. Conſtat autem ꝙ aliqua materia que erat ſubſtans humane nature deſinit eſſe humane nature ſubſtans ſicut patet in morte vniuſcuiuſqz hominis. vnde niſi aliqua materia de nouo adueretur humane nature ſequeretur ꝙ minus eſſet modo id qō eſt de veritate nature humane in actu ꝙ tempore ade. ⁊ ſic natura ſpeciei non perfecte ſaluaretur per generationem. Secundo quia iſta mutatio quā multiplicationem dicunt nullo mō eſt ſecūdum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

essentiam ipsius materie sed solummodo secundum quantitatem vel dimensiones et accidentes. Non enim dicunt q aliquid materie de nouo per essentiam creetur vel aliunde addatur sed q illa eadem materia que prius erat minor postea fiat maior. nihil aũt est aliud rarefieri z condensari q mutari eandẽ materiam de magnis dimensionibus in paruas z econuerso. Unde sequeretur secũdum predictam positionem q illud quod est de veritate humane nature semper rarefieret per continuam generationem z augmentationem z tantum quantuz natura sustinere non posset. Effet. niam illud quod ẽ de veritate humane nature innumerabiliter magis rarum q ignis qđ patet esse falsum. Et ideo alia opinio dicit q alimentum conuertitur in veritatem humane nature primo et principaliter secundum speciem non autem secundum indiuiduũ nisi secundario. Dicunt enim q in vnoquoq3 indiuiduo humane speciei illud primo et principaliter est de veritate humane nature quod a parentibus traxit. z hoc vocatur a philosopho caro et os secundum speciem que semper manent sed quia illud cum sit modicum non sufficeret ad perfectam quantitatem debitam humane nature sine additione. Ideo adiungitur illud quod ex alimento generatur non soluz ad hoc q conseruetur illud quod fuit a primis parentibus acceptum vt dicebat prima opinio. Sed ad hoc q compleatur ex huiusmodi addito perfecta quantitas. z sic illud quod ex alimento generatur non est de veritate humane nature in hoc indiuiduo principaliter sed tantum secundario inquantuz est necessarium ad quantitatem debitam. z hoc nominat philosophus carnem et os secundum materiam que fluit z refluit. sed tamen ex hoc aliqua pars seminaliter transit in prolem per generationem. z efficitur principaliter de veritate humane nature ipso cũ admixtione alicuius quod fuit principaliter de veritate humane nature in patre vt quidã volunt. vel sine admixtione eius vt alii dicunt. quod est magis consonum dictis philosophi in. 15. de animalibus qui vult sperma totaliter esse de superfluo alimenti. z sic illud qđ generatur ex alimento nõ potest esse q sit principaliter đ veritate humane nature in ipso qui nutritur. sed potest esse de veritate humane nature principaliter in alio eiusdem speciei scilicet in filio ipsius. Et secundum hanc opinionem dicunt q illud qđ ẽ principaliter de veritate humane nature in vnoquoq3 totum in ipso resurget. non autem totum qđ ex alimento generatur sed solum quantum sufficit ad ꝯpletionẽ quantitatis cuz propter ꝯpletionem quantitatis tantũmodo ad veritatem humane nature aliqualiter pertineat. z hec opinio consonat sententie Alexan. ꝯmenta. qui exponit carnem secunduz speciem quaz pbũs dicit semper manere esse illud quod a parentibus trahitur. carnem vero secũdum materiam illud qđ ex alimento generatur que fluit z refluit Sed hanc opinionez ꝯmenta. Auerrois reprobat in tractatu quẽ fecit super librum de generatione. Cum enim illud qđ ex alimento generatur nutriat inquantuz est potentia caro z augeat inquãtum est potentia quanta caro vt dicitur in. z. de anima. Illud qđ generatur ex alimento postq̃ receperit speciem carnis efficit vnuz cum illo quod prius inerat quia in fine conuersum iam est simile vnde non videtur esse aliqua ratio quare calor naturalis aliquid possit consumere de illa humiditate carnis que ex alimento generatur' z non de humiditate que a parentibus trahitur nec posset aliquo necessario modo illud probari. z ideo tam illud quod est a parentibus acceptum q̃ illud quod est ex alimento generatum equaliter se habet ad hoc q maneat vel consumatur per calorem naturalem. z ad hoc q restauretur per nutrimentum quod est fluere z refluere. z sic equaliter pertinet ad veritatem humane nature quod generatur ex alimento z quod a parentibus trahitur. Et secundum hoc est tertia opinio q alimentum conuertitur in id qđ ẽ principaliter de veritate humane nature z quantum ad speciem z quantum ad indiuiduum. Ponit enim hec opinio q vtrũq3 scz z quod ex alimento generatur z qđ a parentibus trahitur indifferẽter z equaliter forma humana perficitur et vtrunq3 indifferenter manet vel consumitur. manet quidem secundum speciem. consumitur autem z restauratur secundum materiam sicut in aliqua republica diuersi homines numero ad communitatem pertinẽt quibusdam morientibus z aliis in locum eorum succedentibus. et sic nõ manet vna respublica sz9 materiã qz sunt alii z alii homines manet tamẽ vna numero quãtuz ad speciẽ siue formaz propter ordinis vnitatẽ in officiis distinctis. ita etiaz in corpore humano manet caro z os z vnaqueq3 partium eadez numero quantũ ad speciem z formam q̃ ꝯsideratur in determinato situ z virtute z figura non aũt manet quantum ad materiam. qz illa materia carnis in qua tal' forma erat pr9 ꝯsumpta ẽ z alia i locũ ei successit sicut pz đ igne q̃ ꝯtinuat' sz9 eandẽ formã z modũ p h9 q ꝯsũpti; qbusdã lignis alia supponunt' q̃ ignẽ sustinẽt. Et sz9 hãc opini de vtroq3 predictoꝝ indifferẽter scz generato ex alimẽto z a parẽtib9 tracto tantum resurget q̃tuz ẽ necessariuz ad speciem z q̃titatẽ debitam humani corporis. Et hec opinio mihi videtur ceteris probabilior

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Secundum g⁹ hanc opinionem ad primum dicendum ꝙ distinctio philosophi qua distinguit carnem secundum speciem ⁊ secundum materiā non est sic accipienda ꝙ alia sit caro que dicitur secundum speciem scz a parentibus tracta. ⁊ alia que sit secundum materiam ex alimento generata sed vna ⁊ eadem caro signata potest considerari ⁊ secundum speciem quaz habet ⁊ secundum materiam. Et ꝙ hic sit intellectus philosophi patet ex hoc ꝙ ipse dicit ibidem. ꝙ hoc modo distinguitur caro secundum speciem ⁊ secundum materiam sicut vnumquodqz habentiuz speciem in materia. In aliis autem habentibus speciem in materia sicut ē lapis ⁊ ferrum ⁊ huiusmodi non habet locuz prima distinctio sed secunda vt per se patet. ⁊ ideo dicendum est ꝙ alimentum conuertitur in carnem que est secundum speciem. i. que habet speciem. non tamen ita ꝙ alimentum fiat species carnis sed fit carnis materia. ratione cuius potest dici ꝙ conuertitur in carnem quantum ad materiam ⁊ non quantum ad speciem. Ad secundum dicendum ꝙ veritas humane nature ⁊ cuiuslibet alterius rei est a specie ⁊ nō cum id quod est in homine manet secundum speciez quāuis nō maneat secundum materiam nihilominus veritas humane nature manere dicitur nec desinit esse idem homo numero propter mutationem que est secundum materiam quia non tota materia simul a forma abstrahitur vt alia tota simul formam accipiat. Nec enim generatio esset ⁊ corruptio. sicut si totus ignis vnus extingueretur ⁊ alius totus accenderetur. sed aliqua pars materie consumitur ⁊ alia in locum eius substituitur que efficatur vna materia cuz precedenti per hoc ꝙ ei adungitur ad sustinendam eandem formam humani corporis sicut si vnum lignuz ignis consumat ⁊ aliud loco eius apponatur erit idem ignis numero. Ad tertium dicendum ꝙ ad conceptionem humani corporis duo concurrunt scz materia ex qua formatur conceptum. et iterum vis formatiua que conceptum format. quorum primum Aug. vocat corpulētaz substantiam. secundum vero seminalem rationem. Dicimur ergo secundum vtrunqz istorum fuisse in adam originaliter inquantū scz materia conceptus preparata est per virtutem generatiuaz matris. Vis autem formatiua est in semine patris. Et vtrunqz istorz reducitur in adam sicut in primam originem a qua humanaz naturam traxerunt virtutes consequentes. Corpus autem xpi formatum fuit per virtutem spiritus sancti actuam. Sed materiam ministrauit mater quia ex purissimis sanguinibus virginis ꝯceptꝰē.

vt Dama. dicit. Et ideo non fuit in adam secundum seminalez rationem sed secundum corpulentam substantiam. non tamē ita ꝙ eadem numero que est in nobis. ⁊ fuit in xpo fuerit in Adam. Et ex hoc patet responsio ad sequens.

Deinde querebatur de bis que pertinent ad culpam vl' graciam. Et primo querebatur de bis que pertinent ad graciam. Secundo de bis que pertinent ad culpam. Quantum ad pertinentia ad graciam querebatur primo de bis que pertinēt ad prelatos tantum. Secundo de bis que pertinent ad omnes communiter. Quantum autem ad prelatos querebantur duo. Primo de electione prelatorum vtruz scz sit necesse semper eligere meliorem vel sufficiat eligere bonum. Secundo de honore exhibendo prelatis vtrum scz malꝰ prelati sint honorandi.

Articulus sextus

Primum sic proceditur. Videtur ꝙ necesse sit semper eligere meliorem. Dicitur enim. 4. Re. Eligite meliorem ⁊ eū ponite super solium patris sui. ergo multo fortius in spiritualibꝰ officiis meliores preeligēdi sunt. Preterea. 1. ad Thi. 3. sup illud Oportet episcopum irreprehensibilem esse. dicit glo. Talis eligatur pontifex cuius comparatione ceteri grex dicantur. ergo oportet in episcopatu semper eligere meliorem. Preterea Leo papa dicit Ille qui melior est in presbiteris ⁊ diaconibus in episcopuz eligatur. Preterea ille qui est propinquior ad hereditatem possidendam debet preferri. Sed xpo cuius patrimonium possident clerici ⁊ prelati est propinquior qui est melior. ergo ad prelationes et officia ecclesiastica semper sunt meliores eligēdi. Preterea si alicui commissum esset a domino suo vt ei fidelem et ydoneum ministrum q̄reret non ageret fideliter erga dominuz suuz si pretermisso magis ydoneo minus ydoneum acciperet. ergo multo magis peccat ille cui commissuz est eligere aliquem in ministerium dei si non eligat meliorem. Sed contra est qđ decretalis dicit. ꝙ sufficit eligere bonum nec requiritur ꝙ melior eligatur. Rꝯ dicēdum ꝙ aliquis homo potest dici bonus vel melior altero dupliciter. Uno modo simpliciter. et sic melior est qui in caritate est perfectior. Alio modo secunduz quid. et sic dicitur aliquis melior altero vel ad militiam vel ad magisterium vel ad prelationem vel aliquid huiusmodi qui non est melior simpliciter eo ꝙ in singulis officiis tam spiritualibus q̄ corporalibus requiruntur aliqua

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

preter moralem bonitatez ad hoc ꝙ aliquis sit ydoneus ad illud officium exequendum. Dicenduz est ergo ꝙ oportet eligere ad p̄lationem vel ad ecclesiasticum officium aliquem qui sit bon⁹ simpliciter quia per quodlibet peccatuz mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet spirituale exequenduz. Unde dicit Dio. in epistola ad Demophilum monachum loquens de sacerdote qui non est gracia illuminatus. Nō est iste sacerdos sed inimicus dolosus delusor sui ipsius ⁊ lupus supra dominicum populum pelle armatus ouina non tamen oportet ꝙ semper eligatur ille qui est melior simpliciter. Possibile est enim ꝙ illi qui est in caritate perfectior deficiant multa que requiruntur ad hoc ꝙ aliquis sit prelatus ydoneus que in alio qui est minoris caritatis inueniuntur vt sunt scientia industria potentia et alia huiusmodi. Unde non oportet semper eligere meliorez simpliciter. sed eum qui sit melior ad hoc officium. Si autem eligat quis eum quem reputat minus ydoneum ad tale officium peccat. Non eniz potest esse ꝙ de duobus vnus alteri preeligatur nisi propter aliquod in ipso consideratum. Illud autem quod consideratur in eo qui est minus ydoneus ad hoc ꝙ magis ydoneo preferatur ē aliqua conditio indebite mouens vel familiaritas vel consanguinitas vel aliquid huiusmodi. Non enim potest esse aliqua conditio pertinens ad prelati ydoneitatem ex quo alter simpliciter magis ydoneus reputatur ⁊ sic indebite mouet. ⁊ sic in tali electione erit ibi acceptio personarum que sine peccato non fit. Ad primum ergo dicēduz ꝙ cum dicitur. Eligite meliorem intelligitur de meliori ad talem dignitatem. Ad secundum dicendum ꝙ in comparatione prelati debent esse ceteri quasi grex non considerata sola sanctitate morum sed discretione ⁊ strennuitate ⁊ aliis huiusmodi que in pastore exiguntur ad regendum. Ad tertium dicendum sicut ad primum. Ad quartum dicendum ꝙ ille qui eligitur in prelatum non eligitur quasi ad hereditatez possidendam quia hereditas xp̄ianorum non est in terra sed est in celo scz ipse deus secundum illud p̄s. Dominus pars hereditatis mee. eligitur autem velut dispensator in familia domini alicuius secundum illud. 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros xp̄i ⁊ dispensatores ⁊c. Dispensator autē non semper eligitur qui est propinquior sed qui est magis ydoneus. Ad quintum dicendum ꝙ similiter etiam contingeret in procuratione serui alicuius domini temporalis ꝙ non oporteret querere hominem meliorem simpliciter sz me

liorem ad seruiendum. Ad illud vero qđ in contrarium obicitur dicendum ꝙ decretalis intelligenda est quantum ad hoc ꝙ n̄ semper oportet eligere meliorem simpliciter sed sufficit eligere bonum. Uel dicendum ꝙ non loquatur quantum ad forum conscientie sed quantum ad forum contentiosum in quo non reprobat̄ electio ex hoc ꝙ potest aliquis alius magis ydoneus inueniri dū modo ille qui eligitur ydoneus sit. aliꝰ oīs electio calūniā pateret̄.

Articulus septimus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ malis prelatis nō sit exhibendus honor. Sicut enim dicit Boe. in li. de consola. Non possumus ob honores reuerendos iudicare quos ip̄is honoribus reputamus indignos. Sed mali prelati non sunt honoribus digni. ergo nō possunt iudicari esse reuerendi a suis subditis. Preterea honor non debetur prelatis malis nisi ratione p̄lationis. Cum ergo sunt prelatione indigni sunt etiam per consequens indigni ad honores et ad alia omnia que sunt prelationi propria. Sed contra est quod dicitur Exo. 20. Honora patrem tuum. Glo. id est prelatos. Cum ergo indiffinite loquatur videtur ꝙ omnes prelati tam boni ꝙ mali sint honorandi. R.º dicendum ꝙ in prelato duo possumus considerare scz personam propriam et dignitatem secundum quam est quedā persona publica. Si ergo prelatus sit malus ratione persone sue non est honorandus quia cum honor sit reuerentia alicui exhibita in testimonium virtutis falsum testimonium de eo proferret si quis eum obtētu proprie persone honoraret contra illud quod dicitur Exo. 20. Non loquaris contra proximum tuum, falsum testimonium. Sz inquantuz est persona publica sic gerit typum ⁊ locum non sui ipsius sed alterius scz xp̄i in ecclesia vel rei publice vt dominus in secularibus dignitatibus. ⁊ sic valor eius nō ꝯputatur sz⁹ personā sed sz⁹ eum cuius loco presidet. sicut est de lapillo qui in ꝯputationibus ponitur loco centum marcarum cum in se nihil valeat vt dicitur prouer. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruum mercurii ita qui tribuit insipiēti honorē. Mercuri⁹. n. dicebat̄ de⁹ rōcinii ⁊ mercationis. ⁊ ita ē ei honor exhibēd⁹ nō ꝓpter se sz ꝓpter eū cuius locū obtinet sicut adoratio ymaginis refertur ad ꝓtotypuz vt dicit Dam. Uñ ⁊ malus p̄lat⁹ ydolo ꝯpatur Zach. xi. O pastor ⁊ ydolum derelinquens gregē. Ad pri⁹ g.º dicenduz ꝙ intentio Boe. est dicere ꝙ mali homines non iudicantur vt reuerendi in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

propriis personis quãuis eis exhibeamus honores propter offi
cia in quibus sunt constituti. Ad secundum dicendum q̃ ma
lus prelatus z indignus ẽ prelatione z honoribus qui prelato de
bentur. sed ille cuius vicem gerit dignus est vt eius vicario talis
honor exhibeatur. sicut beata virgo digna est vt eius ymaginem
depictam in pariete reuereamur quãuis tali reuerentia ipsa yma
go digna non sit.

Hinde queritur de pertinentibus ad graciam quantum ad
omnes. z que communiter omni statui. Et circa hoc querebãt
tria. Primo de orationibus vtruz oratio tantum valeat facta pro
alio sicut facta pro se. Secundo de suffragiis vtruz magis prosint
pauperi magis digno q̃ diuiti pro quo specialiter fiunt. Tertio
de votis vtrum votum simplex dirimat matrimoniuz contractum.

Articulus octauus

D primum sic proceditur. Videtur q̃ oratio plus valeat
pro se facta q̃ pro alio. Ita enim dicitur in quadam glosa
q̃ speciales orationes plus valent. Sed illa est maxime specialis
qua quis pro se orat. ergo plus valet oratio pro se facta q̃ p alio
Preterea vt dicitur in li. de spiritu z anima. Oratio nihil aliud
est q̃ deuotio mentis in deuz. Sz magis deuote aliquis orat pro
se q̃ pro alio. ergo plus valz oratio pro se facta q̃ pro alio. Sz
contra. Oratio tanto amplius valet quanto magis est deuota.
Sed quandoqz quis deuotius orat pro alio q̃ pro seipso. Rñ.
dicendum q̃ dupler est valor orationis. Unus qui est orationis
proprius secundum quem dicitur valere oratio ad impetranduz
illud quod petitur sicut oratio Petri valuit ad suscitationẽ Tha
bite. Alius valor est communis orationi z aliis operibus virtu
tum secundum q̃ oratio valere dicitur ad merendum aliquid ip
si oranti. prout caritate informatur sicut oratio Petri qua susci
tationem Thabite impetrauit fuit meritoria Petro vite eterne in
quantuz erat actus caritatis informatus. Loquendo ergo de pri
mo valore ceteris paribꝫ plus valet oratio facta pro se q̃ pro alio
quia efficacia orationis in impetrando potest amittere suum ef
fectum quando pro alio fit ex aliquo impedimento quod inue
nitur in eo pro quo oratur. Unde vna de conditionibus oratio
nis que faciunt eam efficacem ad impetranduz est vt aliquis pro
se oret. Quantum autem ad secundum valorem oratio magis va
let que ex maiori caritate procedit siue pro se siue pro alio fiat.

Si autem de interiori caritate per exteriora opera debeat iudica
ri tunc ista comparatio potest dupliciter intelligi. Uno modo vt
aliquis ita oret pro alio q̃ etiam pro se ipso. z tunc maioris meri
ti est pro alio orare z pro se ipso q̃ pro se tantum. Maioris enim
meriti est amicum benuolum z bñficum esse sibi z alii q̃ sibi tan
tum. Alio modo potest intelligi vt aliquis oret pro alio z nõ pro
se. z sic ostendentur esse alteri benuolus magis q̃ sibi. z ita pecca
ret in ordine caritatis magis alium q̃ se diligens. z hoc modo in
telligendo comparationem melius est orare pro se q̃ pro alio.

Ad primum ergo dicendum q̃ ratio illa nõ est ad proposituz
quia specialis oratio dicitur in glo. illa pro quocunqz specialiter
fiat siue pro se siue pro alio. Ad secundum dicendum q̃ licet
vt pluries homo pro seipso deuotius oret tamen quandoqz de
uotius pro alio. z ita secunduz hoc non potest sumi vniuersale iu
dicium que oratio plus valeat. Silr dñ ad 3m in contrarium.

Articulus nonus

D secunduz sic proceditur. Videtur q̃ suffragia ecclesie spe
cialiter facta pro aliquo diuite equaliter valeant pauperi
pro quo non fiunt si sit equalis meriti. Ut dicit enim Aug. huius
modi suffragia tantum valent vnicuiqz post mortem quantũ me
ruit viuens vt sibi prodesset. Sed predicti duo equaliter merue
runt. ergo equaliter eis p̃dicta suffragia prosunt. Preterea pas
sio xpi semper plus prodest ei qui maioris est meriti. Sed missa
que est precipuum suffragiorum est memoria passionis dominice
ergo equaliter prosunt eis qui sunt equalis meriti. Cõtra. De
us accipit huiusmodi suffragia secundum intentionem facientis
Sed faciens intẽdit q̃ plus prosunt diuiti pro quo facit. ergo ei
plus prosunt. Preterea non est dicendum q̃ frustretur pia intẽ
tio eorum qui pro suis caris specialia suffragia faciunt. Frustra
retur autem si eis specialius non prodessent. ergo magis prosunt
eis quibus fiunt. Rñ. dicenduz q̃ circa hoc est dupler opinio
Quidam enim dicunt q̃ suffragia ecclesie specialiter pro aliquo
facta valent omnibus qui sunt in purgatorio equaliter quidem
bis qui sunt equalis meriti. plus vero bis qui sunt maioris meri
ti minus bis qui sunt minoris: sicut candela accensa pro aliquo
diuite in aliqua domo vbi sunt multi alii equaliter prodest aliis
qui sunt equalis visus. plus vero bis qui sũt maioris minus bis
qui sunt minoris. quãuis sit diuiti magis ad quendam honorez

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

prealiis. Et sicut etiam lectio que legitur specialiter pro aliquo clerico multis simul audientibus equaliter valet bis qui sunt equalis capacitatis. plus bis qui sunt maioris minus vero bis qui minoris. Alii vero dicunt q̄ suffragia plus valent bis pro quib⁹ specialiter fiunt. Utraq3 autem opinio secundum aliquid vera est. Ad cuius euidentiam sciendum est q̄ opera vnius non valent alteri quantum ad premiu3 essentiale quia sic vnusquisq3 ex propriis actibus iudicatur. sed solum quantum ad aliquod accidentale gaudium. vel quantu3 ad remissionem alicuius pene temporalis. Et sic suffragia viuorum possunt prodesse defunctis. Duplicit autem cōmunicatio operum contingit dupliciter. Uno modo ex vnione caritatis qua omnes xp̄i fideles efficiuntur vnum corpus. ⁊ sic actus vnius quodā modo redundat in iuuamentu3 alterius. sicut etiam in membris nostris corporalibus videmus. ⁊ sic iuuatur aliquis ex actu alterius inquantum quilibet existens in caritate gaudet de quolibet bono opere. ⁊ quanto est maioris caritatis tanto amplius gaudet siue sit in purgatorio siue in paradiso siue etiam in mundo. ⁊ quantum ad hoc est vera prima opinio. Alio modo actus vnius fit communis alteri per intentione3 facientis quia facit pro illo vel vice illius quod valet precipue in debitis soluendis. ⁊ sic suffragia ecclesie valent defunctis inquantum viuus soluit deo satisfactionem quaz mortuus soluere tenebatur. Et sic valor suffragii sequitur intentionē facientis. Et quā tum ad hoc secunda opinio vera est. Ad primum ergo dicendum q̄ meritum illud de quo loquitur Augustinus est meritum condicionatum. Meretur enim aliquis viuens vt sibi suffragia post mortem valeant si proieo fiant que quidem conditio extat in vno ⁊ non extat in alio. ⁊ ideo nō equaliter prosunt vtriq3. Ad secundum dicendum q̄ passio Christi fuit exhibita pro omnibus. sacrificium autem misse specialiter pro aliquibus offertur. Et iō non est simile. Alia duo concedimus.

Articulus decimus

D tertium sic proceditur. Uidetur q̄ votum simplex continentie dirimat matrimonium contractum. Si enim aliquis det alicui quod prius alteri dederat secunda datio nulla est Sed ille qui emittit simplex votum continentie dat corpus suum deo. ergo cum postea contrahendo matrimonium det corpus sui vxori contractus iste matrimonii nihil valere videtur. ergo ꝛc.

Sed contra est quod decretalis dicit q̄ votum simplex matrimonium impedit contrahendum sed non dirimit contractum.

R.ō dicendum q̄ votu3 simplex non dirimit matrimoniu3 cōtractum sed solum solemne. cuius ratio patet si differentia vtriusq3 voti inspiciatur. In voto enim simplici est sola promissio qua quis promittit deo se continentiam seruaturum. Ex sola autē promissione non transfertur dominiū. vnde si aliquis promittat rem aliquam alicui ⁊ postea det eandē alteri huiusmodi donatio nō potest rescindi per priorem promissione3 quāuis male faciat dando. Et sic ille qui emisit votu3 simplex continentie pōt postmodū corpus suum tradere vxori vt quamuis peccet hoc faciendo tamē matrimonium non dirimetur propter votum precedens. In voto autem solemni est simul promissio ⁊ collatio. Tunc enim est votū solemne quādo simul aliquis cū voto consecratur deo ⁊ ponitur in aliquo statu sanctitatis vel per susceptionem ordinis vel p professionem certe regule. et sic non potest vlterius corpus suum tradere vxori et si tradit contractus nullus est. et sic matrimoniu3 dirimitur per votum solemne non autem per simplex. Ratio autē3 in contrarium adducta falsum supponit scilicet q̄ per votum simplex aliquis det corpus suum deo non enim dat sed promittit.

Hinde querebatur de bis que pertinent ad culpam. Et circa hoc querebantur quinq3. Primo vtrum peccet qui ad ecclesiam vadit propter distributiones qui alias non iret quāuis a principio prebendam acceperit vt deo seruiret. Secundo vtrum aliquis habens de superfluo peccet si non det pauperi petenti. Tertio vtrum quando sunt diuerse opiniones de aliquo facto vtrum ille qui sequitur minus tutam peccet. sicut de pluralitate prebendarum. Quarto vtru3 mendacium semper sit peccatum. Quinto vtrum quantum aliquis intendit peccare tantum peccet.

Articulus vndecimus

D primum sic proceditur. Uidetur q̄ ille qui vadit ad ecclesiam propter distributiones alias non iturus peccat. Ipse enim videtur ponere obsequium diuinum quod est impreciabile sub precio rei temporalis. ergo committit symoniam. et ita videtur q̄ mortaliter peccet. Sed contra. Ille scilicet qui facit votum, bona intentione si postmodum in persecutione voti mutetur voluntas eius vt inuitus faciat quod volens

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

promisit non euacuatur meritum voti vt videtur Ans. dicere in li. de similitudinibus. ergo eadem ratio qui accipit prebendam vt deo seruiat non peccabit quāuis postea mutetur eius intentio.

R.º dicendum ꝙ ad euidentiam huiꝰ questionis notandum ē ꝙ aliquis actus dicitur esse spiritualis dupliciter. Uno modo ex parte principii quando scz actus competit alicui persone propter aliquid spirituale quod in ipso est. sicut episcopo consecrare basilicas ⁊ dyacono legere euangelium. et in talibus actibus committitur simonia si aliquis intendat suum actum vendere. Alio modo est aliquis actus spiritualis non ex parte principii sed ex parte finis tantum sicut docere liberales artes quarum veritas spiritualis est. sed huiusmodi doctrina non competit alicui propter aliqđ spirituale officium cum etiam gentilibus liceat huiusmodi artes docere. ⁊ in his actibus committitur simonia si vēdatur finis qui spiritualis est scz ipsa veritas. non autem si aliquis sua opera locet. Celebrare ergo diuinum officium in ecclesia est actus spiritualis primo modo. Competit eniz alicui ex hoc ꝙ est clericus ⁊ ideo simoniam committit qui hmōi actum vendere intendit. In qualibet enim venditione precium accipitur quasi finis. ⁊ ideo in predicto casu distinguendū est. Si eni huiusmodi distributiones recipit quasi finem sui operis principaliter intentum simoniam committit. ⁊ ita mortaliter peccat. Si autem habet principalem finem deum in tali actu ad huiusmodi autem distributiones respicit secundario non quasi in finem sed sicut in id qđ est necessarium ad suam sustentationem constat ꝙ non vendit actum spiritualem. et ita simoniam non committit nec peccat. Sic enim acceptio distributionum non erit causa quare ad ecclesiaz vadat. sed proprie huiusmodi determinatio quare nūc vadat ⁊ non alia vice. Et sic patet responsio ad primum quia non ponit impreciabile sub precio

Ad illud vero qđ contra obicitur dicendum ꝙ tunc in vouente non euacuatur meritum voti quando intentio vouentis fertur super licitum. vt cum aliquis vellet non facere illud quod vouit si non vouisset. Si autem feratur directe super illicitum tunc euacuatur meritum voti. vt cum aliquis vult absolute illud non facere quod vouit. Ille autem qui vult ire ad ecclesiam pro pecunia sicut pro fine principali habet voluntatem delatam super illicitum et ideo peccat.

Articulus duodecimus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ ille qui non dat pauperi petenti si haeat de superfluo peccet. Facere enim elemosinam de superfluo est in precepto Luce. 12. Uerūtamen si quid superest date elemosinam. ergo peccat si petenti non tribuat Preterea aliquis tenetur inquirere de his que sunt necessaria ad salutem vt aliquis subueniat existenti in extrema necessitate. ergo tenetur quilibet inquirere vtrum pauper sit in extrema necessitate vel statim ei dare. In contrarium est qꝛ sic videretur ꝙ omnes essent damnati. R.º dicendum ꝙ circa hoc distinguendum est Supposito enim ꝙ aliquis habeat đ superfluo ⁊ respectu indiuidui ⁊ respectu persone qđ tenetur pauperibus erogare. aut videt in paupere petente euidētia signa extreme necessitatis aut non. si videt certum est ꝙ tenetur dare ⁊ peccat non dando. In hoc eniz casu loquitur Ambro. Pasce fame morientem si non paueris occidisti. Si vero non appareant tunc non tenetur dare pauperi petenti quia quāuis teneatur dare superfluum pauperibus non tamen tenetur omnibus dare nec huic dare. sed tenetur distribuere secundum ꝙ sibi visum fuerit opportunum nec tenetur inquirere quia hoc essz nimis graue ꝙ de omnibus pauperibus inquireret ⁊ precipue cum ad eum qui necessitatem patitur pertineat vt necessitatem suam exponat. ⁊ per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus decimustertius

D tertium sic proceditur. Uidetur ꝙ ille qui habet plures prebendas peccet ex hoc ipso ꝙ opiniones magistrorum sunt in contrarium. Quicunqz enim cōmittit se discrimini in his que sunt ad salutem peccat. Sed iste cōmittit se discrimini vt videtur cum faciat contra multorum peritorum sententiam. gº videtur ꝙ peccet. Sed contra. Potest esse ꝙ in tali casu aliquis adhibet diligentiam inquirens an habere plures prebendas sit licitum nec inuenit aliquid qđ eum moueat ad hoc ꝙ sit illicitum. ergo videtur ꝙ sine peccato possit plures prebendas habere.

R.º dicendum ꝙ duobus modis aliquis ad peccatum obligatur. vno modo faciendo contra legem vt cum aliquis fornicatur. alio modo faciendo contra conscientiam ⁊ si non sit contra legem vt si conscientia dictat alicui ꝙ leuare festucaz de terra sit peccatum mortale. Ex conscientia autem obligatur aliquis ad peccatum siue habeat certam fidem de contrario eius qđ agit. siue etiā habeat opinionem cum aliqua dubitatione. Illud autem quod

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

agitur contra legem ſemper eſt maluꝫ nec excuſatur per hoc ꝙ eſt ſecundum conſcientiam. ⁊ ſimiliter quod eſt contra conſcientiam ẽ malum quãuis non ſit contra legem. qđ autem nec contra conſcientiam nec contra legem eſt non poteſt eſſe peccatum. Dicendum eſt ergo ꝙ quando ſunt duc opiniones contrarie de eodem oportet eſſe alteram veram ⁊ alteram falſaꝫ. Aut ergo ille qui facit cõtra opinionem magiſtrorum vtpote habendo plures prebendas facit contra veram opinionem. et ſic cum faciat contra legem dei non excuſatur a peccato quãuis non faciat contra conſcientiam. ſic enim contra legem dei facit. Aut illa opinio non eſt vera ſꝫ magis contraria quaꝫ iſte ſequitur ita ꝙ vere licet habere plures prebendas. et tunc diſtinguendum eſt. quia aut talis habet conſcientiam de contrario et ſic iterum peccat contra conſcientiam faciens quãuis non contra legem. Aut non habet conſcientiam de cõtrario ſed certitudinem. ſed tamen in quandaꝫ dubitationem inducatur ex contrarietate opinionum. ⁊ ſic ſi manente tali dubitatione plures prebendas habet periculo ſe committit. ⁊ ſic peccat dubio vtpote magis amans beneficium temporale ꝙ propriam ſalutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur. et ſic non committit ſe diſcrimini nec peccat. Unde patet ſolutio ad obiecta.

Articulus decimusquartus

D quartum ſic proceditur. Videtur ꝙ non omne mendacium ſit peccatuꝫ. Malus enim peccatum eſt homicidiuꝫ ꝙ mendacium. Sed homicidium poteſt licite fieri vt cum quis occidit latronem. ergo ⁊ mendacium. Preterea in ſacra ſcriptura quidam laudantur qui tamen mentiti eſſe intelliguntur vt obſtetrices Jacob ⁊ Judith. ergo mendacium non ſemper eſt peccatum

Sed contra eſt qđ Aug. determinat in li. de mẽdacio. Rc. dicendum ꝙ quandocunqꝫ aliquis actus habet aliquam inordinationem inſeparabiliter annexam nunq̃ poteſt bene fieri qz ipſa inordinatio eſt aliquid ſuperfluum vel diminutum. ⁊ ita non poteſt in tali actu medium accipi in quo virtus conſiſtit vt patet per phm̃ in. 6. ethi. huiuſmodi autem actus eſt mendacium. Ad hoc enim inuenta ſunt verba vel voces vt ſint ſigna intellectuuꝫ vt dicitur in principio periar. ⁊ ideo quãdo aliquis voce enunciat qđ non habet in mente qđ importatur in noie mendacii eſt ibi inordinatio per abuſuꝫ vocis. ⁊ ideo ꝓcedimus ꝙ mendacium ſemper

eſt peccatum. Ad primum g⁹ dđ ꝙ homicidium ſemper ẽ peccatum qz inordinationem habet inſeparabiliter annexam. homicidium enim plus importat q̃ occiſio hois. Compoſita enim noꝫ frequenter plus important q̃ ꝓponentia. Importat enim homicidium occiſionem hominis indebitam. ⁊ ideo homicidium nunq̃ eſt liciuꝫ quãuis occidere hoĩem aliquando liceat. Ad ⁊⁹ dicendum ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de mendacio. ⁊ habetur in glo. ſu per illud ps. Perdes oẽs qui loquuntur mendacium. Dupliciter aliquis laudatur in ſcriptura. Quidam propter perfectum ſtatuꝫ virtutis. ⁊ horum facta proponuntur omnibus in exemplum ⁊ de talibus non legitur ꝙ mentiti ſint vel ſi aliqua dixerunt que mẽdacia videntur ſꝫ⁹ intẽtionem quã ex inſtinctu ſpiritus ſancti cõceperunt mendacia non ſunt. Quidam vero laudantur propter virtutis indolẽ. ⁊ ſic in aliquib⁹ mẽdaciũ fuiſſe legit maxime offitioſuꝫ ſicut pꝫ de obſtetricib⁹. Nõ. n. ꝓmẽdantur qz mentite ſunt ſꝫ propter miſericordiam ex qua in mendaciuꝫ inciderunt. ⁊ ſic apparet in eis quedam indoles. i. profectus vtut nõ actus perfectio.

Articulusdecimusquintus

D quintuꝫ ſic proceditur. Videtur ꝙ non oportet ꝙ ſi aliquis intendat peccare mortaliter ꝙ peccet propter hoc mortaliter. Deus enim promptior eſt ad miſerendum q̃ ad puniendum vt habetur ex glo. in principio Jere. Sed ſi aliquis intendat peccare venialiter non ſequitur ꝙ propter hoc peccet venialiter. ergo nec oportet ꝙ qui intẽdit peccare mortaliter ꝙ propter hoc peccet mortaliter. Sed contra. Quicunqꝫ intendit peccare mortaliter facit contra conſcientiã. Sed omnis talis peccat mortaliter. g⁹ ⁊c

Rc⁹ dđ ꝙ improprie dicitur ꝙ aliquis intendat peccare mortaliter aut venialiter. Maluꝫ enim eſt preter intentionem ⁊ voluntatem vt dicit Dio. 4. c. de di. no. Sed aliquis ꝙ intendit facere aliquid quod credit eſſe mortale peccatum ex hoc dicitur ꝙ intendit peccare mortaliter. Predicta g⁹ queſtio nihil aliud querit niſi quare aliqs credẽs eſſe pctm̃ mortale qđ facit peccat mortaliter. nõ aũt ẽ neceſſe ꝙ ſit veniale ſi credat veniale eſſe. vt ſi fornicationeꝫ credat eſſe veniale peccatum. Cuius queſtionis de facili patet ſolutio quia cum conſcientia etiam erronea habeat vim ligandi ex hoc ipſo ꝙ contra conſcientiam facit mortaliter peccat. Error autẽ conſcientie quandoqꝫ habet viꝫ abſoluendi ſiue excuſandi qñ. ſ. procedit ex ignorantia ei⁹ qđ quis ſcire ñ põt vel ſcire ñ tenetur. et in tali caſu quãuis factum de ſe ſit mortale tamen intendens

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
CREDOS USALES

peccare venialiter peccaret venialiter. sicut si aliquis intenderet accedere ad vxorem suam causa delectationis ⁊ ita intenderet peccare venialiter si alia ei supponeretur eo nesciente nihilominus venialiter peccaret. Quandoq3 vero error conscientie non habet vim absoluendi vel excusandi quando sc3 ipse error peccatu3 est vt cu3 procedit ex ignorantia eius quod quis scire tenetur ⁊ potest. sicut si crederet fornicationem simplicem esse peccatum veniale. ⁊ tunc quãuis crederet peccare venialiter non tamen peccaret venialiter sed mortaliter. Et sic patet responsio ad obiecta.

Einde querebatur de his que pertinent ad penam ⁊ gloriam. Et primo de his que pertinent ad penam. Secundo de his que pertinent ad gloriam. Circa penam autem querebatur primo de pena spirituali. Secundo de pena corporali damnatorum. Circa primum duo querebantur. Primo vtrum damnati videant gloriam sanctorum ⁊ maxime post diem iudicii. Secũdo vtr̃ damnati vellent suos propinquos esse damnatos.

Articulus decimussextus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ damnati post diez iudicii videant gloriam sanctorum. Sicut enim se habet gloria ad miseriam ita miseria ad gloriaz. S3 de perfectione glorie sanctorum est vt videant miseriam damnatoru3 vt habet Isa. vltimo. Egredientur ⁊ videbunt cadauera impiorum. ergo ⁊ de ꝑfectione miserie damnatorum est vt videant gloriam sanctorum. ⁊ sic post diem iudicii quando in miseria perfecta erunt videbunt gloriam sanctorum. Preterea post diem iudicii nulla afflictio a damnatis subtrahetur. Sed nunc affliguntur damnati de hoc ꝙ vident gloriam sanctorum secundum illud Isa. 46. Uideant et confundantur zelantes populi. ergo ⁊ post diez iudicii gloriã sanctorum videbunt. Sed contra. Omnis delectationis materia damnatis post diem iudicii subtrahetur. Sed videre sanctorum gloriam est quedam materia delectationis. ergo ⁊c. R.º dicẽdum ꝙ videre gloriam beatorum dupliciter contingit. Uno mõ vt capiatur quid sit ipsa gloria ⁊ qualis ⁊ quanta. ⁊ sic nullus potest videre gloriam nisi qui est in gloria. Superat enim ⁊ desiderium ⁊ intellectum eorum qui non sunt in ea. Hoc enim est manna absconditum ⁊ nomen nouum scriptu3 in calculo quod nemo nouit nisi qui accipit. vt habetur Apoc. 2. Alio modo contingit videre gloriam beatorum vt videantur ipsi beati esse in quadam

gloria inenarrabili ⁊ excedente intellectu3. Et sic damnati ante diem iudicii vident gloriam sanctorum non autem post diem iudicii. quia tunc erunt penitus a sanctorum consortio alienati vt qui ad summum iam miserie peruenerunt ⁊ ideo nec etiam sanctoru3 consortio digni habebuntur. nam videns aliquod consortium habet cum eo quod videt. Ad primum ergo dicendum ꝙ videre miseriam damnatorum omnino erit sanctis ad gloriaz. gaudebunt enim de iusticia dei ⁊ de sua euasione secundu3 illud ps. Letabitur iustus cum viderit vindictam. Sed videre sanctorum gloriam aliquid perfectionis importat qua post diem iudicii damnati priuabuntur. Ad secundum dicendum ꝙ damnati in inferno existẽtes post diem iudicii memores erunt glorie sanctoꝝ quaz ante iudicium et in iudicio viderunt. et sic cognoscent eos esse in maxima gloria quãuis non videant ipsos beatos nec eorum gloriam. ⁊ ita inuidia torquebuntur. ⁊ sic afflictio que est in eis nũc ex tali visione manebit visione sublata de quo etiã magis dolebunt videntes se etiam visione sanctorum indignos reputatos.

Ad illud quod contra obicitur dicendum ꝙ videre sanctoru3 gloriam non est materia delectationis nisi secundum primu3 modum visionis videatur qualiter a damnatis nunq̃ videtur. secundo autem modo videre ⁊ non habere est magis afflictionis causa propter inuidiam.

Articulus decimusseptimus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ damnati non vellent suos propinquos esse damnatos. Dicitur enim Luce 16. ꝙ diues in inferno damnatus petebat Lazarum mitti ad fratres suos vt testaretur illis ne venirent in locu3 tormentorum. Petitio autem est voluntatis designatio. ergo damnati non volunt suos propinquos damnari. Sed contra est quod dicitur Isa. 14. super illud. Surrexerunt de solis suis. dicit glo. Solaciu3 est damnatis socios habere sue miserie. ergo ipsi vellent omnes esse damnatos. R.º dicendu3 ꝙ vitia spiritualia in damnat̃ cõsumantur qd̃ significatur Ezech. 32. vbi dicitur de impiis. ꝙ cu3 armis suis ad infernu3 descendunt. ⁊ ideo in eis perfecta inuidia est ad quaz pertinet dolere de bono alterius quod ipse nõ habet et sic etiam velle omnes pati malum quod ipse patitur. Liberari enim a malo quoddam bonum est. Que quidem inuidia in aliquibus etiam in hac vita tantum inualescit vt suis propinquissi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USALES

mis etiam inuideant de bonis que non habent ipi. Unde multo amplius damnati inuidia stimulante vellent suos propinquos cū oib⁹ aliis esse dānatos. ⁊ dolebunt si sciant aliquos esse saluatos Sed tamen si non omnes debent damnari sed aliqui saluari magis vellēt suos propinquos ꝙ alios a damnatione liberari quia in hoc etiam inuidia torquebuntur si videant saluari alios ⁊ suos damnari. ⁊ per hunc moduꝫ diues damnatus nolebat suoruꝫ damnationem. ⁊ sic patent obiecta.

Articulus decimusoctauus

Einde querebatur de pena corporali damnatorum vtrum scꝫ sit ibi tantum pena ignis vel etiam pena aque. ⁊ videtur ꝙ sic per illud Job. 24. de impiis. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Sed contra. Omnis delectatio ⁊ refrigerium damnatis aufertur. Sed non potest esse sine quodam refrigerio ꝙ aliquis afflictus calore ad frigus aque trāseat vel ecōuerso. ergo talis penarum alternatio non erit in dānatis. R.º dicendum ꝙ sicut dicit Basilius exponens illud ps. Vox domini intercidentis ⁊c. In fine mundi ignis diuidetur ⁊ alia elemēta ⁊ quicquid est in eis pulchrum ⁊ clarū remanebit superius ad gloriam beatorum. quod vero est in eis fetulentum ⁊ penosum descēdet in infernum ad penam damnatorum.. ⁊ ita fex totius creature in infernum colligetur, ⁊ erit damnatis in penam ⁊ non solum patientur penam ignis. Justum est enim vt qui creatorem offenderunt ab omni creatura puniantur. Unde dicitur Sapientie. 5.º Qꝛ orbis terrarum pugnabit pro illo contra insensatos. Ad illud autem quod in contrarium obicitur dicendum ꝙ ex huiusmodi varietate penarum nullum erit in damnatis refrigeriuꝫ. Ignis enim ⁊ aqua ⁊ huiusmodi non agent in corpora damnatoium actione nature ita ꝙ relinquant suas qualitates in corporibus dānatorum secundum esse nature sicut ignis relinquit calorem ī lignis que facit esse calida. alioquin cum contraria non possint esse simul in eodem oporteret corpora damnatorum suas qualitates perdere. ⁊ sic transmutata natura organorū fieret pena minus sensibilis. sed agunt in corpora damnatorum actione spirituali imprimendo scilicet suas qualitates in corporibus damnatorum secundum esse spirituale per modum quo species colorum ē in aere vel etiam in pupilla non ita ꝙ fiant colorata. Unde corpora dānatorum sentient afflictionem ignis sine hoc ꝙ conuertantur in

naturam ignis. et ideo varietas penarum non facit eis aliquod refrigerium. Refrigerium enim nunc ex alternatione penaruꝫ proueniens causatur ex transmutatione nature inquantum per frig⁹ aque superfluitas calefactionis remittitur et sic ad medium venitur quod est delectabile.

Einde querebatur de gloria beatorum. et circa hoc queruntur duo. Primo vtrum beatitudo sanctoruꝫ per prius consistat in intellectu ꝙ in effectu. vel econuerso. Secundo vtrum per prius beati ferantur ad videndum humanitateꝫ Christi ꝙ eius diuinitatem.

Articulus decimusnonus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ beatitudo sanctoꝝ precipue constat in intellectu. Sicut enim dicit Augustinus. 10. confessi. Beatitudo est gaudium de veritate. Sed veritas pertinet principaliter ad intellectum. ergo et beatitudo. Preterea Johannis decimoseptimo dicitur. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verum deum et quem misisti Jhesum Cristum. Cognitio autem ad intellectum pertinet. ergo et vita eterna siue beatitudo. Preterea Augustinus dicit. 1. de trinit. Qꝛ visio est tota merces. Merces autem est beatitudo. ergo pertinet principaliter ad visionem intellectus. Sed contra. Premium respondet merito. Sed meritum principaliter consistit in voluntate. ergo et beatitudo que est premium. Responsio dicendum ꝙ felicitas siue beatitudo in operatione consistit et non in habitu. vt philosophus probat in primo Ethicorum.. Unde beatitudo hominis potest comparari ad aliquam potentiam anime dupliciter Uno modo sicut obiectuꝫ potentie et sic beatitudo precipue comparatur ad voluntatem. Nominat enim beatitudo vltimum finem hominis et summum bonum ipsius. Finis autem et bonum sunt obiectum voluntatis. Alio modo sicut actus ad potentiam. et sic beatitudo originaliter et substantialiter consistit in actu intellectus. Formaliter autem et completiue in actu voluntatis. quia impossibile est ipsum actum voluntatis esse vltimum finem voluntatis. Ultimus enim finis hominis est id quod est primo desideratum. Non autem potest esse ꝙ primo volitum sit actus voluntatis. Prius enim est potentia fieri in aliquod obiectum ꝙ ꝙ feratur super actum suum. Prius enim intelligitur scilicet actus alicuius potentie ꝙ reflectio eius super actum illum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Actus enim terminatur ad obiectum. ⁊ ita quelibet potentia prius fertur in obiectum ꝙ in actum suum. sicut visus prius videt colorem ꝙ videat se videre colorem. et ita etiam voluntas prius vult aliquod bonum ꝙ velit se velle. ⁊ sic actus volūtatis nō potest esse primo volitus ⁊ per consequens nec vltimus finis. ſz quocunqz aliquod bonum exterius est desideratum quasi finis ille actus noster est nobis quasi finis interior quo primo perfecte attingimus ad ipsum sicut dicimus ꝙ comestio finis est ⁊ beatitudo eius qui ponit cibum finem suum. et possessio eius qui finem suum ponit pecuniam. Finis autem nostri desiderii deus est. Uñ actus quo ei primo coniungimur est originaliter ⁊ substantialiter nostra beatitudo. primo autem deo coniungimur per actum intellectus. ⁊ ideo ipsa dei visio que est actus intellectus est substantialiter ⁊ originaliter nostra beatitudo. Sed quia hec operatio perfectissima est ⁊ conuenientissimum obiectum ideo consequitur maxima delectatio q̄ quidē decorat operationem ipsam ⁊ perficit eā sicut pulchritudo iuuentutem vt dicitur in. 10. ethi. vnde ipsa delectatio que voluntatis est est formaliter complens beatitudinem ⁊ ita beatitudinis vltime origo est in visione. complementum autem in fruitione. Tres ergo primē ratiōnes concedende sunt. quia ostendunt ꝙ beatitudo substantialiter consistat in actu intellectus

Ad illud autem quod contra obicitur dicendum ꝙ meritum consistit in agendo premium autem in recipiendo. Actio autē primo pertinet ad voluntatem quia ipsa mouet omnes alias vires sed receptio primo pertinet ad intellectum ꝙ ad voluntatem. vnd̄ premiuz per prius attribuitur intellectui meritum aūt voluntati.

Articulus vicesimus

D secunduz sic proceditur. Uidetur ꝙ beati in gloria prius ferantur ad contemplandam xp̄i diuinitatem ꝙ eius humanitatem. Altissimo enim statui altissimus actus primo et principaliter competit. Sed beati sunt in statu altissimo. Luz ergo actus intelligentie que est potentia altissima cuius est ferri in deuz sit actus altissimus ⁊ nobilissimus videtur ꝙ hic actus primo beatis competat vt deum contemplentur. Preterea hoc ad imperfectionem vie pertinet ꝙ oportet nos ab inferioribus ad superiora contemplanda conscendere. Sed in beatis erit perfectio contraria imperfectioni vie. ergo ipsi econuerso per prius superiora contemplabuntur. ⁊ sic primo xp̄i diuinitatem ꝙ eius humanitatem

Sed contra. Ad extremum non peruenitur nisi per medium. Sed mediuz inter deum ⁊ homines est xp̄i humanitas. 1. ad tbi. 2. Mediator dei ⁊ hominum homo xp̄us Jhesus. ergo sancti nō perueniunt ad contemplationem diuinitatis xp̄i nisi prius cōtemplando eius humanitatem. R. dicendum ꝙ vnusquisqz prius considerat illud ꝙ est ratio alicuius ꝙ id cuius ratio est sicut artifex prius considerat regulam operis ꝙ secundum regulaz operetur. Beati autem adeo sunt deo coniuncti vt ipse sit eis ratio cuiuslibet cognitionis ⁊ operis. Aliter enim actus beatitudinis per alias cognitiones ⁊ operationes sanctorum impediretur. Et ideo illud ad quod sancti primo attendunt est ipse deus et eum habēt medium cuiuslibet cognitionis ⁊ regulam cuiuslibet operationis ⁊ sic per prius contemplantur diuinitatem xp̄i ꝙ eius humanitatem. Jn vtraqz tamen contemplanda delectationem inueniunt. vnde dicitur Joban. 10. Jngredientur scilicet beati ad contemplādam diuinitatem xp̄i. et egredientur ad contemplandam ei⁹ humanitatem et vtrobiqz pascua inuenient. i. delectationem vt exponitur in libro de spiritu et anima. Duas ergo primas rationes concedimus. Ad illud quod contra obicitur dicendum ꝙ ratio illa procedit quantum ad statum vie in qua nondum sum⁹ deo perfecte coniuncti. Sed oportet nos ad deum per xp̄m accedere. sed cum iam deo in beatitudine coniuncti erimus per prius intendemus xp̄i diuinitati ꝙ eius humanitati.

Incipit quodlibet nonum sancti Thome

Uesitum est primo de capite xp̄i. deinde de membris De xp̄o quesitum est tripliciter. Primo quantum ad naturam diuinam. Secundo quantum ad vnionem humane nature ad diuinam. Tertio quantuz ad species sub quibus in sacramento altaris continetur.

Articulus primus

Jrca primum querebatur vtrum deus possit facere infinita esse actu. et videtur ꝙ non. Deus enim potest facere aliquid maius omni eo quod facit quia eius potentiam non adequat opus vt dicit Hugo de sancto victore. Sed infinito in actu non potest esse aliquid maius. ergo non potest esse ꝙ deus faciat infinituz in actu. Sz ctra. Deus potest plus facere ꝙ hō possit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS USAL.ES

dicere vel cogitare secundum illud Luce.1° Non erit impossibile apud deum omne verbum. Sed homo potest dicere esse infinitum in actu ⁊ etiam cogitare cum quidam phi hoc posuerunt vt patet in tertio phi. ergo deus potest facere infinitum in actu. R.° dicendum ꝙ cum dicitur deum non posse aliquid facere hoc non est propter defectum diuine potentie sed propter incompossibilitatem que importatur in facto. quod quidem contingit dupliciter. Uno modo quia repugnat facto inquantum est factum. sicut dicimus deum non posse facere aliquam creaturam que se in esse cõseruet. quia ex hoc ipso ꝙ res aliqua ponitur habere superiorem ponitur etiam indigere conseruatione cum idem sit causa essendi rem ⁊ conseruans rem in esse. Alio modo quia repugnat huic facto inquantum est hoc factum sicut si dicamus deum non posse facere equum rationalem esse. Esse enim rationale quãuis non repugnet facto inquantum est factum. tamen hoc factum scilicet esse rationale repugnat omni equo inquantum est equus in cuius diffinitione cadit irrationale. Quidam autem dicunt ꝙ deus nõ potest facere esse infinitum in actu quia esse infinitum repugnat facto inquantum est factum. Est enim contra rationẽ creature vt creatorem adequet quod oportet ponere si esset aliqua creatura infinita. Infinitum enim infinito maius non est. Sed istud non videtur rationabiliter dici. Nihil enim prohibet illud quod est infinitum per vnum modum superari ab eo quod est infinitum pluribus modis sicu si esset aliquod corpus infinitum secundum longitudinem finitum vero latitudine esset minus corpore longitudine ⁊ latitudine infinito. Dato autem ꝙ deus faceret aliquod corpus infinitum actu corpus quidem hoc esset infinitum quantitate dimensiua sed de necessitate haberet naturam speciei terminatam ⁊ esset limitatum ex hoc ipso ꝙ esset res materialis. vnde non esset equale deo cuius esse ⁊ essentia est modis omnibus infinita. Alii vero dixerunt ꝙ esse infinitum in actu secundum aliquẽ modum non repugnet facto inquantum factum neq; huic facto inquantum est hoc factum quod est ens in actu. Aliquo vero modo repugnat enti in actu esse infinitum. ⁊ hec est opinio Algaselis Distinguit enim duplex infinitum scz infinitum per se ⁊ infinitum per accidens. cuius distinctionis intellectus hinc accipi potest ꝙ cum infinitum principaliter in quantitate inueniatur vt dicitur in p.° phisi. si quantitas in qua infinitum consistit habeat talez multitudinem cuius vnaqueq; pars ab altera dependeat ⁊ certum ordinem habeat ita ꝙ vnaqueq; pars illius multitudinis requiratur per se tunc infinitum in tali quantitate consistens dicetur infinitum per se. sicut patet in hoc ꝙ baculus mouetur a manu mota lacertis ⁊ nerus qui mouetur ab alia. ꝙ si in ifinitum procedũt vt scilicet anima ab alio moueatur et sic deinceps in infinitum vel baculus aliquid aliud moueat et sic deinceps in infinitum erit multitudo istorum mouentium et motorum per se infinita. Si vero quantitas in qua consistit infinitum resultet ex aliquibus pluribus que eundem ordinem seruent ⁊ quorum numerus non requiritur nisi per accidens tunc erit infinitum per accidens sicut si aliquis faber cultellum faciat ad cuius constitutionez multis martellis indigeat ex hoc ꝙ vnus post alium frangitur ⁊ vnus succedit in locum alterius eiusdem ordinem tenens. si talis multitudo in infinitum excrescat dicetur infinitum per accidens ⁊ non per se. Accidit enim fabrili operi martellorum infinita multitudo cum per vnum martellum si duraret equaliter posset expleri sicut per infinitos. Dicũt ergo ꝙ infinitum per se repugnat ei qđ ẽ esse in actu eo ꝙ oportet in his que per se ordinem habent ꝓpleri postremum nisi per ꝓparationem quodãmõ omniuz prioz. ⁊ sic ad vnum ꝓstituendum requireretur infinitoz ordinata influentia si esset aliquid infinitum per se. ⁊ ita nunq; posset ꝓpleri cum infinita non sit transire. sed infinitum per accidens secundum eos nõ repugnat ei quod est esse in actu cum vna pars multitudinis ab altera non dependeat. vnde secunduz hoc nihil prohibet esse infinitum in actu sicut Alga. dicit in sua metha. animas rationales hominuz defunctoz esse infinitas in actu. eo ꝙ ponat generationez hoim ab eterno fuisse ⁊ alias post mortẽ corpoz remanere. ⁊ scõm hanc opinionem deus posset facere infinita vl infinitum in actu etiaz si non inueniatur in natura infinituz in actu. Sed ecõtra cõmẽtator. S. metb. dicit ꝙ in actu esse non põt neq; infinitum p se neq; infinitum per accidens. In potentia vero inuenitur infinitũ per accidens sed non infinitum per se. ⁊ sic secundum eum esse infinitum omnino repugnat ei quod est esse in actu. ⁊ hoc verius esse videtur. Non enim potest esse actu in rez natura aliquid non specificatũ ad diuersas spẽs indifferẽter se hñs. Quãuis. n. itellectꝰ ꝓcipiat alal ñ specificatum rõali vl irrõali dfia. ñ tñ põt eẽ actu alal qđ ñ sit rõale vl irrõale. vñ sꝫ phm ñ est i genere qđ ñ ẽ in aliqua eius specie. vnaqueq; vo quantitas specificatur per certã terminationez quantitatis. sicut multitudinis species sunt duo ⁊ tria ⁊ sic de aliis. ⁊ magnitudinis spẽs sunt bicubitũ ⁊ tricubituz ⁊ hmõi. vel sꝫ aliquaz determinataz mensuraz. vñ impossibile est

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

sic inueniri aliquam quantitatem in actu que non sit proprijs ter minis limitata. cum autem infinitum congruat quantitati ꝛ dica tur infinitum per termini remotionem impossibile erit infinitum esse in actu. propter qđ dicit phūs in. 3. phisi. ꝙ infinitum est sicut materia nondum specificata sed sub priuatione existens. ꝛ ꝙ se ha bet magis in ratione partis ꝛ contenti ꝙ totius et continentis. et ideo sicut deus non potest facere equum rationalem ita non potest facere ens actu esse infinitum. Unde primum concedimus quia verum concludit quāuis non recte concludat eo ꝙ si ponatur deū facere aliquid infinitum secundum vnum modum adhuc potest aliquid infinitum facere in alio ordine. sicut si posset facere infini tos leones. infinito enim non est aliquid maius in illo ordine q̄ est infinitum. sed secundum alium ordinem nihil prohibet aliquid esse aliud maius infinito sicut numeri pares sunt infiniti ꝛ tamen numeri pares ꝛ impares simul accepti sunt plures numeris pari bus. Ad illud vero quod in contrarium obicitur dicendum ꝙ verbum intellectus non solum dicitur qđ verbo profertur sꝫ qđ mente concipitur. qđ autem sibi ipsi est repugnans mente concipi non potest qꝛ nullus potest intelligere contradictoria esse simul vera vt probatur in. 4. metha. vnde cum esse infinitum repugnet ei qđ est esse actu hoc non est verbum. vnde non est infinitum in actu. ꝛ ideo non sequitur ꝙ sit deo possibile. Phi autem qui posue runt infinitum esse in actu propriam vocem ignorauerunt.

Inde querebatur de xp̄o quantum ad vnionem humane nature cum diuina. Et circa hoc querebantur tria. Primo vtrum in xp̄o sit vna ypostasis tantum. Secundo vtrum sit in eo vnum tantum esse. Tertio vtꝛ sit in eo vna tantum filiatio.

Articulus secundus

D primum sic proceditur. Videt ꝙ in xp̄o sint plures ypo stases. Unio enim aie ad corpus presupponit ad assump tionē qꝛ xp̄s humanitatē siue humanam naturam assumpsit qua cū sit forma totius dicit aliqd compositū ex aia ꝛ corpe. sꝫ aia ꝛ corp⁹ vnita faciūt ypostasim hois. g⁹ ypostasis in hūana natura pintel ligitur assumptioni. Sed omne qđ preintelligitur assumptioni po test dici esse assumptum. g⁹ ypostasis vbi assumpsit ypostasim hois ꝛ sic sunt due ypostases in xp̄o. Preterea corpus qđ preintelligit assumptioni est assumptibile. Sed corpus non est assūptibile nisi vt vnitū aie rationali. nō enim ōr corpus inanimatum esse assūptibile g⁹ vnio aie ꝛ corpis preintelligit ad assumptionē humane nature

et sic idem quod prius. Preterea medium vnius presupponitur ad vnionem. Sed gracia est medium vnionis humane nature ad diuinam personam. vnde dicitur gracia vnionis. ergo presuppo nitur ad vnionem. gracia autem non potest intelligi nisi in anima anima autem non intelligitur esse anteqū corpori vniatur. qꝛ creando infunditur ꝛ infundendo creatur. ergo oportet preintelligi vnionem anime cum corpore ad vnionem humane nature cum diuina. ꝛ sic idem quod prius. Preterea humanitas est quedam forma substantialis requirit aliquid quod per ipsam informetur non autem potest dici ꝙ ypostasis vel suppositum eternum infor metur per aliquam formam creatam. ergo oportet in xp̄o ponere aliquod suppositum vel ypostasim creatam que humanitate in formetur. ꝛ sic in xp̄o erunt due ypostases. ypostasis scilꝫ verbi et ypostasis hominis. Sed contra est. Ea que sunt adinuicem dis parata non predicantur de se inuicem nisi per hoc ꝙ conueni unt in vno supposito. sicut dicimus ꝙ album est dulce propter vnitatem subiecti. Sed diuina natura ꝛ humana sunt nature pe nitus dis parate. predicantur autem de se inuicem in concreto. Di cimus enim. deus est homo ꝛ homo est deus. ergo est ibi vnū sup positum tantum ꝛ vna ypostasis. Si dicatur ꝙ predicantur de se inuicem propter hoc ꝙ conueniunt in vna persona non per hoc ꝙ conueniunt in vno supposito vel ypostasi vna. sicut dicimus album est dulce. Contra. Persona non addit supra ypostasim vel suppositum nisi aliquod accidens scꝫ proprietatem ad dignitatem pertinentem. Si ergo in xp̄o esset vna persona ꝛ non vnus suppositum vel ypostasis diuina natura et humana essent in ipso vnite solum in accidente quod falsum est. R⁹ dicendum ꝙ secundum opinionem secundam quaꝫ magister in. 6. di. tertii li. sententiarum. ponit que est cōmunis opinio modernorum ꝛ aliis multo verior ꝛ securior. in Xp̄o est vnum suppositum tantum et vna tantum ypostasis sicut ꝛ persona vna. Oportet nāq; nos se cundum doctrinam fidei ponere vnam rem subsistentem in duā bus naturis diuinam scꝫ ꝛ humanam. alias nō posset dici ꝙ vn⁹ esset dominus Jhesus xp̄us secundum sententiam apostoli. 1. ad Cor̄. 8. Unde ꝛ Nestorius damnatus est propter hoc ꝙ xp̄m pre sumpsit diuidere duas introducens personas. Illud autem quod est subsistens in natura est aliquod individuum ꝛ singulare. vnō vnitas xp̄i in qua due nature vniuntur attribuenda est alicui no mini per quod singularitas designetur. Nominum autem que sin

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CREDOS USAL ES

gularitatem designant quedam significant singulare in quolibet genere entis. sicut hoc nomen singulare ꝛ particulare ꝛ individuum. quia hec albedo est quoddam singulare ꝛ particulare ꝛ individuum. Nam vniuersale ꝛ particulare circueunt oē genus. ¶Quedam vero significant singulare soluz in genere substantie. sicut hō nomen ypostasis qđ significat individuam substantiam. ꝛ hō nomen persona quod significat substantiam individuaz rationalis nature. ꝛ similiter hoc nomen suppositum vel res nature quorum nullus de hac albedine potest predicari quāuis hec albedo sit singularis eo ꝙ vnumquodqz eorum significat aliquid vt subsistēs Accidentia vero non subsistunt partes vero substantiarum quāuis sint de natura subsistentium non tamen per se subsistunt sz in alio sunt. vnde etiam predicta nomina de partibus substantiarū non dicuntur. Non enim dicimus ꝙ hec manus sit ypostasis vel persona vel suppositus vel res nature quāuis possit dici ꝙ sit qđdam individuum vel particulare vel singulare que nomina de accidentibus dicebantur. non autem potest dici ꝙ humana natura in xpo vel aliqua pars eius sit per se subsistens. Hoc enim vnioni repugnaret nisi poneremus vnionem secundum quid ꝛ non simpliciter sicut vniuntur lapides in acerno vel duo homines per affectum amoris vel per alicꝫ imitationis similitudinem. que omnia dicimus esse vnum secundum quid ꝛ non simpliciter. qđ enim est simpliciter vnum et per se subsistens nihil continet actu per se subsistēs sed forte in potentia. Unde seruata veritate vnionis naturarum in xpo oportet ponere sicut vnam personam ita vnā ypostasim ꝛ vnum suppositum ꝛ vnam rem duarum naturarum. sed ipsam humanam naturam in xpo nihil prohibet dicere esse quoddam individuum aut singulare aut particulare. ꝛ similiter quaslibet partes humane nature. vt manus ꝛ pedes ꝛ ossa quorum qđlibet est quoddam individuum non tamen ꝙ de toto predicetur quia nullum eorum est individuum per se subsistens. sed individuum per se subsistens vel singulare vel particulare quod predicatur de xpo est vnum tantum. Unde possum⁹ dicere in xpo esse plura individua vel singularia vel particularia non autem possum⁹ dicere xpm esse plura individua vel singularia vel particularia sz plures ypostases vel suppositā non possumus dicere in xpo esse.

Ad primum ergo dđ ꝙ ex vnione aīe ꝛ corporis constituitur ꝛ homo ꝛ humanitas que quidez duo hoc modo differunt ꝙ humanitas significatur per modum partis eo ꝙ humanitas dicitur

ꝙa homo ē homo. ꝛ sic precise significat essentialia principia speciei per que hoc individuum in tali specie collocatur. vnde se habet per moduz partis. cuz preter huiusmodi principia multa alia in rebus nature inueniantur. Sed homo significatur per moduz totius. Homo enim dicitur habens humanitatem vel subsistens in humanitate sine precisione quorumcūqz alioꝝ superueniētiuz essentialibus principiis speciei qz per hoc ꝙ dico habens humanitatē non preciditur quin habeat colorē ꝛ quātitatē ꝛ alia hmōi Secunduz g⁹ secundam opini. predictaz vnioni humane nature ad diuinam presupponitur vnio aīe ꝛ corporis sz⁹ ꝙ cōstituit humanitatē non sz⁹ ꝙ constituit hominē. Illud enim qđ in xpo est constitutum ex aīa ꝛ corpore tantum qđ vnione presupponit nō est totum qđ per se subsistit sed aliquid eius. ꝛ ideo non potest signari vt hō sz vt hūanitas. vñ oz dicere qz in ipa vnione humane nature ad diuinā quasi i termino assūptiōnis intelligit⁹ p⁹ in xpo rō hois qz tūc in p⁹ intelligit⁹ vt res p se subsistēs ꝛpleta. ꝛ in hoc differt ab aliis duab⁹ opini. Naz prima opi. ponit ꝙ vnio aīe ad carnē psupponit sz⁹ intellectū assūptioni hūane nature. nō sz⁹ solum hoc ꝙ ꝛstituit hūanitatē sz etiā sz⁹ ꝙ ꝛstituit hoiem. dicit. n. hoiem esse assūptū. Tertia vo opi. ponit ꝙ nec etiā in termino assumptiōis intelligit⁹ aīa corpi vnita nec ad ꝛstituēduz hoiem nec ad ꝛstituēdaz hūanaz naturā. Dicit. n. hūanaz naturā sumi multipliciter. i. ꝑ partib⁹ ei⁹. s. aīa ꝛ corpe cū dicam⁹ hūanaz naturaz assūptaz a vbo. vñ pz ꝙ nec vo dicit xpm esse hoiez nec vo ponit hūanaz naturā in xpo ꝛ ideo ē tanꝫ hereuca ꝛdēnata. Ad 2⁹ dđ ꝙ corp⁹ vnituz aīe ꝑintelligit⁹ assūptioni hūane nature. Unituz aūt dico vnione ꝛstituēte hūanitatē nō aūt vnione ꝛstituente hoiem. Ad 3⁹ dđ ꝙ gra habitual⁹ nō intelligit⁹ vt mediuz vnionis qđ sz⁹ intellectuz p̄cedat vnionē nec ē mediuz qđ causet vniones vel vnibilitatē sz medū qđ facit ad ꝛgruitatē vnionis sicut decora vestis facit ad ꝛgruitatē ꝛiunctionis matrimonialis. Et similiter scientia ꝛ oēs alie ꝑfectiones xpi possent dici mediuz vnionis. ꝛ pro tanto gracia habitual⁹ xpi potest dici gracia vnionis. verius tñ puto qz gra vnionis dicat⁹ vel ipsa gratuita dei voluntas q̄ gratis nullis meritis precedētibus vnionē fecit. vel potius ipsum donū gratis datum humane nature qđ ē esse i diuina pso na. Si tñ aīa vnita corpori preintelligatur ad assumptionē solū dum est vt prius. Ad 4⁹ dđ ꝙ humanitas nō ē forma ptis que dicatur forma quia informet aliquaz naturaz vel subiectum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

sed dicitur forma totius in qua suppositum nature subsistit. vnde non oportet ponere ꝙ ypostasis increata informetur humanitate sed quia subsistat in ea.

Articulus tertius

D secundus sic proceditur. Uidetur ꝙ in xpo non sit vnū tantum esse. Uiuere enim secundus phm̄ in. 2. de anima viuentibus est esse. Sed in xpo non est tantum vnum viuere cuz duplex sit in eo vita creata scz vita qua viuit corpus. per animaz que morte priuatur. z vita increata que viuit per se ipsum. gꝰ nec in xpo est tantum vnuz esse. Preterea sicut esse est suppositi ita z operatio. Sed vnitas suppositi nō facit quin in xpo sint plures operationes. ergo nec faciet ꝙ in xpo sit tantum vnum esse. Preterea generatio est mutatio ad esse. Sed in xpo est quedam generatio temporalis de qua Mathei. 1. Xpi autem generatio sic erat que non potest terminari ad esse eternum. ergo terminatur ad aliquid esse temporale z creatum. ergo in xpo est duplex esse cum in ipso maxime sit esse increatum. Preterea vnicuiqz est attribuē dum esse de quo conuenienter queri potest an est. Sed de humana natura potest queri an est. ergo humana natura habet esse proprium in xpo. z sic est in eo duplex esse cum etiam humana natura suum esse habeat. Sed contra. Quecunqz sunt distincta secundum esse sunt in supposito distincta. Sed in xpo est vnuz tantum suppositum. ergo z vnum tantum esse. Rꝰ dicendum ꝙ esse dupliciter dicitur vt patet per phm̄ in. 5. metha. z in quadam glo. Orig. super principium Jo. Uno modo secundum ꝙ est copula verbalis significans compositionem cuuslibet enunciationis quā anima facit. vnde hoc esse non est aliquid in rerꝫ natura sed tantum in actu anime componentis z diuidentis. z sic esse attribuitur omni ei ō quo potest propositio formari siue sit ens siue priuatio entis. Dicimus enim cecitatem esse. Alio modo esse dicitur actus entis inquantum est ens. i. quo denominatur aliquid ens actu in rerum natura. z sic esse non attribuitur nisi rebus ipsis que in decem generibus continentur. vnde ens a tali esse dictū per decem genera diuiditur. Sed hoc esse attribuitur alicui dupliciter. Uno modo vt sicut ei qō proprie z vere habet esse vel est. et sic attribuitur soli substantie per se subsistenti. vnde quod vere est dicitur substantia in. 1. phi. Omnia vero que non per se subsistunt sed in alio z cum alio siue sint accidentia siue forme substantiales

sunt quelibet partes non habent esse ita vt ipsa vere sed attribuitur eis esse alio modo. i. vt quo aliquid ē sicut albedo dicitur esse non quia ipsa in se subsistat. sed quia ea aliquid habet esse albuz Esse ergo proprie z vere non attribuitur nisi rei per se subsistenti: huic autem attribuitur esse duplex. vnum scilz esse resultat ex his ex quibus eius vnitas integratur quod proprium est esse suppositi substantiale. Aliud esse est supposito attributuz preter ea que integrant ipsum. qō est esse superadditum scilz accidentale vt esse album attribuitur sorti cuz dicitur sortes est albus. Quia ergo in xpo ponimus vnam rem subsistentem tantum. ad cuius integritatem concurrit etiam humanitas. quia vnum suppositum est vtriusqz nature id eo oportet dicere ꝙ esse substantiale qō proprie attribuitur supposito in xpo est vnum tantum. habet autem vnitatē ex ipso supposito z nō ex naturis. Si tamen ponatur humanitas a diuinitate separari tunc humanitas suum esse habebit aliud ab esse diuino. non enim impediebat quin proprium esse haberet nisi hoc ꝙ non erat per se subsistens. sicut si archa esset quoddam individuum naturale ipsa tota non haberet nisi vnum esse quelibz tamen partiuz eius ab archa separata proprium esse habebit. z sic patet ꝙ secundum opinionem secundam oportet dicere ꝙ in xpo est vnum esse substantiale. secundum ꝙ esse est suppositi proprie quāuis sit in eo multiplex esse accidentale. Ad primum ergo dicendum ꝙ viuere dicit esse quoddam specificatum per speciale essendi principium. z ideo diuersitas vite consequitur diuersitatez principiorum viuendi sed esse magis respicit ad suppositum subsistens. Ad secundum dicendum ꝙ operatio suppositi nō est de integritate vnitatis eius sed consequitur eius vnitatem. vnde vnius suppositi inuenimus multas operationes secundus diuersa operationū principia que supposito insunt. sicut homo aliud operatur lingua z manu. Sed esse est id in quo fundatur vnitas suppositi. vnde esse multiplex preiudicat vnitati essendi. Ad tertium dicendus ꝙ generatio temporalis terminatur non ad esse suppositi eterni vt simpliciter per eam esse incipiat sed ꝙ incipiat esse suppositum habens illud esse suppositi humane nature. Ad quartum dicendus ꝙ obiectio illa procedit de esse quod in actu anime consistit. qz an est etiam de cecitate queri potest.

Articulus quartus

D tertius sic proceditur. Uidetur ꝙ in xpo non sit tantus

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

vna filiatio. Multiplicata enim causa multiplicatur effectus. Sz natiuitas est causa filiationis. ergo cū in xp̄o sint due natiuitates erunt etiam due filiationes. Preterea impossibile ē idem simul manere z corrumpi. Sed supposito q̄ beata virgo ante xp̄i morte mortua fuisset corrupta esset filiatio qua filius matris dicebatur maneret autem filiatio eterna qua diceretur filius patris. ergo filiatione dicitur xp̄us filius patris z alia filius matris. Sed dicere q̄ est alius respectus sed non alia filiatio. Contra. Filiº est relatiuum secundum esse z non tantum secundum dici. Sz hmōi relatiua secundum phm̄ in predicamentis sunt quorum esse ē ad aliud se habere. ergo esse filiationis est esse respectus quo refertur ad aliud. z ita si sunt plures respectº sunt plures filiationes. Preterea in relatione nihil inuenitur nisi respectus z causa siue fundamentum respectus. sicut vnitas quantitatis est fundamentum relationis que ē equalitas. Sed respectus sunt diuersi quibus xp̄s refertur ad patrem z matrem. Fundamenta etiam horum respectuum siue cause sunt diuerse scz ipse natiuitates. Nam filiatio ē relatio originis. ergo sunt plures filiationes in xp̄o. Sed contra Filiatio est relatio personalis. Sed in xp̄o est vna tantum persona. ergo vna tantum filiatio. Rº dicendum q̄ in xp̄o est vna tantum filiatio secundum rem quāuis sint plures respectus relatiui secundum rationem. Ad cuius euidentiaz sciendum est q̄ in hoc differt ad aliquid ab aliis generibus q̄ alia genera ex propria sui ratione habent q̄ aliquid sint sicut quantitas ex hoc ipso q̄ est quantitas aliquid ponit. Et similiter est de aliis. sed ad aliquid ex propria sui generis ratione nō habet q̄ ponat aliquid. sz ad aliquid. vnde inueniuntur quedaz ad aliquid que nihil sunt in rerum natura sed in ratione tantum qō in aliis generibus non contingit. z quāuis ad aliquid ex ratione sui generis non habeat q̄ ponat aliquid non tamen etiam habet ex ipsa generis ratione q̄ nihil ponat quia sic nulla relatio esset aliquid in rerum natura vnde ad aliquid non esset vnum de decem generibus. habet autem relatio q̄ sit aliquid reale ex eo q̄ relationez causat. Cuz enim in aliquo inuenitur aliquid reale per quod alterum dependeat z comparetur tunc dicimus realiter comparari vel dependere vel referri. sicut equalitas relatio realis ponitur ex virtute quantitatis que equalitatem causat. Quia vero ex eodem res habet esse z vnitatem. et ideo realis vnitas relationis pensanda est ex ipso relationis fundamento vel causa. vt quia vna est quantitas per quaz

pluribus sum equalis in me non est nisi vna relatio realis equalitatis habens respectum ad plures. Similiter quia vna natiuitate ex patre et matre genitus fui vna filiatione reali dicor filius vtriusq; quamuis multiplicentur respectus. sed in xp̄o non possumus dicere vnam causam esse filiationis secundum q̄ refertur ad patrem z matrem cum sint due natiuitates penitus disparate. vnde si esset aliquis q̄ filiationem temporalez posset recipere quasi subiectum oporteret ponere in xp̄o plures filiationes. Nunc autez filiatio est talis relatio que non potest habere pro subiecto nisi ipsum suppositum. in xp̄o autem non est nisi suppositum eternum: quod quidem non potest esse subiectum alicuius temporalis relationis. Quecunq; enim relationes temporales de aliquo eterno dicuntur sunt relationes rationis z nō rei. Unde filiatio qua xp̄us refertur ad matrem non est realis relatio sed rationis tantuz sicut z cetere que dicuntur de deo ad creaturas. Non enim potest dici q̄ subiectum filiationis sit suppositum eternuz ratione humane nature vel alicuius partis eius sicut dicitur suppositus mortis vel passionis. quia sic ipsa humana natura vel pars eius esset primum subiectum filiationis z denominaretur per ipsas. sicut contingit z de aliis accidentibus que attribuuntur xp̄o retōne humane nature. filiatio vero nunq̄ denominat nisi ipsum suppositum nec potest aliud pro subiecto habere. Nihil tamen prohibet aliquas reales relationes ineſſe xp̄o ad virginem. sicut cum dicim⁹ corpus xp̄i est originatum ex virgine. Sed ista relatio non habet rationem filiationis nisi poneremus secundum primam opinionem suppositum eternum esse aliud in xp̄o a creato. Ad primum ergo dicendum q̄ ex natiuitate temporali non innascitur filiatio realis sed rationis tantum quamuis xp̄us realiter sit filius v̄ginis sicut deus realiter ē dñs creature quāuis i eo dñium'n̄ sit relatio real'. Dicit'n. realiter dñs ppter realē potestatē. z sic dr xp̄s realr̄ filiº v̄ginis ppter realē natiuitatē. Ad. zº dō q̄ respectº relationis dependet ex termino ad quē aliquid refert'. z iō destructo termino respectº auferr'. sz tn̄ filiatio real' ad patrez remanet in xp̄o etiaz supposita morte matris. Ad 3º dō q̄ in illa phi descriptōne esse ponit' pro rōe essendi sz q̄ diffinitio dr rō sz genº qō ē esse. vn̄ nō oz q̄ habeat esse relatio ex respectu sz ex cā respectus. ex respectu vo bz ppriaz rōnē generis vel speciei. Ad 4º dō q̄ quāuis sit respectus filiationis diuersus z cā filiationis diuersa sed tn̄ filiationes non possunt esse due ratione iam dicta.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Articulus quintus

Deinde queritur de xpo quantum ad species sub quib⁹ in sacramento altaris continetur vtruz scz sint ibi accidentia sine subiecto. z videtur ꝙ non. Deus enim non potest facere contradictoria esse simul vera. Hoc autem esset si ab aliquo remoueretur id quod est de sua diffinitione. Cum ergo in diffinitione accidentis cadat esse in subiecto quia accidentis esse est in esse videtur ꝙ deus non possit facere accidens sine subiecto. Preterea de eodem predicatur diffinitio z diffinitum. Sed ens per se ẽ diffinitio vel descriptio substantie. Si ergo in sacramento altaris accidentia sunt per se non in subiecto sequitur ꝙ sint substantie qđ est absurdum. Preterea ex accidentibus non potest generari substantia. Sed videmus ex illis speciebꝰ generari vermes z aneres que constat non generari ex corpore xpi. ergo accidentia non sunt ibi sine subiecto. Sed diceres ꝙ generantur miraculose. Sed contra. Miracula ordinantur ad fidei edificationem. Sz hec non ordinantur ad edificationem fidei sed magis ad scandalum ꝙ vmes exinde gencrentur. ergo non fit miraculose. Preterea in sacramento altaris nihil debet esse inordinatum. Sed contra ordinem quem deus rebus imposuit est accidens esse sine subiecto. gꝰ non sunt ibi accidentia sine subiecto. Sed contra. Sensus nõ decipitur in proprio sensibili secundum phm̃ in. z. de anima. Sz sensus iudicat ibi esse colorem et saporem et alia huiusmodi. ergo hec accidentia sunt vere ibi. Non autem sunt in corpore xpi sicut in subiecto nec iterum in aere cum neutrum sit natum affici talibus accidentibus. ergo accidentia sunt ibi sine subiecto. Rꝰ dicenduz ꝙ accidentia sunt ibi sine subiecto. qđ qualiter esse possit hinc considerandum est vt in omnibus causis ordinatis secundum phm̃ in li. de causis. prima causa vehementius imprimit in causatum cause secunde quam etiam causa secunda vnde fit vt causa prima non retrahat operationem suam ab effectu etiaz postꝙ causa secunda retraxit vt dicitur ibidem in cõmento. Universalis autem causa z prima omnium entium deus est non solum substantiarum sed etiam accidentium. Ipse eniz est creator substantie z accidentis. sed entia prodeunt ex eo quodam ordine. Nam mediantibus substantie principiis accidentia producuntur. vnde secundum nature ordinem accidentia a principiis substantie dependent vt sine subiecto esse non possint tamen per hoc non excludit

quin deus quasi causa prima possit accidentia in esse seruare substantia remota z per hunc modum accidentia miraculose sunt in sacramento altaris sine subiecto virtute scz diuina ea tenente i esse

Ad primum ergo dicendum ꝙ cum dicitur accidentis esse est in esse vel qualitercunqz ponatur subiectum in diffinitione accidentis intelligitur esse diffinitio per additionem vt habetur in. 7. metha. z dicitur diffinitio per additionem quando in diffinitiõe ponitur aliquid quod est extra essentiam diffiniti. sicut nasus ponitur in diffinitione simy. hoc autem est propter naturalem depẽdentiam accidentis a subiecto. sed hoc non impediente deus potest accidentia sine subiecto conseruare nec tamen consequitur cõtradictoria simul esse vera quia subiectum nõ est de substantia accidentis. Ad secundum dicendum ꝙ secundum Auic. i sua metb. esse non potest poni in diffinitione alicui⁹ generis z speciei quia omnia particularia vniuntur in diffinitione generis vl speciei. cum tamen genus vel species non sint secunduz vnum esse in omnibus. z ideo hoc non est vna diffinitio substantie. substantia est quod per se est. vel accidentis est quod est in alio: sed est circũlocutio vere descriptionis que talis intelligitur. substantia est res cuius nature debetur esse non in alio. accidens vero est res cuius nature debetur esse in alio. vnde patet ꝙ quãuis accidens miraculose sit non in subiecto non tamen pertinet ad diffinitionez substantie. non enim per hoc eius nature debetur esse non in alio nec egreditur diffinitionem accidentis quia adhuc natura eius remanet talis vt ei debeatur esse in alio. Ad tertium dicendum ꝙ de bis que generantur ex speciebus vt vermibus vel cineribꝰ aut aliquibꝰ huiusmodi due sunt opiniones magis probabiles. Quarum vna est que dicit ꝙ substantia panis redit ex qua possunt talia generari. Sed hec opinio videtur improprietatem continere propter duo nisi debito modo intelligatur. Primo quia nõ potest esse ꝙ iterum sit ibi substantia panis. Aut enim poneretur ibi esse substantia panis iterato speciebus manentibus z sic cum corpus xpi taz diu sit sub sacramento quãdiu species manent sequitur ꝙ aliquando erit ibi simul corpus xpi z substantia panis quod non sustinet ratio. Aut hoc erit destructis speciebus z hoc iterum ẽ inconueniens vt substantia panis sit sine propriis accidentibus panis. Secundo apparet improprietas propter nomen reditus. Si enim aliquid est in alterum conuersum non potest dici redire nisi illud reconuertatur in ipsum. Substantia autem panis non est an

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

nihilata sed transubstantiata in corpus xpi. Unde non potest intelligi q substantia panis redeat nisi corpus xpi reuertatur in panem quod est absurdum. vnde si debet ista opinio sustineri intelligenda est per substantiaz panis materia panis non q redeat que prius erat sed q destructis speciebus aliqua materia a deo ibi p̃uideatur vel per creationem vel quocunqz alio modo ex qua possint huiusmodi corpora generari. Alia vero opinio est planior vt dicatur q illis accidentibus sicut datuz est per se subsistere diuina virtute similiter datum est vt agant z ex eis fiat quicquid fieret ex substantia panis vel quicquid ageret si maneret. z hac virtute nutriunt z vermes vel cineres exinde generantur. Ad quartuz dicendum q hoc miraculum ordinatur ad fidem ne fides .s. meritũ perdat si sacramenti misterium deprehendatur. Ad quintum dicendum q nihil prohibet aliquid esse ordinatũ considerato ordine communi cuius contrarium est ordinatum pro aliqua causa speciali. z hoc modo quãuis secundum ordinem communem recte diuinitus ordinatum sit vt accidens sit in subiecto, nihil tamẽ prohibet etiam recte ordinatum esse vt in sacramento altaris accidens sit sine subiecto. vt scilicet fides habeat meritum per latentiam sacramenti.

Einde queritur de membris xpi. Et primo de angelis. Secundo de hominibus. De angelis queruntur quinqz. Primo quantum ad naturam ipsorum vtrum sint compositi ex materia z forma. Secundo quantum ad cognitionem vtrum simul in actu possint esse in cognitione matutina vel vespertina. i. vtruz simul cognoscant res in propria natura z in verbo. Tertio quantum ad meritum voluntatis vtrum scz potuerunt eodem actu caritatis mereri fruitionem z frui. Quarto quantum ad motũ vtrz moueantur in instanti. Quinto quantuz ad effectum vtrz possint impunere vel aliquid facere in istis corporalibus.

Articulus sextus

D primum sic proceditur. Videt q angelus sit ꝯpositus ex materia z forma. Aug. n. dicit in li. de mirabilib⁹ sacre scripture. Omnipotens deus ex materia informi quã prius condidit corporaliuz z incorporaliuz. sensibiliuz z insensibiliuz. intellectualium z intellectu carentiuz multiformes species diuisit. angeli aũt sunt intellectuales z incorporei. g⁹ hñt materiam de sui ꝯpositione Preterea Boe. dicit in li. de vnitate z vno. Quoddam est vnum

coniunctione simplicium vt angelus z alia quoꝝ vnumqꝺqz est vnuz ꝯiunctione materie z forme z sic idem qꝺ prius. Preterea omne qꝺ ẽ in genere habet genus z differentiam. genus autẽ sz⁹ Auicꝛ. in sua metha. sumitur ex natura materie. differentia vo ex natura forme. g⁹ oẽ qꝺ est in genere est ꝯpositus ex materia z forma. angelus aũt est in genere substantie cum sit substantia habẽs speciem limitatam. g⁹ angelus est compositus ex materia z forma Sed diceres q differentia angeli nõ sumitur ex forma sed ex formali qꝺ est ipsuz esse angeli. Contra. Differentia cuiuslibz rei est de essentia z intrat diffinitionem ipsius. Sed in omni creatura esse est aliud ab essentia eius nec intrat diffinitionẽ eius vt Auicꝛ dicit. ergo differentia angeli non potest sumi ex esse ipsius. Preterea idem ostenditur qz impossibile est esse plura summa bona qz oportet ea in aliquo conuenire cum vtrũqz sit summum bonum z in aliquo differre alias non essent plura et sic essent composita. sed constat esse plures essentias angelicas. ergo oportet eas in aliquo ꝯuenire z in aliquo differre z sic oportet eas esse ꝯpositas. sz partes esse sunt materia z forma. g⁹ angeli ꝯponuntur ex materia z forma. Sz ctra est qꝺ dicit Boe. in li. de duabus naturis et vna persona xpi. Dis natura incorporee substantie nullo materie innititur fundamento. Sz angeli sunt incorporei. g⁹ non ẽ in eis materia. Rn. dꝺ q quidam ponunt angelos ꝯponi ex materia z forma. Sz hoc videtur repugnans nature eoꝝ propter duo que in eis inueniuntur. Primo quidẽ qz intellectuales sunt. Si enim angeli haberẽt materiaz de sui ꝯpositõe oporteret oẽ qꝺ in eis est eis inesse p modũ materie ꝯueniẽtem. cuz oẽ qꝺ ẽ in alio sit in eo per modũ recipiẽtis vt habet in li. de causis. Forma autẽ aliqua hoc mõ est in materia q in ea hz esse pticulare z naturale. Vñ si angeli essẽt ex materia ꝯpositi oporteret q̃ forme quib⁹ intelligũt quecũqz sint essent in eis sz⁹ esse naturale et pticulare. z sic seqꝛet hoc impossibile q angel⁹ nũq̃ ꝯgnosceret nisi pticulare qz forma pticulariter in aliq⁹ recepta nõ põt esse vlis ꝯgnitionis principiuz sicut patet in sensu nec põt obuiari per h⁹ q ponat angel⁹ ꝯponi ex materia alteri⁹ nature q̃ hec materia corporalis. qz q̃cũqz esset illa materia ꝯstat q reciperet formã substantialẽ angeli pticulariter. alias angel⁹ nõ esset res pticularis. z sic illa materia ꝯueniret cũ hac materia i h⁹ q forme i ea recipent⁹ p modũ pticularẽ. vñ impossibile ẽ angelũ vl aliq̃ subãz itellectualẽ ex materia ꝯponi cũ alteri⁹ mõi sit receptõ qua rcipit itellect⁹ formas z qua rcipit materia

prima vt dictum est. Unde dicit phūs in. 3. de anima. & phōrum sententia est q intellectualitas immunitatem habet a materia. Secundo repugnat eis per hoc q incorporales sunt quecunq3 enim ex materia componuntur oportet in materia conuenire eo q quelibet materia secundum se accepta cum forma careat non habet in se aliquaz dispositionis rationem. suppositā autem vnitate materie impossibile est q vna materia contrarias & disparatas formas recipiat nisi secundum diuersas partes. Non enim potest eadē materia & secundum idem accipere formam angeli & formam lapidis Diuersitas autem partium non potest intelligi in materia non intellecta diuisione nec diuisio non intellecta dimensione quia subtracta quantitate substātia remanet indiuisibilis vt dicitur in p⁹ phi. Unde oportet omnia que sunt composita ex materia dimensionata esse. & ideo nullum incorporeum potest esse ex materia cōpositum. Sed quia substantia angeli non est suum esse. hoc enim soli deo competit cui esse debetur ex se ipso & non ab alio. Inuenimus in angelo & substantiam siue quidditatem eius que subsistit & esse eius quo subsistit. quo sez actu essendi dicitur esse sicut actu currendi dicimur currere. & sic dicimus angelum esse compositum ex quo est & qō est. vel secundum verbum Boecii. ex esse & qō est. & quia ipsa substantia angeli in se considerata est in potentia ad esse cum habeat esse ab alio & ipsuz esse sit actus eius ideo est i eo compositio actus & potentie. & sic posset in eo cōcedi materia & forma si omnis actus debeat dici forma & omnis potentia materia. Sed hoc non competit in proposito quia esse non ē actus qui sit pars essentie. sicut forma ipa quidditas angeli vel sustantia ē per se subsistens qō materie non competit. Ad primum ergo dicendum q Aug. super Ben. ad litteram materiaz informem quā deus primo condidit dicit significari per celum & terram cum dr. In principio creauit deus celum & terram vt per terraz significetur materia informis visibilium rerum. per celum autem ipsa natura angelica nondum formata per conuersionem ad deum. vt ipa naturalia angelorum attribuantur eis quasi materia & dona gracie vel glorie attribuantur eis quasi forma. vnde non est ad propositum auctoritas inducta. Ad secundum dicendum q liber ille non est Boecii. vnde non oportet q in auctoritatem recipiatur. sustinendo tamen ipsum potest dici q formam & materiam large accipit pro actu & potentia vt dictum est. Ad tertium dicendum q ipsa substantia angeli quodammodo se habet ad esse eius vt

materia ad formam vt dictum est. materia autem si eius essentia diffineretur haberet pro differentia ipsum suum ordinem ad formam & pro genere ipsam suam substantiam. & similiter in angelis ex ipsa natura substantie ipsorum accipitur genus. ex proportione vero hmōi substantie ad esse accipitur specifica differentia. vnde secundus hoc angeli differunt specie secundū q in substantia vnius est plus vel minus de potentia q in substantia alterius. Dictum autem Auicēne intelligitur de cōpositis substantiis. Ad 4^m concedimus. Non enim ab ipso esse sumitur differentia sz magis ex habitudine ipsius substantie ad esse. Ad. 5^m dō q in sūmo vno nulla diuersitas esse potest cum in eo sit idem esse & qō ē Uñ hoc sufficit ad eius pluralitatē remouēdam. sed ꝓpositio que in angelo inuenitur sufficit ad eius pluralitatē vt ex dictis patet.

Articulus septimus

D secundum sic proceditur. Uidetur q angelus nō possit cognoscere simul res in verbo & in ꝓpria natura. Eadez. n. potentia non potest simul geminum actuz habere vt q intellect⁹ simul plura intelligat. Sed alius actus est quo intellectus angeli videt res in verbo & alius quo videt res in propria natura. g⁹ impossibile ē vt simul videat res in verbo & in propria natura. Sz diceres q hoc modo videntur ab intellectu angeli simul res in verbo & in propria natura sicut intellectus noster simul videt eclipsiz & causam eius. Contra. Cum intellect⁹ noster simul videt eclipsim & causam eius accipit causam vt rationem intelligendi eclipsim. ergo accipit eclipsim & causam eius vt vnuz intelligibile & sic erit vnus tantum actus. Preterea vnius non potest esse nisi vn⁹ terminus vltimus. sicut vna linea non terminat ex vna parte nisi ad vnum punctum. Sz vltimus terminus potentie ē operatio. g⁹ nō pōt vna potentia simul habere plures actus. & sic idē qō p⁹ Preterea sicut se habet potentia ad actuz ita actus ad obiectum. Sz vnus actus nō pōt terminari ad duo obiecta. g⁹ nec vna potentia pōt simul habere plures actus. et sic idem qō prius. Sz ꝓtra. Uisio qua angeli vident res in verbo est visio beata q quidē non est interrupta sz ꝓtinua. Si g⁹ non pōt simul videre res in propria natura & in verbo nunq̄ vident res in propria natura & precipue hoc videtur in anima xp̄i que ab initio sue creationis videt verbum & res in verbo. Ad q⁹ dicendum q angelus vel anima simul potest videre res in verbo & in propria natura. & hoc exp̄sse

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

potest haberi ab Aug. li. 4. super Gen. ad litteram. vbi vult q̄ dies illi z vespere z mane in eis non sunt ordinati secundum successionem sed solum ordine nature. vnde simul est primus dies cum secundo z mane cum vespere. z ita simul visio rerum in verbo z in propria natura. Quod qualiter sit possibile sic videndum est. Operari siquidem non proprie attribuitur potentie sed rei subsistenti que per potentiam operatur vt ipsa potentia intellectus nō sit operans in intelligendo sed magis operationis principium. Sicut autem potentia intellectiua est principium intelligendi ipsi substantie ita species intelligibilis est principium intelligendi ipsi potentie. vnde sicut vna substantia potest simul diuersos actus habere secundum diuersas potentias vt anima simul vult z intelligit ita ex vna potentia intellectiua possunt simul prodire diuersi actus si simul diuersis speciebus intelligibilibus vniatur. Hanc enim causam Algazel assignat quare non est possibile simul multa intelligere quia scz non est possibile intellectum simul informari multis speciebus in actu perfecte sicut nec idem corpus figurari simul diuersis figuris. Visio autem qua angelus videt res in propria natura fit per speciem intelligibilem concreatam vel infusam inherentem. Visio autem rerum in verbo fit per ipsam speciem verbi siue essentiam que non est inherens sed ei intellectus vnitur sicut intelligibili. Species autem concreata inherens non repugnat vnioni intellectus angelici ad verbum cum non sit vnionis rationis z ipsa species z quicquid est perfectionis in intellectu āgelico sit quasi materialis dispositio ad illam beatam vnionem. vnde simul ex intellectu angeli procedit operatio duplex. vna ratione vnionis ad verbum qua scz videt res in verbo. Alia ratione speciei intelligibilis qua informatur qua videt res in propria natura nec etiaz in vna harum operationum debilitatur per attentionem ad alteram sed magis confortatur cuz vna sit ratio alterius sicut ymago rei vise confortatur dum videtur in actu occulto exterior. Actio enim beatitudinis in beatis est ratio cuiuslibz alterius actionis in eis inuente. Et per hoc patet responsio ad primum. Secundū concedimus quia exemplum illud non est conueniens. Ad tertium dicendum q̄ potentia intellectiua angeli non terminatur ad duos actus secundum idem sed secundum diuersas species quibus ad actum ordinatur. Ad quartum dicendum q̄ inter actum z obiectum nihil cadit medium sicut species cadit media inter intellectum z eius actum. vnde non est simile.

Articulus octauus

Dtertium sic proceditur. Videtur q̄ angelus non meruerit suam beatitudinem. Quod enim est beatuz perfectuz ē qđ autem meretur est adhuc imperfectum. Sed non potest idem esse simul perfectum z imperfectum. gr̄ non potest angelus mereri beatitudinem dum habet eam. Preterea angelus beatus est cōprehensor. nullus autē meretur nisi viator. Si dicatur q̄ in primo instanti quo beatus fuit angelus beatitudinem meruit. Contra. ergo simul fuit viator et comprehensor qđ falsum est cum hoc sit solius xp̄i. Preterea beatitudo secundum phm̄ in actu consistit sed in actu perfectu z similiter meritum in actu sed imperfecto. nō autem potuit esse q̄ actus angeli simul esset perfectus z imperfectus. ergo non potuit esse q̄ simul esset beatus z beatitudinem meruit. Sed contra. Beatitudo a nulla pura creatura habetur siue merito cum habeat premii rationem. Sed angelus non potuit ea mereri nisi in primo instanti quo beatus fuit quia ante nō habuit graciam vt quidam ponunt z sic mereri non potuit. gr̄ in primo instanti sue beatitudinis eam meruit. Rr̄. dō q̄ de conditione angeli triplex est positio. Quidam enim posuerunt q̄ angelus in primo instanti sue creationis fuit beatus sed hoc non videtur conueniens qz pari ratione alii in primo instanti fuissent miseri qđ etiam quidam dicunt. sed absurdum est et condemnatum. Alii vero dicunt q̄ fuerunt conditi in gracia omnes z in ea quidam perseuerantes beatitudinem meruerunt. Alii vero contra eā agentes facti sunt miseri. z hec opi. nihil difficultatis habet. vnde preceteris nihil magis placet. Tertii vero dicunt q̄ fuerunt creati angeli in puris naturalibus z quibusdam conuersis ad verbum simul collata est gracia z beatitudo. Et hi diuidūtur in tres vias. Quidam enim dicunt q̄ nunq̄ beatitudinem meruerunt. scz hoc non videtur ꝓpetere nisi soli xp̄o qui est filius naturalis vt hereditatē diuine fruitionis sine merito habeat. Alii vo dicunt q̄ merentur eam ex operibus que circa nos agunt. z hoc etiaz nō videt conueniens vt meritum sequatur premium cuz magis meritū sit dispositio ad premiuz. Tertii vero q̄ in p̄o instanti beatitudinem meruerunt ex hoc ipso q̄ ad verbum conuersi sunt. z hec opinio inter has tres probabilior ē. Vt̄ ad eius euidentiā sciēduz ē q̄ meritum se hz ad p̄miuz sicut motus ad terminū z sicut fieri ad factū esse. In his autem que successiue fiunt prius est fieri q̄ factuz esse

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

In his vero q̃ fiunt subito simul est fieri z factū esse. sicut simul aer illuminatur z illuminatus est. z simul res creatur z creata ē. Cuius ratio est q3 instans illud in quo primo aliquid factū est est terminus temporis precedentis in quo non erat. z sic aliquid de aliqua proprietate illius temporis retinet inquantum potest dici q̃ ante hoc instans res ista non fuit. Et quāuis in his que per modum successiuum fiunt fieri attribuatur tempori precedenti. in momentaneis tamen factionibus fieri non potest attribui nisi ipsi instanti primo qđ diuidit inter esse z non esse rei. Unde quāuis in omnibus aliis instantibus sequentibus possit dici q̃ hoc factum non est. non tamen potest dici q̃ fiat z factus est nisi in primo. Similiter dico q̃ in primo instanti quo mens angelica conuersa est ad verbi fruitionem z beata quidem erat ratione perfecte fruitionis quasi in facto esse existens z beatitudinem merebatur in hoc q̃ conuertebatur ad verbum non preexistente beatitudinis perfectione sed quasi existens in ipso fieri beatitudinis sed postmodum mens angeli est tantum beata z non beatitudinem meretur. Similiter est de contritione quia in eodem instanti est terminus preparationis ad graciam z gracie infusio. Ad primum ergo dicendum q̃ non oportet ponere idem simul esse perfectum z imperfectum. sed idem simul esse perfectum z terminum imperfectionis vt nunc primo esse perfectum. Ad secundū dđ q̃ angelus meretur vt viator non quasi distans a termino sed vt in termino vie existens. Ad tertium dicendum sicut ad primum.

Articulus nonus

D quartum sic proceditur. Uidetur q̃ angelus moueatur in instanti. Sicut enim dicitur in libro de intelligentiis. in motu angeli magnitudo spacii distantiaz non operatur. Sz propter distantiam quam facit magnitudo spacii conuenit q̃ aliquid non eque cito peruenit ad propinquum z distans. ergo angelus eque cito ad distans z propinquum peruenit. sed omne tale mouetur in instanti. g9 angelus in instanti mouet. Preterea sicut se habet mobile diuisibile ad motum diuisibilem successiuum ita se hz mobile indiuisibile ad motū indiuisibilē z istantaneū. Sz corp9 qđ ē mobile diuisibile mouet successiue i tpe diuisibili. g9 āgel9 q̃ ē mobile idiuisibile ex h9 q̃ caret q̃titate mouet subito vl in istāti. Preterea Ar9. i. 4. phi. phat q̃ si aliq̃d moueret i vacuo moueret i istāti ppt h9 q̃ medīū mobili ñ rsistit. sz sic vacuū ñ rsistit

corpori in motu ita nec aliquid plenuz ipsi angelo. ergo angelus mouetur in instanti. Sed contra est quod dicit Aug. 8. super Geñ. ad litteram q̃ deus mouet creaturaz spiritualem per tempꝰ angelus autem est creatura spiritualis. ergo mouetur per tempus z non in instanti. Rñ. dicendum q̃ in omni motu oportet intelligere successionem z tempus per aliquem modum eo q̃ termini cuiuslibet motus sunt sibi oppositi inuicem et incontingentes. vt patet in primo phi. Unđ oportet q̃ omne mobile intelligatur esse primum in vno termino motus z posterius in altero et sic sequitur successio. Sed transire de vno termino ad alterum in motibus corporalibus contingit dupliciter. Uno modo sicut de instanti in istans. hꝰ autez esse nō potest nisi quando sunt tales termini motus inter quos est accipere aliquo modo medium sicut inter duo instantia est tempus medium vt patet in loci mutatione et alteratione augmento et diminutione. et hy motus dicuntur continui propter continuitatem eius super quod transit motus cuius est plus z minus accipere. Alio modo transitur de vno termino motus in aliuz sicut de tempore in instans. z hoc accidit in motibus quorum termini sunt priuatio z forma inter que cōstat medium non esse. vnde non potest sic transiri de vno extremo in alterum vt quandoqz in neutro extremorum sit. sicut transitur de instanti in instans ita q̃ in neutro est instantium sed in medio tēpore z huiusmodi motus sunt generatio z corruptio z illuminatō z huiusmodi in quibus oportet dicere q̃ vnus terminꝰ erat in toto tempore precedente z alius in instanti ad quod tempus terminatur. huiusmodi autem mutationes sunt termini motus cuiusdā sicut illuminatio diei est terminus motus localis solis. vnde in toto tempore precedente quo sol mouetur ad punctum directe oppositionis erant tenebre. in ipso vero instanti quo peruenit ad punctum predictum est lumen. z similiter est de generatione z corruptō ne qui sunt termini alterationis. z quia inter tempus z instans ñ cadit aliquod medium nec est aliquod instans accipere immediate precedens vltimum temporis. Inde est q̃ in huiusmodi mutationibꝰ absq3 omni medio transitur de vno extremo in aliud. nec est accipere vltimum tempus in quo fuerit in termino a quo sed vltimum tempus quod terminatur ad instans in quo est in termino ad quem. z ideo huiusmodi mutationes instantanee dicuntur hoc autem dici non potest in motu angeli eo q̃ nullum ordinem habet ad aliquem motum continuum vt possit dici terminꝰ eius

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

vnde oportet ponere q̄ intelligatur transire de termino motus in terminum motus. sicut transitur de instanti in instans. ꝛ nō sicut transit de tempore in instans eo q̄ tempus non potest intelligi sine motu. vnde cum esse angeli in termino a quo a nullo motu dependeat non potest dici q̄ sit ibi in tempore sed in quodam nunc ꝛ similiter in termino ad quez cuz alio nunc. Sed huiusmōi nūc non sunt termini hmōi temporis qō est numerus motus celi eo q̄ motus angeli nullo modo dependet a motu celi vt eius numero mensuretur nec oportet ea continuari per medium tempus. continuitas enim temporis sequitur continuitatem motus ꝛ continuitas motus sequitur continuitatez magnitudinis super quā transit motus vt habetur in. 6. phi. Sed in ipsis operationibus angeli ratione quarum dicitur moueri per diuersa loca non est inuenire aliquaz continuitatez sed consequenter se habent. vnde ꝛ nunc que mensurant motuz angeli sunt consequenter se habentia ꝛ nō est inter ea aliquid continuans ꝛ ipsa pluralitas nunc se cōsequētium est quoddam tēpus in quo dicimus angelum moueri ꝛ hoc consonat dictis phi vt phi. vbi dicit q̄ eiusdem rationis est indiuisibile moueri ꝛ tempus componi ex nunc. Ad primum ergo dicendum q̄ non reperitur tempus in motu angeli propter distantiam sed propter incontingentiam terminorum. quia sez non contingit angelum esse in duobus locis simul. Ad secundum dicendum q̄ successio motus non solum sequitur diuisionem mobilis sed etiam eius super quod transit motus quia secundum prius ꝛ posterius in magnitudine est prius ꝛ posterius in motu vt dicitur in. 4. phi. Licet ergo angelus sit indiuisibilis tamen loca secundum que moueri dicitur sunt diuisa adinuicem. ꝛ ideo oportet in motu eius intelligi aliquam diuisionez. Ad tertium dicēdum q̄ quāuis non impediat aliquod plenum angelum in suo motu tamen propter rationem iam dictam oportet in motu eius intelligi diuersa. nunc ratio autem philosophi est magis ducens ad impossibile & ostensiua vt cōmentator ibidem dicit.

Articulus decimus

D quintum sic proceditur. Videtur q̄ angeli non possint agere in hec corpora inferiora. Actio enim non potest nisi inter ea que habent aliquaz conuenientiam ad inuicem. Sed angelus non habet conuenientiam cum istis corporibus cuz corruptibilium ꝛ incorruptibilium etiam genus non sit vnum vt dicitur

in. 10. metha. ergo angeli in hec corpora non possunt agere. Preterea si agunt angeli in hec corpora aut agunt per imperium aut per influxum. Si per imperiuz equaliter agere possunt in propinqua ꝛ in distantia qō est ↄtra Dam. qui dicit q̄ vbi operantur ibi sunt. Si vero per influxum oz q̄ illud qō influunt p̄ mediū transeat. medium autem corporale non est receptiuum spiritualis impressionis. ergo nullo mō possunt angeli agere in hec inferiora corpora neqz in aīas nostras. Preterea nō possunt dici agere vl̄ influere sicut fons influit riuo vt idem numero qō prius est in angelo postmodum in his inferioribus fiat. qz sic in agendo aliquid amitteret. nec iterum illud qō in his inferioribus recipi dicitur p̄ eorum influxum creando. qz angeli creatores non sunt. nec iterum educendo de potentia in actum qz ad hoc natura sufficit. g̊ angeli nullo mō in inferiora agunt. Sed ↄtra est qō Aug. dicit in 3° de tri. q̄ ea que diuinitus in corporalibus fiunt ministerio angelorum fiunt. Grego. etiam dicit in. 4. dyal. q̄ omnia corporalia per spirituales substantias administrantur. R̄. dō q̄ de actione angelorum in hec inferiora corpora duplex est opinio apud philosophos. Commētator enim vult. 10. metha. q̄ substantie spirituales non possunt imprimere in hec inferiora corpora nisi mediantibus corporibus celestibus que a substantijs incorporeis moueantur secundam pbōs. Auicen. vero vult in sua metha. ꝛ in. 6° ō naturalibus q̄ dupliciter imprimunt in hec inferiora. vno mō per motum orbium. ꝛ alio modo per imperium immediate qz forme intellectus eorum sunt factiue secundum eum. ꝛ materia sensibilis obedit eorum conceptionibus plus̄ q̄ quibuslibet qualitatibus actuis ꝛ passiuis. Et exinde est secundum eum q̄ in istis inferioribus fiunt alique transmutationes quandoqz ex conceptionibus superiorum substantiarum preter totuz ordinem causaruz naturaluz. Sz hec opi. secūda repugnat dictis Aug. in. 3. de tri. vbi ōz q̄ angelis non seruit ad nutuz materia corporalis. Repugnat etiam rationi. qz quāuis qō est potentia in materia sit actu i substantijs multo nobilius tamen materia corporalis nō est proportionata potētia respectu tal' actus quo subē spūales in actu sunt. oportet aūt agēs qō educit potētiaz i actu eē materie ꝓportionatuz. vñ ñ pōt esse q̄ vt⁹ subē spūalis create se extēdat ad materie trāsmutatōnē imediate sz mediāte aliq̊ agēte naturali. Quāuis enī ei ñ obediat corpalis materia ad formalē trāsmutationē. imediate tñ obedit ei localiter ad motum localē. ꝛ per hanc virtutem

possunt congregare et circumponere aliqua agentia naturalia ad aliquem effectum perficiendum. Ea vero ad que nulla virtus naturalis se extendit fiunt sola divina virtute que sola potest naturalem ordinem immutare. Sed quia mentes nostre sunt proportionate et propinque ad recipiendum actionem angelorum ideo in mentes nostras agere possunt dupliciter. Uno modo confortando intellectum nostrum sicut in corporalibus minus calidus confortatur per magis calidum. Alio modo per agens naturale ipsius intellectus sicut etiam agit in corpora. et hoc est inquantum lumine angelico illustrantur fantasmata ad aliquas nobiliores cōceptiones imprimendas & lumine intellectus agentis exprimi possēt

Ad primum ergo dicendum q angeli habent conuenientiam cum istis inferioribus corporibus que est conuenientia mouentis ad motum. possunt enim mouere motu locali corpora non solum illa celestia immediate sed etiam hec inferiora vt sic sententia nostra de actione angelorum in corpora sit media inter duas opiniones phōz predictas. Ad secundum dicendū q angel⁹ agit in hec corpora mouendo ea localiter per imperium. sed imperius nō dicitur hic sine virtute actiua quaz oportet aliquo modo contingere corpus motum. cum mouens z motuz oporteat esse simul vt probatur in. 7. phi. Actio vero qua influere dicitur in animā nostram confortando eam ad intelligendum non oportet q transeat per medium corporale quia hoc facit in spiritualibus ordo qđ in corporalibus situs secundum Aug. Anime vero nostre ordine nature quasi contiguantur ipsis angelis sicut z angelus inferior superiori. vnde non oportet q interueniat medium corporale.

Ad tertium dicendum q angeli neqz in anima neqz in natura corporali aliquid creant sed solum educunt de potentia in actum. Et quāuis naturale agens de potentia in actuz educere possit non tamen ita perfecte sicut angelus.

Einde quentur de bis que pertinent ad homines. Et primo quantum ad naturam. Secundo quantum ad gratiam. Tertio quantum ad culpam. Quarto quantum ad gloriam Quantum ad naturam queruntur duo. Primo vtrum vegetabilis z sensibilis anima sint a creatione. Secundo vtrum imperare sit actus voluntatis vel rationis.

Articulus vndecimus

D primum sic proceditur. Uidetur q anima vegetabilis

et sensibilis educantur in esse per creationem. Ut enim dicit Aug. in li. de vera religione. Substantia viuens nature ordinem prefertur substantie non viuenti. Sz anima sensibilis z vegetabilis sunt substantie viuentes. ergo sunt nobiliores omnibus substantiis nō viuentibus. Alique autem substantie non viuentes sunt immediate a deo create vt elementa huius mundi. ergo z anima sensibilis z vegetabilis immediate a deo creantur cum nobilitas facientis demonstret nobilitatem facti. Preterea omne cui proprie cōpetit fieri vel fit ex nihilo vel fit ex aliquo. Sed anima vegetabili z sensibili competit proprie fieri ergo cum non fiat ex aliquo qz non habent materiam partem sui relinquitur q fiant ex nihilo. et sic exeunt in esse per creationem. Probatio medie. Omne quod proprie habet esse si non semper fuit proprie dicitur fieri. Sed anima sensibilis proprie z vere habet esse cum sit substantia operans mouet enim corpus. nihil autem habet propriam operationē nisi quod habet proprium esse. ergo cum anima sensibilis huius animalis non semper fuerit proprie competit ei fieri z sic restat q creetur. Sed contra est q phūs dicit in. z. de anima. q sensitiui prima mutatio fit a generante. Prima autem mutatio sensitiui est secundum quaz acquirit actum primum qui est anima sensitiua. ergo fit per generationem z non per creationem. Preterea omne illud quod precedit in semine hominis ante introductionem anime rationalis est per generationez z non per creationem. Sz anima vegetabilis z sensibilis precedunt in semine hominis quia primum est viuum & animal z animal & homo secundum phm in. 16. de animalibus. ergo etiam in homine est anima sensibilis et vegetabilis per generationez. Preterea cuz deus in instanti operetur natura vero successiue omne illud quod per actionem successiuam exit in esse est ab aliquo agente naturali. Sed anima sensibilis z vegetabilis producuntur actione successiua quia determinato spacio temporis viuificatur conceptus z sensificatur. gº anima sensibilis z vegetabilis sunt a naturali agente z non per creationem. Rº dicendum q circa banc questionez est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam sensibilez z vegetabilem esse ex creatione. Alii vero extraducē. z hec diuersitas apud phōs inuenitur non solum de istis animalibus sed etiam de omnibus formis substantialibus. Quidam enim vt Plato z Auicenna posuerunt omnes formas ab extrinseco esse qui precipue ex duob⁹ mouebantur. Primo quidem qz cum forme non habeant materiam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

partem ſui nō poſſunt fieri nisi ex nihilo. vnde oportet q̄ a creante fiant. Secundo q̄ in rebus inferioribus non videbant principia actionū nisi qualitates actiuas ꝛ paſſiuas quas iudicabant inſufficientes ad productionem formarum ſubſtantialium cum nihil agat vltra ſuam ſpeciem. Sed in hoc videntur eſſe decepti quia attribuebant fieri proprie iſtis formis cum tamen fieri non ſit niſi compoſiti cuius etiam proprie eſt eſſe. Forme enim eſſe dicuntur non vt ſubſiſtentes ſed vt quo compoſita ſunt. vnde ꝛ fieri dicuntur non propria factione ſed per factionem ſuppoſitorū que tranſmutantur tranſmutatione materie de potentia in actum. vnde ſicut compoſita fiunt per agentia naturalia ita etiam forme q̄ non ſunt ſubſiſtentes. Qualitates autem actiue et paſſiue agunt ad formas ſubſtantiales in virtute ſubſtantialium formarū quarum ſunt inſtrumenta. ſicut calor ignis agit vt inſtrumentum anime nutritiue vt dicitur in. ꝛ. de anima. Anima autē vegetabilis ꝛ ſenſibilis non ſunt forme ſubſiſtentes alias remanerent poſt corpora. vnde oportet q̄ fiant a generante per actionē compoſitorū ſicut ꝛ cetere forme materiales. ſola autē aīa intellectiua q̄ hꝫ eſſe ſubſiſtens cum maneat poſt corp⁹ eſt ab extrinſeco per creationem Si aūt ſenſibile ꝛ vegetabile ꝛ intellectuū in hoīe in diuerſis ſubſtantiis anime radicantur tunc vegetabilis ꝛ ſenſibilis hominis a generante erit. ſed quia hec opinio repugnat dictis philoſophorum qui in vno animato vnaꝫ animaꝫ tantuꝫ poſuerunt ad quā omnes operationes anime pertinent ꝛ etiam contra dicta ſanctorum improbantium dualitatem animarum vt patet in li. de eccleſiaſticis dogmatibus. Ideo approbato q̄ in homine ſit tantū vna ſubſtantia anime cuius potentie ſunt vegetatiuum ſenſitiuum et intellectiuum dicimus q̄ anima hominis que omnes has potentias anime ſuſtinet a deo creatur quāuis per operationem naturalis agentis fiat vt corpus organizatum actu perficiatur per potentias que ſunt corporalium partium actus. Ad primum g⁹ dicendum q̄ anima vegetabilis ꝛ ſenſibilis nō ſunt ſubſtantie viuentes ſicut nec ſubſiſtentes ſed ſunt principia viuendi ꝛ eſſendi. ꝛ iteruꝫ non oportet ſi quid munus nobile ſit a deo immediate q̄ etiam q̄ eſt magis nobile quia deus cum non habeat limitataꝫ virtutem nec agat neceſſitate nature poteſt agere ꝛ nobiliora ꝛ minus nobilia ſecundum ſuam voluntatem ſicut imediate produxit prima individua brutorū aialiuꝫ. quib⁹ tamen homines qui nūc generant ex ſemine nobiliores ſunt. Ad ꝛ⁹ dō q̄ aie ſenſitiue

non conuenit per ſe eſſe nec fieri nec operari. nulla enim eſt actio aie in qua corpus non cōmunicet. Eſt. n. duplex potentia motiua aie ſenſitiue. vna que imperat ſcz appetitiua cuius actus conſtat q̄ non exercetur ſine corpore. Altera que imperat que affixa muſculis ꝛ neruis eſt principium mobilitatis in eis. ſed ipſa diſtinctio partium corporalium facit q̄ vna pars animalis eſt mouēs ꝛ alia mota ꝛ ita poſſunt moueri ex ſe. Alia que ſunt in contrarium cōcedimus niſi quantum pertinet ad hominem in cuius ſemine quāuis precedat, vegetatiua ꝛ ſenſitiua aīa imperfecte cuꝫ illis ceſſantibus introducatur per creationem aīa rationalis que perfecte cōtinet q̄d in eis erat imperfectionis. nazſc⁹ Aliq̄d in generatione aīalis ex ſemine interueniunt multe generationes ꝛ corruptiones:

Articulus duodecimus

D ꝛ⁹ ſic proceditur. Videtur q̄ imperare ſit actus rationis q̄ hp̄s dicit in. i. etbi. Ratio recte ꝛ ad optima deſiderat ꝛ obedit ei q̄d eſt ꝓmentis. g⁹ imperare ꝛ deprecari ꝛ hmōi videtur ad rationē pertinere. Sed ꝓra imperare ad dominium pertinet. Sꝫ nos ſumus dñi noſtrorū actuum per voluntatē. g⁹ imperare ē actus voluntatis. R⁹ dō q̄ in imperio duo concurrunt quorū vnum eſt rationis aliud voluntatis. Qui enim imperat aliquid inclinat ad faciendum q̄d voluntatis eſt. ipſius enim eſt mouere per modum agentis ꝛ iterū ordinat eius cui imperat ad exequēdum illud q̄d impetratur. ꝛ hoc ad rationē pertinet cuius eſt ordinare. Et ſi duorū horū ordo conſideret videt⁹ eſſe inclinatio voluntatis in aliquid p electionē ꝛ poſtea in prin⁹ executiōis ordinat⁹ p quos fieri ōbeat q̄d electū ē. ꝛ ſic ip̄ū erit imediate act⁹ rōis ſꝫvoluntatis quaſi primo mouētis. ꝛ p hoc pꝫ ſolutio ad obiecta.

Articulus decimustertius

Einde queritur quantum ad graciam pertinet vtrū caritas ſecundum ſuam eſſentiam augeatur. Et videtur q̄ nō. Cū enim augmentum ſit quedam mutatio vel variatio q̄d ſecundum eſſentiam augetur ſecundum eſſentiam variatur vel mutatur. Sꝫ quod mutatur vel variatur ſecundum eſſentiam aut generat⁹ aut corrumpitur. ergo ſi caritas ſcōm eſſentiam augetur corrūpitur. nō enim generat⁹ cū prius fuerit. Preterea caritas nō hꝫ ꝑfectionē niſi vtualē. Sꝫ vtus caritat⁹ ē ipſa eēntia ei⁹. g⁹ ꝑfectio caritat⁹ ē eſſētia ei⁹. nō g⁹ pōt eſſe q̄ variet⁹ ꝑfectio caritat⁹ ſine variatiōe eēntie ei⁹. ꝛ ſic ſi augetur ſecūdum ſuam eſſentiam oportet q̄ eſſe eius vel

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALPES

generetur vel corrumpatur. Sed contra. Premiuz essentiale respondet ipsi essentie caritatis. Sed quidam proficiunt ad maius premium essentiale. ergo in eis caritas secundum essentiam augetur.

R.º dicendum ꝙ caritas secundum suam essentiam augetur. Sed notanduz est ꝙ hec prepositio sz̃ꝰ scd̃m varias habitudines quas importat quandoqz denotat subiectum vt cum dicitur iste est albus sz̃ꝰ pedem. quia pes est subiectuz albedinis. quandoqz vero formam vt cuz dicitur iste est coloratus sz̃ꝰ albedinem. Cuz ergo dicitur aliquid sz̃ꝰ hoc moueri potest intelligi vel subiectum vel forma. Cum enim dicitur iste mouetur sz̃ꝰ manum notat̃ subiectum motus. Cum vero dicitur iste mouetur scd̃m locum notat̃ id quod formaliter specificat motum. Sic ergo cum dicimus caritatem secundum essentiam augeri denotatur subiectum augmẽti vt sit sensus. Ipsa essentia caritatis augetur sicut cum dicimus. album augetur secundum essentiam suam. non autem designat̃ forma specificans motum vt sit sensus. augetur secundum essentiam id est augmentum eius est motus in esse vel in essentia. ⁊ sic dicitur augmentum esse secundum quantitatem. ⁊ quãuis quantitas caritatis que est virtus sit idem qd̃ essentia caritatis non tñ oportet ꝙ essentia caritatis tollatur quia etiam in augmento corporali ipsa essentia quantitatis non tollitur cum semper remaneat dimẽsio interminata. sed secundum diuersas terminationes quas recipit fit mutatio de paruo in magnum que est augmentum. ita etiã ipsa virtus caritatis non tollitur per essentiam suam sed variatur terminatio eius. Omnis autem forma recepta in aliquo subiecto terminationem recipit secundum capacitatem recipientis. Unde quando subiectum caritatis magis disponitur ad caritatem scilz ad congregationem sui ad deum tanto maiorem participat caritatem. ⁊ sic caritas secundum suam essentiam augeri dicitur. ⁊ per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus decimusquartus

Deinde queritur de his que pertinent ad culpam. Et queruntur duo. Primo vtrum Petrus negando xp̃m peccauerit mortaliter. Secundo vtrum habere plures prebendas sine cura animarum absqz dispensatione sit peccatuz mortale. Ad primum sic proceditur. Uidetur ꝙ Petrus negando xp̃m nõ peccauit mortaliter. Dicit enim quedam glo. ꝙ peccauit per surreptionem. Sed peccatum per surreptionem est veniale ⁊ nõ mortale.

vnde primi motus qui per surreptionem fiunt sunt peccata venialia. ergo peccauit tantum venialiter. Preterea Bern. dicit in li. de dile. domini. ꝙ in Petro caritas fuit sopita nõ extincta. Sz per peccatuz mortale caritas extinguitur. ergo Petrus non peccauit mortaliter. Sed contra est qd̃ Greg. dicit in moral. ꝙ Petrus ab ipsis faucibus dyaboli eripitur. Sed in faucibus dyaboli nõ est aliquis nisi per peccatum mortale. ergo Petrus peccauit mortaliter. R.º dicendum ꝙ absqz dubio Petrus peccauit mortaliter negando xp̃m. quod quidez patet ex duobus. Primo quia negauit fidem in loco vbi periclitabatur ⁊ eius confessio requirebatur. Ore enim confessio fit ad salutem vt dicitur Ro. 10. in quo videtur ꝙ sit de necessitate salutis confessio fidei in casu p̃dicto ⁊ precipue mendacium in his que fidei sunt est perniciosissimum secunduz Aug. in li. de mendacio. Secundo quia defectui confessionis ⁊ mendacio addidit periurium ⁊ blasphemiam quia vt dicitur Math. 26. cepit detestari ⁊ iurare quia nõ nouisset hominem que constat esse grauia peccata. Unde glo. dicit ibidem. Tertio cepit detestare ⁊ iurare quia non nouisset hominem quia perseuerare in peccato dat incrementuz scelerũ ⁊ qui minima spernit cadit in maiora. Ad primum ergo dicendum ꝙ surreptio dupliciter accipitur. Uno modo secundum ꝙ opponit deliberationi. ⁊ sic primi motus dicũtur esse surrepticie sic Petrus ex surreptione non peccauit. Alio modo secundum ꝙ opponitur electioni ⁊ sic Petrus ex surreptione peccauit. quia non peccauit ex electione quasi ex certa malicia sed ex passione timoris. talis autem surreptio non excusat a mortali sicut patet in incontinente qui fornicatur motus concupiscentia cum tamen haberet propositum continendi. Ad secundum dicendum ꝙ Bern. improprie loquitur. ⁊ eius verbum vt verificetur est intelligendum de quadam dilectione familiaritatis quã Petrus ad xp̃m conceperat que in eo mansit etiam post negationem: vel si intelligatur de caritate gratuita intelligendum est ꝙ non fuit extincta secundum predestinationem diuinam que eius penitentiam preparabat quanuis esset in se extincta secndum actum.

Articulus decimusquintus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ habere plures prebendas sine cura animarum absqz dispensatione sit peccatum mortale. Quicunqz enim facit contra statutum ꝯcilii peccat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mortaliter. Sed qui habet plures prebendas facit contra statutuz concilii generalis. ergo peccat mortaliter. Probatio medio. di. 7. dicatur in quodam decreto Urbani pape qđ incipit. Sanctorum canonum omnino aliquem in duabus ecclesiis titulari non liceat Sed vnusquisqz in qua titulatus est in ea tantum canonicus beatur. licet enim episcopi dispositione vnus diuersis preesse possit ecclesiis. canonicus tamen prebẽdarius nisi vnius ecclesie in qua conscriptus est esse non debet. Preterea. 15. q. 1. dicit quoddã de cretum septime synodi. Clericus ab instanti tempore in duab⁹ nõ connumeretur ecclesiis. negociationis enim est hoc z turpis lucri commodum z ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum z sic idem qđ prius. Preterea Crisо. dicit ꝙ tenebra erubuit. lumen erubescat qđ figure non fuit concessum rei reor esse illicitum figure autem non fuit concessum ꝙ inter leuitas qui capiebat in bethleem caperet in vrbm quomodo cum perfectiores esse debeamus qui capit in cyro non capit in Damasco. Preterea Bern. dicit Qui non vnus sed plures est in beneficiis non vnus sed plures erit in suppliciis. Sed qui habet plures prebendas plures ẽ in beneficiis. ergo plures erit in supplicijs z sic grauissime peccat. Preterea quicunqz committit se discrimini z periculo peccati mortis peccat mortaliter. Ille est huiusmodi quia recipiendo plures prebendas iurat statuta vtriusqz ecclesie in quibus prebendatur que aliquando non possunt simul seruari. vtpote si eodez tempore vocetur ad electionem in vtraqz ecclesia vel ad aliqua ecclesie negocia peragenda z precipue si sit causa inter duas ecclesias cum vtriqz teneatur. ergo videtur ꝙ peccet mortaliter. Sed contra ẽ qz illud quod vergit in commune periculum non est ab ecclesia sustinendum Sed ecclesia sustinet vt aliqui communiter habeant duas prebendas. ergo in hoc non est periculum peccati mortalis. Preterea licitum est alicui patrimonium habenti prebendam accipere. Sed maior est conuenientia inter ecclesiastica beneficia ꝙ inter patrimonium z prebendam. ergo etiam licet habenti vnam prebendam accipere aliam. Responsio dicendum ꝙ omnis questio in qua ꝺ peccato mortali queritur nisi expresse veritas habeatur periculose determinatur quia error quo non creditur esse peccatum mortale quod est peccatum mortale conscientiam non excusat a toto licet forte a tanto. Error vero quo creditur esse mortale quod non est mortale ex conscientia ligat ad peccatuz mortale. Precipue autem periculosuz est vbi veritas ambigua est quod

in hac questione accidit. Cuz enim hec questio ad theologos pertineat inquantum dependet ex iure diuino vel ex iure naturali. z ad iuristas inquantuz dependet ex iure positiuo inueniuntur in ea theologi theologis z iuriste iuristis contraria sentire. In iure nãqz diuino nõ inuenitur determinata expresse cõ in sacra scriptura expressa mentio de ea nõ fiat quãus ad eaz argumẽta ex aliquib⁹ auctoritatib⁹ scripture forte adduci possint q̃ tñ non lucide veritatẽ ostendunt. Determinando vo eaz s3m ius naturale sic videtur ad ꝓsens de ea dicenduz ꝙ actionuz humanarz multiplex ẽ differentia. Quedam. n. sunt q̃ habent deformitatem inseparabiliter annexam vt fornicatio adulterium z alia hmõi que nullo mõ bene fieri pñt. de numero talium non est habere plures ꝑbendas alias in nullo casu dispensationem recipere posset qđ nullus dicit. Quedam vo sunt actiones que de se indifferẽter sunt ad bonum vel malum vt leuare festucaz ꝺ e terra. vel aliquid hmõi inter quarum numerum quidam ꝓputant habere plures prebendas dicentes. Ita licituz est plures prebendas sicut habere plura poma. Sz hoc non videtur esse verum cum hoc qđ est habere plures prebendas plurimas in se inordinationes contineat vtpote qz nõ ẽ possibile aliquem in pluribus ecclesijs deseruire in quibus est ꝑbendatus cum prebende videantur esse ordinate quasi q̃dam stipendia deo ibidem ministrantium. Sequitur etiam diminutio cult⁹ diuini dum vnus loco plurium instituitur. Sequitur etiam in aliquibus defraudatio voluntatum testatorum qui ad hoc aliqua bona ecclesiis contulerunt vt certus numerus deo deseruientium ibi esset. Sequitur etiam inequalitas dum vnus pluribus beneficiis abundat z alius nec vnum habere potest. z multa alia hmõi que de facili ꝓpatent. vnde non potest contineri inter indifferentes actiones z multo minus inter eas que sunt secundum se bone vt dare elemosinam z hmõi. Sunt vero quedam actiones que absolute considerate deformitatem vel inordinationem quandam important. que tamen aliquibus circumstantijs aduenientibus bone efficiuntur. sicut occidere hominem vel percutere in se deformitatem quandam importat. sed si addatur occidere malefactorem propter iusticiam vel percutere delinquentem causa discipline nõ erit peccatum sed virtuosum. In numero harum actionuz videtur esse habere plures prebendas. Quanuis enim aliquas inordinationes contineat tamen alie circumstantie possunt superuenire ita honestantes actuz ꝙ ꝑdicte inordinationes totaliter euacuantur

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

vtputa si sit necessitas in pluribus ecclesiis eius obsequio ꝛ possit plus seruire ecclesie vt tantundē absens ꝙ alius presens. ꝛ si qua alia sunt huiusmodi. ꝛ tunc istis conditionibus superuenientibus cum recta intentione non erit peccatum etiam nulla dispensatione interueniente si consideretur tantum secundus ius naturale. qz dispensatio ad ius naturale non pertinet sed solum ad positiuum Si vo aliquis hac intentione plura beneficia habeat vt sit ditior vt lautius viuat ꝛ vt facilius ad episcopatum perueniat in aliqua ecclesiarum vbi est prebendatus non tolluntur predicte deformitates sed augentur quia cum tali intentione ꝛ vnum beneficium habere quod nullaz inordinationē importat esset illicitus. Et sic quidem esset dicendum secundum ius naturale etiam nullo iure positiuo superueniente. Nunc autem certum est per antiqua iura hoc esse prohibitum. patet etiam huic prohibitioni consuetudinē esse contraria per quam quidam dicunt illa iura esse abrogata. Nam per contrariam consuetudinē iura humana abrogantur. Quidaz vero dicunt per hanc consuetudinem antiqua iura non abrogari. eo ꝙ quedam decretalis ꝛc. multa per patientiā tollerantur que si in iudicium fuerint deducta iusticia cogente cessarentur. et hec controuersia iuristis est relinquenda quāuis hoc videatur esse probabile ꝙ quantuz ad hoc ꝙ iura illa antiqua continēt ius naturale abrogari non possunt per contrariam consuetudinem vtpote irrationalem. Quātum autem ad hoc ꝙ solum de iure positiuo cōtinent possunt esse abrogata precipue si simulantes hanc contrariam consuetudinem in quorum potestate est ius positiuum mutare intendunt per talem dissimulationem antiqua iura mutare. Si ergo antiqua iura que hoc prohibent in suo robore maneant contraria consuetudine non obstante certum est non posse aliquē plures prebendas habere absqz dispensatione etiam illis circumstantiis superuententibus que secundum considerationē iuris naturalis actum poterant honestare. Si autem antiqua iura sunt ꝙ consuetudinem abrogata tunc predictis circumstantiis superuenientibus etiam sine dispensatione licitum est plures prebendas habere sine quibus circumstantiis licitum non ē quantumcunqz dispensatio intercueniat eo ꝙ dispensatio humana non aufert ligamē iuris naturalis sed solum ligamen iuris positiui quod per hominem statuitur ꝛ per hominem dispensari potest. Et ex his de facili potest patere responsio ad obiecta.

Articulus decimussextus

Deinde queritur quantum ad gloriam pertinet vtrum omnes sancti qui sunt per ecclesiam canonizati sint in gloria vel aliqui eorum sint in inferno. et videtur ꝙ aliqui possint esse in inferno de his qui sunt in ecclesia canonizati. Nullus enim potest esse ita certus de statu alicuius sicut ipse met de se qz que sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est vt dicit .1. ad Cor. 2. Sed homo non potest esse certus de se ipso vtrum sit in statu salutis. Dicit enim Eccl. 9. Nemo scit vtrum sit dignus odio vel amore. ergo multo minus papa sat. ergo potest in canonizando errare. Preterea quicunqz in iudicando innitur medio fallibili potest errare. Sed ecclesia in canonizando sanctos innititur testimonio humano cum inquirat per testes de vita ꝛ miraculis. ergo cum testimonium hominum sit fallibile videtur ꝙ ecclesia in canonizando sanctos possit errare. Sed contra. In ecclesia non potest esse error damnabilis. Sed hoc esset error damnabilis si veneraretur tanꝙ sanctus qui fuit peccator. qz aliqui scientes peccata eius crederent hoc esse falsuz. ꝛ si ita contigerit possent ad errorem perduci. ergo ecclesia in talibus errare non potest Preterea Augu. dicit in epistola ad Diero. Qz si in scriptura canonica aliquod mendacium admittatur mutabitur fides nostra que ex scriptura canonica dependet. Sed sicut tenemur credere illud quod est in sacra scriptura ita illud quod est communiter per ecclesiam determinatum. vnde hereticus iudicatur qui sentit contra determinationem concliorum. ergo commune iudicium ecclesie erroneum esse non potest. ꝛ sic id quod prius. Rō. dicēduz ꝙ aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum qō relatum ad aliquid extrinsecum impossibile inuenitur. Dico ergo ꝙ iudicium eorum que presunt ecclesie potest errare in quibuslibz si persone eorum tantum respiciantur. Si vero consideretur diuina prouidentia que ecclesiam suam spiritu sancto dirigit vt non erret sicut ipse promisit Jo. 14. ꝙ spiritus aduenies doceret omnem veritatem de necessariis scilicet ad salutem certum est ꝙ iudicium ecclesie vniuersalis errare in his que ad fidem pertinent impossibile est. Unde magis est standum sententie pape ad quez pertinet determinare de fide quam in iudicio profert ꝙ quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinioni. cum Caypbas quāuis nequaz tamen quia pontifex legatur etiā insanus prophetasse

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Jo.xi. Jn aliis vero sententiis que ad particularia facta pertinent vt cum agitur de possessionibus vel de criminibus vel de hmõi: possibile est iudicium ecclesie errare propter falsos testes. Canonizatio vero sanctorum medium est inter hec duo. quia tamen honor quem sanctis exhibemus quedam professio fidei est qua sanctorum gloriam credimus pie credendum est ꝙ nec etiaz in his iudicium ecclesie errare possit. Ad primum ergo dicendum ꝙ põtifex cuius est canonizare sanctos potest certificari de statu alicuius per inquisitionem vite z attestationem miraculorum. et precipue per instinctum spiritus sancti qui omnia scrutatur etiam profunda dei. Ad secundum dicendum ꝙ diuina prouidentia preseruat ecclesiam ne in talibus per fallibile testimoniũ hoim fallatur

Jncipit quodlibet decimum

Quesitum est de deo angelo z anima. De deo quesita sunt tria. Primo de eius vnitate. Secundo de eius iudicio. Tertio de eius sacramento.

Articulus primus

D primum sic proceditur. Videtur ꝙ vnitas aliquid ponit tiue dicat in diuinis z non remotionem tantum secundum opinionem magistri. Ex priuationibus enim non constituitur res aliqua. Sed ex vnitatibus constituitur numerus qui est res cũ sit species quantitatis. ergo vnitas non dicitur secundum priuationem tantum. Preterea numerus sequitur distinctionem. Si ergo vnitas z numerus in diuinis non dicerent rem aliquam non esset in diuinis realis distinctio qõ est heresis Sabelliana. Preterea si vnitas z numerus in diuinis dicuntur solummodo remotiue. per vnitatem autem nihil aliud videtur remoueri ꝙ numerus nec per numerum aliud ꝙ vnitas sequitur ꝙ vtrunqz istorum in diuinis dicatur secundum negationem negationis. Sed negatio negationis non est nisi secundum rationem tantum. ergo vnitas z numerus non essent realiter in diuinis quod est inconueniens. z sic vnum z numerus aliquid positiue dicunt in diuinis. Sz contra. Omne quod predicatur de aliquo predicatur de eo secundum propriam rationem. Sed ratio vnius in negatione consistit Est enim vnum quod non diuiditur secundum philosophum. gº de deo predicatur secundum remotionez tantum. Preterea secundum phm in.10.metha. vnum z multa opponuntur. sicut priuatio z habitus. Priuatio autem dicitur per remotionem tantum ergo vnum quod inter predicta duo tenet locum priuationis dicitur per remotionem tantum. Preterea vnum supra ens nõ addit aliquid secundum rem quia sic res non esset vna per suam essentiam addit ergo aliquid secundum rationez tantum. Sed qõ est secundum rationem tantum vel est negatio vel relatio. Luz ergo vnum supra ens non addat aliquam relationem quia ad aliquid non dicitur videtur ꝙ addat negationem. Rº dicendũ ꝙ vnum quod est principium numeri de necessitate aliquid positiue dicit in eo cui attribuitur quia cum ex vnitatibus numerus cõstituatur nisi vnitas res aliqua esset numerus res esse non posset. z sic non posset poni in aliquo genere tanꝙ species. Si ergo vnum quod conuertitur cum ente sit idem quod vnum quod est principium numeri oportet ꝙ etiam vnum quod conuertatur cum ente aliquid positiue superaddat enti z hoc concedit Auicenna. vnde vult ꝙ vnum quod conuertitur cuz ente addat supra ens aliquid quod ad genus mensure pertineat. Sed hoc non potest esse quia cum vnum quod conuertitur cum ente de qualibet re dicatur oz ꝙ etiam illa res quam addit supra ens sit vna. z sic vel erit vna p aliquaz vnitatem additam. z ita erit processus in infinitum. vl erit vna per essentiam suam quod si est standum est in primo vt scilicet ens ipsum dicatur vnum per essentiam non per aliquam rem additam. Sic ergo intelligendum est secundum opinionem Aristotelis z commentatoris eius ꝙ vnum quod conuertitur cuz ente non superaddit enti rem aliquaz sed soluz negationẽ diuisionis. z sic hmõi vnum z ponit aliquid inquantum in suo intellectu includit ens. z dicit remotiue quãtũ ad id qõ supaddit enti. Unũ vo qõ ẽ principiũ numeri qõ supaddit enti aliquid õ genere mẽsure. z sic numerus cui ẽ prin. inueniuntur aũt in rebus bñtibus diuisionẽ qz talis numerus causatur ex diuisione continui z hic numerus scz ex diuisione continui causatus est subiectum arismetrice etiam secundum Auicennam. Nulla autem conditio propria rei corporalis potest dici de deo aut de aliqua substantia spirituali. Unde secundum hoc vnum z numerus que continentur in genere quantitatis nõ dicuntur de deo z de aliis substantiis corporeis sed solum vnum qõ conuertitur cuz ente z multitudo ei opposita. et ideo vnitas in diuinis nõ dz nisi remotiue quãtuz ad id qõ supaddit enti quis ponat aliqd sz ꝙ includit ẽs. Est. n. vt ẽs indiuisuz

Ad pm gº dõ ꝙ obiectio illa procedit õ vno qõ ẽ prin. numeri

Ad secundum dicendum ꝙ obiectio illa procedit si nullo modo vnum ⁊ numerus aliquid ponerent realiter in diuinis. ponunt autem ens rem distinctaꝫ vel indistinctaꝫ quantum ad hoc ꝙ ens includitur in ratione vnius vt dictum est. Ad tertium dicēduꝫ ꝙ in ratione multitudinis includitur negatio rei sed in ratiōe vnius negatio negationis ⁊ rei simul quod sic patet. vnum enim est qđ non diuiditur. diuisio autem est que negatur per vnum quod conuertitur cum ente oportet ꝙ sit talis ꝙ in omni diuisione saluetur. hec autem est diuisio per affirmationem ⁊ negationē. ⁊ ideo huiusmōi diuisionis negatio constituit rationem vnius. est enim vnum quod non diuiditur tali diuisione ꝙ sic accipere hoc ⁊ non hoc ⁊ sic vnum inquantum negat affirmationem ⁊ negationeꝫ simul est negatio rei ⁊ negationis simul. predicta vero diuisio includitur in ratione multitudinis. ⁊ sic includitur ibi negatio rei quia multa sunt que sic diuiduntur ꝙ eorꝫ vnum non est alterum.

Articulus secundus

D 2º sic proceditur. Uidetur ꝙ xp̄s non sit descensurus ad iudicium in terraꝫ. qꝛ super illud p̄s. Dn̄s in templo sancto suo ⁊c. dicit glo. Qꝛ deus in celo sedens de bonis ⁊ malis iudicat ergo iudicium non est futurꝫ in terra sed in celo. Preterea ad dignitatem iudicis pertinet ꝙ iudicandi ad eum accedant ⁊ nō econuerso. Sed xp̄s dignissimus iudex cuius locus est celum. ergo homines ascendent illuc vt ibi iudicentur non autem ipse in terram descendet hoīes iudicaturus. Preterea si iudicium sit in terra futurum precipue videtur ꝙ sit futurum in valle Josaphat vt habetur Joel. 3. Sed locus ille non posset tantam multitudinem hominum capere. ⁊ sic non est ibi futuruꝫ iudicium. g° in nullo loco terre. Sed contra est qđ dicitur. 2. ad Thes. 2. ꝙ xp̄s in iussu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei descendet de celo. ⁊ ita videt ꝙ iudicium in terra non in celo sit futurum. Preterea in iudicio cōparebunt non solum electi sed etiam reprobi qui habebunt corpora grossa ⁊ grauia. ⁊ sic non competit eis locus celestis sꝫ terrestris g° iudicium non est futurum in celo sed in terra. R.° dicenduꝫ ꝙ iudicium ordinatur ad retributionem premiorum. vnde sꝫ duplex p̄miuꝫ. s. aīe ⁊ corpis ē duplex iudiciuꝫ dei. vnuꝫ quo beatificat vel dānat hoīes quoad aīam. hoc iudicium ꝑ totū hoc tēpus agitur. Aliud ē iudiciuꝫ quo p̄miabunt vel punient hoīes etiaꝫ q̄tuꝫ ad corpa. ⁊ h° iudiciuꝫ fiet post resurrectionē in fine tēporis

Primum autem iudicium conuenit xp̄o ratione diuinitatis. sed secundum ratione humanitatis. quia sicut dicit Augu. super Jo. Uerbum dei viuificat animas. sed verbum caro factum viuificat corpora. vnde etiam Jo. 5. dicitur. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sic ergo vltimum iudicium est futurum in loco qui xp̄o competit ratione sue humanitatis scꝫ circa terram illam vbi natus est ⁊ passus. ⁊ reliqua humanitatis compleuit officia. propter quod dicitur ꝙ in valle Josaphat iudicium est futurum quia vallis illa subiacet monti oliueti vnde xp̄s ascēdit in celum vt sic ostendatur idem esse qui ascendit regnaturus ⁊ qui descendit iudicaturus secundum illud Actuum. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum ita veniet. Ad primum ergo dicendum ꝙ glo. illa loquitur de primo iudicio quod competit xp̄o ratione diuinitatis ratione cuius etiam celum ei ꝑ loco assignatur non ꝙ diuinitas loco claudatur sed quia in celo precipue inter ceteras corporeas creaturas apparent iudicia maiestatis diuine. vnde celum locus dei dicitur ⁊ sanctorum qui deo fruuntur. Ad secundum dicendum ꝙ accessum ad locum iudicis. i. ascensus in celuꝫ est premium quod ex iudicio reportatur vnde debet iudicium sequi non precedere. non autem ita se habꝫ ad iudicium humanum accessus ad locum iudicis ⁊ ideo non est simile. Ad tertium dicenduꝫ ꝙ in iudicio neqꝫ xp̄s neqꝫ electi erunt in terra sed solum reprobi. xp̄us enim ⁊ electi erunt in aere secundum illud. 1. ad Thes. 4. Rapiemur in nubibus obuiam xp̄o in aera. reprobi autem erunt non solum in valle illa sed in regione circumquaqꝫ. Unde xp̄m ⁊ electos videre poterunt tum ratione altitudinis tum ratione claritatis.

Articulus tertius

D tertium sic proceditur. Uidetur ꝙ species vini que remanent in sacramento altaris post consecrationeꝫ alii liquori commisceri non possint quia secundum phm̄ in. 1. de generatione miscibilia sunt in mixto potentia non actu. Si ergo illa species vini alteri liquori misceatur post mixtionem non remanebit illa species in actu. sed deficiente specie deficit esse corpus vl sanguis xp̄i Sed hoc est inconueniens quia secundum phm̄. que sunt miscibilia sunt etiam separabilia. ⁊ sic illa species alicui liquori admixta poterit iterum separari qua separatione facta erit ibi verum corpus xp̄i cum ea vel sanguis cum tam diu corpus vel sanguis xp̄i

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

sit sub specie quādiu species est. ꝛ sic sanguis xp̄i de nouo incipit esse sub specie vini alio modo ꝙ per consecrationem quod etiā est inconueniens. ergo ꝛ illud ex quo sequitur scilz ꝙ species vini post consecrationem alteri liquori misceatur. Sed contra. Forma mixti est forma accidentalis. Sed accidens superueniens nō corrumpit subiectum. ergo post mixtionem speciei cum aliquo liquore adhuc remanet ipsa species. ꝛ sic non sequitur inconueniēs predictum. ℟. dicendum ꝙ quidam dicunt illis speciebus posse admisceri nullo modo aliquem liquorem quin statim sub totis illis speciebus desinat esse sanguis xp̄i. ꝛ hoc ideo quia mutatis speciebus non remanet ibi veritas sanguis xp̄i per additionem enim cuiuscunqz liquoris fit alia quantitas que subsistit in illo sacramento aliis accidentibus. fit enim maior quantitas ꝛ sic non remanet ibi sanguis xp̄i. Sed hoc non videtur verum quia species que in sacramento post consecrationem remanent eodem modo corrumpuntur. ꝛ non aliter ꝙ accidisset de substantiis preexistentibus quorum species manent sicut ad sensum patet ꝙ interimantur ꝛ aliis modis transmutātur omnino sicut accidisset de substantia panis aut vini ante consecrationem. constat autem per admixtionem vnius guite aque non fuisset totum vinum destructum. vnde nec propter hoc tota species vini corrumpitur post cōsecrationez nec oportet si augetur quantitas ꝙ propter hoc fit ibi alia species. Nam ipsa additio non tollit essentiam dimensionis sed variat terminationem eius que quidem variatur non solum per additionem sed etiam per diuisionem. Unde si talis variatio sufficeret ad hoc ꝙ desineret esse sub speciebus corpus vl̄ sanguis xp̄i sequeretur ꝙ per diuisionem specierum similiter esse desineret quod patet esse falsum. ꝛ ideo dicendum ꝙ aliqua admixtio alterius liquoris facit vt totaliter desinat esse sanguis xp̄i sub speciebus ꝛ aliqua non sed solum sub parte specierum. Si enim esset substantia vini ibi si alius liquor in magna quantitate admisceretur totaliter illud vinum corrumperet vt desineret esse vinum si liquor admixtus esset alterius speciei vel desineret esse hoc vinum si esset eiusdem speciei. Si autem alius liquor in parua quantitate admisceretur non posset illius liquoris permixtio ad totum vinum peruenire sed ad aliquam partem eius quaz variaret vel secūdum speciem si esset alterius speciei quam per mixtionem non totaliter amitteretur. vel ſz̄ numerz si esset eiusdem speciei vel speciē suam per mixtionem totaliter amitteret sicut gutta aque proiecta in am

phoram vini. Sic ergo si speciei post consecrationem fieret tanta permixtio extranei liquoris que sufficeret ad totam substantiam vini corrumpendam si ibi esset desineret esse sanguis xp̄i sub totis speciebus. si autem non sit tanta permixtio desinit esse sub parte. Nam dato ꝙ ille liquor permixtus in speciem vini mutetur nō tamen conuertetur in sanguinem xp̄i. Ad primum ergo dō ꝙ facta per mixtionem speiciei cuz alio liquore non remanet species eadem vel secundum speciem vel secundum numerum vel secundū totum vel sc̄m partem. ꝛ sic sub toto vel sub parte non remanebit sanguis xp̄i sed substantia vini. nec etiaz facta separatione denuo erit ibi sanguis xp̄i qz miscibilia separantur a mixto non redeunt eadem numero sed eadem specie. Ad secundum qō in contrarium obiatur dō ꝙ forma mixtionis dupliciter potest intelligi. Uno modo forma per quaz corpus mixtum in specie collocatur. ꝛ sic est forma substantialis. per hunc enim moduz forma lapidis dicitur forma mixti. Alio modo dicit forma mixti qualitas quedam media resultans ex simplicibus qualitatibus cōmixtis. Cuz ergo dicitur ꝙ forma accidentalis substantiam non destruit possz dici ꝙ verum est tamen destruit accidentia. ꝛ sic species sacramentales que sunt accidentia post commixtionem non manent. Sed hec solutio non est secundum veritatē. Nam forma mixtionis cuz sit quedam qualitas media non permutat nisi simplices qualitates ex quibus componitur. species autem sacramentales non destruuntur quibuscunqz qualitatibus variatis qz si odor vini vel color mutaretur non propter hoc desineret ibi esse sanguis xp̄i. nisi dimensiones que ceteris accidentibus subsunt vicem substantie gerentes secundum essentiam destruerentur quod aliter accidere non potest ꝙ accideret de substantia vini si ibi esset. Et ideo aliter dicendum est ꝙ accidens non corrumpit subiectum effectiue sed disponiue. Posita.n. qualitate q̄ ē necessaria dispositio ad formā ignis. ſ. calore in sūmo remouet forma aer ſ. ꝛ sic posita media q̄litate q̄ ē necessitas ad formā mixti aufert forma corpis simplicis.

Articulus quartus

Deinde queritur de angelo vtruz duratio angeli habeat prius ꝛ posterius. videtur ꝙ sic. In eo.n. cuius duratio non hz prius ꝛ posterius idem ē esse ꝛ fuisse. Si gō in durationē angeli nō est prius ꝛ posterius idem erit angelum esse ꝛ fuisse. Sed hoc est impossibile quia deus potest facere ꝙ angelus non esset cum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

non possit facere q̄ non fuerit. ergo inconueniens est dicere q̄ in duratione angeli non sit prius ꝛ posterius. Preterea nullum creatum est infinitum in actu. Sed duratio angeli est infinita ex parte post. ergo non est tota simul in actu ꝛ ita est ibi prius ꝛ posteri⁹.

Preterea mensura debet esse proportionata mensurato. Sꝫ esse angeli est finitum in actu. ergo euum qđ est eius mensura est finitum ꝛ sic idem quod prius. Preterea ratio eternitatis in hoc perficitur q̄ est tota simul. quia secundum Boe. in .5. de consolatione eternitas est interminabilis vite tota simul ac perfecta possessio. Si ergo euum qđ est angeli duratio non habeat prius ꝛ posteri⁹ non videtur ab eternitate differre. Sed contra. Secundū philosophum in .4. phi. propter prius ꝛ posterius in motu est prius ꝛ posterius in tempore quod mensurat motum. Sed in esse angeli nō est aliquis motus nec illud esse aliquo modo motui subiacet ergo in euo quod est eius mensura nō est prius ꝛ posterius. Preterea tempus nihil aliud ē q̄ numerus prioris ꝛ posterioris. Si ergo in euo sit numerare prius ꝛ posterius euum nihil differt a tempore. Ꝛ⁹ dicendum q̄ de re aliqua possumus loqui dupliciter. Uno modo secundum q̄ est in rerum natura. Alio modo secundum q̄ est in consideratione nostra. Primo modo accipit substantia rei cum omnibus suis dispositionibus ꝛ operationib⁹ qꝛ sine his substantia non inuenitur in rerum natura. Sed secundo modo potest accipi substantia absqꝫ suis dispositionibus. qꝛ consideratio substantie non dependet a consideratione suarum dispositionum. Accipiendo g⁹ mensuram durationis secundū primum modum sic soli deo competit duratio que sit tota simul ꝛ non alicui creature eo q̄ solus deus est immutabilis quantus ad essentiam. ꝛ quantum ad omnia que circa essentiam considerari possunt quelibet autem creatura est variabilis vel secundum substantiam vel secundum aliquam dispositionem aut operationem. Et secundum hoc Aug. 21. q. ad Orosium ponit omnes creaturas esse in tempore etiam angelos. Sꝫ accipiendo mensuram durationis angeli secundo modo prout consideratur eius substantia absolute eius mensura est euum ꝛ non tempus. de quo quidem euo est duplex opinio. Quidam enim dicunt q̄ in euo est prius ꝛ posterius sed non sicut in tempore. In tempore nanqꝫ est prius ꝛ posterius cum innouatiōe. in euo autem sine innouatione. sed hoc non ē intelligibile. impossibile est enim esse alicuius durationis duas partes simul quarum vna alteraꝫ non includat. sicut mensis includit

dies. vnde simul est aliquid in die ꝛ in mense. Sꝫ duo dies ꝛ duo menses simul esse non possunt. Unde quandocūqꝫ in aliqua duratione ponuntur due partes quarum vna est prior ꝛ altera posterior oportet q̄ vna transeunte alia de nouo adueniat. ꝛ sic oportꝫ in omni duratione in qua est prius et posterius q̄ sit innouatio. mensura autem durationis innouationem habere non potest nisi illud quod per durationem mensuratur innouationē recipere possit. Esse autem angeli est absqꝫ innouatione. quia ex quo cepit esse immutabile perseverat cuꝫ nec in eo sit motus nec sit alicui motui subiectum. sicut esse rerum corruptibilium est subiectum motui celesti. Sic ergo si attribuatur mensura angelo quantum ad substātiam tantum illa non habet prius ꝛ posterius sic mensuratur eorꝫ esse euo. ꝛ similiter si attribuatur eis mensura durationis quantuꝫ ad essentialem operationem beatitudinis. sic enim sunt in participatione eternitatis. Si vero attribuatur eis mensura durationis ratione aliarum operationum vel affectionum sic eorum mensura habet prius ꝛ posterius. ita etiam mensurantur tempore secundum q̄ dicit Aug. 8. super Gen. ad litteram q̄ deus mouet creaturam spiritualem per tempus. Ad primum ergo dicendum q̄ rei eterne vel euiterne aliquid potest attribui dupliciter. Uno⁹ ratione sui ipsius. ꝛ sic non attribuitur ei neqꝫ fuisse neqꝫ futurꝫ esse. sed solus esse quia in preterito ꝛ futuro implicatur prius ꝛ posterius non autem in presenti. Alio modo ratione mensure adiacentis vel subiacentis. i. ratione temporis. ꝛ sic attribuitur ei fuisse per concomitantiam ad tempus preteritum ꝛ futurꝫ esse per concomitantiam ad tempus futurum. Ipsum enim momentuꝫ eternitatis adest toti tempori. Unde dicit Aug. de deo q̄ fuit qꝛ nunq̄ defuit. erit quia nunq̄ deerit. Sic ergo deus non potest facere angelum non fuisse quia non potest facere quin tempus preteritum simul cum esse angeli fuerit. potest autem facere angelum non esse quia potest facere vt esse angeli non sit simul cum tempore quod presens est nunc vt erit in futuro. ꝛ sic ista diuersitas magis dependet ex modo locutionis q̄ ex natura rei. Ad secundum dicendum q̄ infinitum dicitur dupliciter. Uno modo priuatiue. ꝛ sic nō attribuitur nisi his que habent extensionem vel quantitatem. hoc enim solum natum est habere finem. ꝛ ita euum nullo modo habet infinitatem. quia non habet aliquam extensionem nisi quatenꝰ extensio in eo consideratur ex operatione mensure subiacentis scꝫ temporis. ꝛ ita nullum creatum est infinitum in actu. Alio modo

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicitur infinitum negatiue.i.quia non habet finem.z sic indiui
bilia dicuntur infinita.vt punctus z vnitas quia non sunt finita
z hoc modo euum est infinitum quia scz non finitur. Sic autem
aliquod creatum esse secundum aliquid infinitum actu nihil pro
hibet. Ad tertium dō q per eundem modum est infinituz esse
angeli z euum. Ad quartum dicendum q inter eternitatem z
euum potest assignari triplex differentia. Quaz vna potest sumi
ex predictis.nam eternitas mensurat ipsam substantiam eterni se
cundum q est in rerum natura.i.cum omnibus que ei attribuun
tur.non autem euum vt dictum est.Alia sumitur ex hoc q eterni
tas mensurat esse per se stans.vnde eternitas est idem cuz substan
tia eterna.Euum autem mensurat esse creatuz quod non est per se
stans.qz est aliud a substantia entis creati. Tertia potest sumi ex
hoc q euum quāuis sit interminabile ex parte finis non tamē ex
parte principii.eternitas vero ex parte vtriusqz.

Deinde queritur de anima.Et primo quantum ad naturaz
Secundo quantum ad graciam.Tertio quantuz ad cul
pam.Quarto quantum ad gloriam. Circa naturalia anime que
situm est de eius substantia z de eius operatione. Circa substan
tiam quelita sunt duo. Primo vtrum anima sit sue potentie. Se
cundo vtrum secundum suam substantiam sit incorruptibilis.

Articulus quintus

Primum sic proceditur. Videtur q anima sit sue poten
tie.qz in li.de spiritu z anima dicitur q anima est quedā
sua scz potentie.quedam vero sua non est scz virtutes. Preterea
Aug.dicit in li.de tri.Qz memoria intelligentia z voluntas sunt
vna mens,vna vita.vna essentia.Sed hec tria secundum magi
strum.3.di.primi libri sententiarum sunt tres anime vires.g⁹ vi
res anime sunt ipsa eius essentia. Sed contra est q Dio⁹.xi.c.
ce.ierar.distinguit superiores substantias scz angelos in tria scilicz
substantiaz.virtutem z operationem. Sed angelus non est mino
ris simplicitatis q anima.ergo z in aīa sua subā non ē sua virtus
siue potentia. Preterea corum que sunt idem si vnum multiplice
tur z reliquum.Si ergo anima sit idem quod sue potentie videa
tur cum potentie sint multe q essentia anime vna esse non possit.

Rc.⁹ dicendum q de anima dupliciter loqui possumus. Uno
modo secundum q est quedam substantia et sic impossibile est q
anima sit sue potentie duplici ratione. Quaruz vna sumitur ex eo

quod est anime proprium.quia scz impossibile est vt idem secun
dum idem sit naturaliter principium pluriū z diuersorum nume
ro imo quasi oppositorum Anima autem secundum diuersas po
tentias inuenitur esse principium actuum diuersorum secundum
species z quasi oppositorum. Unde impossibile est q ipsa essen
tia anime que est vna sit immediatum horum principium. z ideo
oportet ponere in anima preter eius substantiam potentias natu
rales que sunt horum actuum immediata principia. Secūda ra
tio sumitur ex eo quod est commune anime z omni substantie cre
ate. In nulla enim substantia creata est idem esse z operatio. Hoc
enim solius dei est. Essentia autem est essendi principium.potētia
vero operationis.ergo cum ab vno naturaliter non sit nisi vnum
nulla substantia nisi diuina est sua potentia. Nec est instantia de
potentia materie etiam dato q sit sua essentia quia talis potētia
non est ad operationem sed ad esse. Alio modo possumus loqui
de anima secundum q est quoddam totum potentiale z sic diuer
se potentie sunt diuerse partes eius.z ita anima predicatur de po
tentiis.vel econuerso abusiua predicatione sicut totum integrale
de suis partibus vel ecōuerso quāuis minor sit abusio in toto po
tentiali q integrali quia totum potentiale secunduz suam subām
adest cuilibet pti ñ aūt integrali. Et p hoc pz solutio ad obiecta.

Articulus sextus

Secunduz sic proceditur. Videtur q aīa rationalis sit cor
ruptibilis qz secundum Dam. Nulla substantia potest esse
sine propria operatione. propria autē operatio anime rationalis ē
intelligere que indiget corpore cum non sit intelligere sine fantas
mate vt patet per phm.3.de anima.ergo destructo corpore substā
tie anime rationalis non manet. Preterea illud quod habet vir
tutem vt sit semper non inuenitur quandoqz esse z quandoqz nō
esse.omnis enim res est q diu virtus rei exposcit.ergo q inuenitur
quandoqz esse z quandoqz non esse non habet virtutē vt sit sem
per. Sed omne quod incepit esse inuenitur quandoqz esse z quā
doqz non esse.g⁹ nihil quod incepit esse habet virtutez vt sit sem
per.z ita nihil quod incepit esse potest esse incorruptibile. Sz ani
ma rationalis incepit esse.ergo nō potest esse incorruptibilis. Pre
terea bois compositu ex corpore z aīa ē q̄dāz esse.aut g⁹ pter b⁹
esse aīa bz aliud esse aut nō. Si bz aliud esse.g⁹ compositio aduenit
aīe post esse cpletum.g⁹ hmōi compositio est anime accidentalis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝛ sic homo non erit ens per se sed ens per accidens quod ē inconueniens. Si autē non habet aliud esse anima preter esse compositi. ergo postq̄ deficit esse compositi anima esse non potest. Sz in morte corporali deficit esse compositi. ergo anima post mortē corporis non remanet. Preterea anima est forma corporis aut g̃ per essentiam aut per aliquod accidens. Si per accidens sequit̄ q̄ compositio anime ꝛ corporis sit accidentalis sicut hominis ad indumentum. Si per essentiā. ergo cum forma inquantuz est forma non possit esse sine materia. videtur q̄ anima post mortem corporis remanere non possit. Sed contra est qđ pbūs dicit in. z. de anima. q̄ rationale separatur ab aliis sicut perpetuuz a corruptibili. Preterea pbūs in. 10. etbi. ostendit felicitatem contemplatiuam preeminere ciuili eo q̄ est diu turnior. Sed ciuilis durat vsq̄z ad mortem. ergo contemplatiua est etiam post mortez. ꝛ sic etiam anima post mortem corporis manet. Ad̃ dicendum q̄ necesse est ponere substantiam anime rationalis esse incorruptibilez Si enim corrumpitur aut corrumpitur per se aut per accidēs. Per se quidem corrumpi non possit nisi esset composita ex materia et forma contrarietatem habente quod esse non potest nisi esset elementum aut ex elementis vt antiqui phi posuerunt. quorum positiones in p̃o de anima reprobantur. Per accidens etiam corrumpi non potest nisi poneretur q̄ non haberet esse per se sed solū esse cuz alio. sicut est de aliis formis materialibus que proprie nō habent esse subsistens sed sunt per se ꝓpositorum subsistentium quoruz sūt partes. ꝛ sic per accidens corrumpuntur compositis corruptis. Hoc autem de anima rationali dici non potest. Nam q̄ non habet per se esse impossibile est q̄ per se operetur. vnde etiam alie forme non operantur sed composita per formas. Anima autez rationalis habet per se operationem quaz exercet nullo organo corporeo mediante sez intelligere vt probat pbūs. 3. de anima. Non enim posset omnium sensibiliuz formas cognoscere nisi ab omnibus formis sensibilibus esset denudata vel nisi esset actus omniū cum nihil recipiat quod iam habet. Oporteret ergo si anima per aliquod organum intelligeret q̄ suum organuz careret omni forma sensibili cuz omnes formas sensibiles sit nata intelligere. sicut pupilla caret omni colore ad hoc q̄ visus possit oēs colores cognoscere. Impossibile est autem esse aliquod organuz corporale carens omni forma sensibili. relinquitur ergo substantiaz anime intellectiue esse incorruptibilez. Unde ꝛ pbūs dicit in p̃o de anima

Qꝫ intellectus videtur esse substantia quedam et non corrumpi: hunc autem incorruptibilem intellectum quidaz ponunt extra homines esse potentes animam que est pars hominis corruptibilez fore cui ponunt intellectuz separatuz continuari dupliciter. Uno modo per illustrationem. ꝛ secundum eos qui ponunt intellectuz agentem separatum ꝛ incorruptibilem. Intellectum vero possibilem coniunctum corruptibilem. Alio modo per continuationem intellectus ad fantasmata secundum eos qui ponunt etiam intellectum possibilem esse separatum ꝛ incorruptibilem. sed primū horum esse non potest qz si in nobis non est aliqua virtus nisi materialis lumen intellect⁹ agentis non poterit in nobis recipi nisi materialiter cum receptum sit in recipiente per modum recipientis. et ita non recipietur modo intelligibili. ꝛ sic nos non poterimus esse intelligentes. similiter scō̃m esse non potest. nam fantasmata sunt in nobis per nostram operationem que sequitur esse substantiale quia sic homo non haberet esse specificum ex hoc q̄ est rationalis cum non sit rationalis nisi ex hoc q̄ intellectui ꝺiungitur. Restat ergo q̄ ipsa anima humana que est forma corporis sit incorruptibilis. Ad primum ergo dicendum q̄ anima indiget aliq⁹ corporali ad suam operationez dupliciter. Uno modo sicut organo per quod operatur sicut indiget oculo ad videndum. ꝛ sic ad intelligendum non indiget aliquo organo vt probatum est. Si autez sic indigeret organo ad intelligendum esset corruptibilis. vtpote non ponens per se operari. Alio modo anima ad operandum indiget aliquo corporali sicut obiecto sicut ad vidēdum indiget corpore colorato. ꝛ sic anima rationalis indiget ad intelligendū fantasmata quia fantasmata sunt vt sensibilia intellectiue anime vt dicitur in. 3. de anima. Operatio autez que sic indiget aliquo corporali a principio non potest sine corporali illo. potest aūt postea sicut anima sensitiua nullam operationem habere potest nisi prius moueatur a sensibilibus que sunt extra animaz. Sed preter ea remanet actus ymaginationis etiam sensibilibus abeuntibus. similiter destructis fantasmatibus operatio intellectiua in anima remanere potest. Ad secundum dicendum q̄ illa ratio est proba tio phi. in. 1. ce. ꝛ mundi. qui ostendit q̄ omne generatum est corruptibile ꝛ habet locum in illis que fiunt ꝛ corrumpuntur naturaliter in quibus ex defectu virtutis est q̄ non possunt nec semper fuisse nec semper fore. non autez habet locum in his que per creationem fiunt que accipiunt a deo virtutem vt sint semper per quaz

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CUERPOS USALES

esse nonpossiunt antes eam accipiant. Ad tertium dicendus q anima esse suum ꝯmunicat corpori qꝫ quidez ita acquirit ani me in corpore vt secundum ipsum subsistere possit quod non est de aliis formis. z sic ipsum esse anime sit esse compositi z tamē ma net composito destructo. Ad quartum dicendum q anima se cundum suam essentiam est forma corporis. nec destructo corpore destruitur anima id secundum q est forma. sed solum desinit esse forma in actu.

Einde queritur de operatione anime. Et circa hoc querunt duo. Primo vtrum anima intellectiua omnia que cognoscit cognoscat in prima veritate. Secundo vtrum anima separata a corpore habeat actus sensitiuarum potentiarum.

Articulus septimus

D primum sic procedit. Videtur q anima quicquid intelligit intelligat in prima veritate. Aug. enim dicit in li. cōfessi. Si ambo videmus id verum esse quod dico vbi queso videmus non ego in te nec tu in me sed ambo in ea que supra nos est incommutabili veritate. z sic omne verum quod anima ꝯgnoscit in prima veritate videt. Preterea verus addit supra ens manifestationem. ergo prima veritas est per quaz omnia manifestātur. Sz id quo aliud manifestatur oporteat esse maxime manifestum sicut patet in principiis demonstrationis z de luce corporali per quaz visus corpora videt. ergo prima veritas est maxime omnibus mentibus manifestata. et sic non solum per eam sed in eo omnia cognoscuntur. Sed contra. Multi de conclusionibꝰ demonstratiuis veram cognitionem habent qui de prima veritate nihil considerant. ergo non omne verum in prima veritate ꝯgnoscitur. Preterea Aug. dicit in li. ar. Qz nullus de prima veritate iudicat z nullus sine ea recte iudicat. z ita si ō ea non iudicatur non cognoscitur nec alia in ea. Rꝰ dicendum q sicut quedaz glo. supra illud ps. Diminute sunt veritates ꝛc. Ab vna prima veritate multe veritates in mentibus hominum resultant sicut ab vna facie hominis resultant multe facies in speculo fracto. hec autem resultatio veritatis est quantum ad duo. s. quantuz ad lūmē intellectuale de quo in ps. Signatuz ē sup nos lumen vultus tui dñe. z quantum ad prima principia naturaliter nota siue sint cōplexa siue incōplexa. Nihil aūt possumꝰ veritatis cognoscere nisi ex primis principiis z ex lumine intellectuali q ꝫitatē manifestare

nos possunt nisi secundum q sunt similitudo illius prime veritatis. qꝫ ex hoc etiam habent quandam immutabilitatem z infallibilitatē. Sic gꝰ in prima veritate secundum suam essentiam non omnia videntur a nobis in statu vie cum nec ipsa per suam essentiam a viatoribus videatur. sed in ipsa ratione siue ymaginis scz veritatis ab ea exemplate omnis veritas a nobis cognoscitur. Et exinde est q duo idem verum vident inquantum ab eadez prima veritate resultat exemplata veritas in mente vtriusqz. z ita intelligendum est dictum Augustini. Et sic patet solutio ad primum.

Ad secundum dicendus q operari aliquo siue mouere dicitur dupliciter. Uno modo sicut principio formali operationis vel motus. z sic non oportet q motio mouētis vel operatio operantis terminetur ad id quod operatur. Non enim ignis calefacit calorem quo calefacit. Alio modo sicut instrumento. z sic motio mouētis terminatur ad id quod mouet. sicut manus baculo mouet lapidē z baculum mouet. Id ergo quo cognoscimus sicut instrumento oportet esse nobis primo notum. z sic cognoscimus conclusiones per principia naturaliter nota ad que comparatur intellectꝰ agēs sicut ad instrumenta vt dicit ꝯmenta. in. z. de aīa. sed id quo cognoscimus sicut forma cognoscentis non oportet esse notum qz nec oculus videt lucem que est oculi compositione neqz speciem per quaz videt. z ita etiam non est necessarium vt quicunqz intelligit aliquid intelligat intellectum suum quo intelligit vel lumen intellectuale. Sic ergo veritas a prima veritatate in mentibus nostris exemplata a nobis partim cognoscitur vt de necessitate ad bꝰ q alia in ea cognoscantur scilz quantum ad ipsa principia. z partim non de necessitate cognoscitur scz quantum ad ipsum intellectuale lumen. Ipsa vero existens veritas a nobis per suam essentiam non videtur.

Articulus octauus

D octꝰ sic proceditur. Videt q aīa sepata actuz sensitiuarum potentiarꝫ habere possit. Lassio. n. dicit in li. ō aīa. Qz aīa sine corpore videt z audit z reliquis sensibus viget. Preterea Luce. 16. quedam dicuntur de diuite in infernum sepulto que sine actu sensuum esse non possunt. Sed constat q ibi erat tantuz anima diuitis sine corpore gꝰ aīa sine corpore operatōne sensuuz habere pōt. Preterea frustra ē potentia que nō reducit ad actū. Sz in aīa post mortē remanent potentie sensitiue. ergo z actus sensuum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CSIC DOS USALES

Sed contra. Sentire est operatio coniuncti. ergo destructo cõiuncto in anima separata remanere non possunt. R.º dicendũ ꝙ impossibile est in anima separata alicuius potentie sensitiue actum esse qđ sic patet. Operatio nanqꝫ potentie sensitiue eodẽ modo perficitur in homine ⁊ in bruto. eodem enim modo videt homo per oculum quo equus. Actus autem sensitiue potentie ĩ bruto non est ipsius anime sensitiue per se sed mediante organo. Si enim per se haberet operationem anima sensitiua in bruto per se haberet subsistentiam ⁊ sic esset incorruptibilis vt de anima rationali probatum est. Unde cum sit hoc inconueniens impossibile ẽ ꝙ in bruto vel in homine potentia sensitiua habeat aliquem actum proprium. sed omnis actus eius est coniuncti. vnde in anima separata remanere non potest. Quidam tamen dicunt animã sensitiuam habere duos actus. vnum quem exercet organo mediante qui post mortem non manet. alium quem per se ipsam agit. et hic manet post mortez. hoc autez videtur attestari opinioni Platonis de anima qui ponebat animam sensitiuam mouere seipsam ⁊ sic mouet corpus. ⁊ sic illa operatio qua mouebat se ipsam erat sibi propria. alia vero qua mouebat corpus erat coniuncti. ⁊ propter hoc Plato ponebat animas etiam brutorum esse incorruptibiles. Hoc enim de necessitate sequitur. quod tamen isti non concedunt. Ad primum ergo dicendum ꝙ sicut operationes voluntatis propter quandam similitudinez nominantur nominib⁹ passionum que sunt in appetitu sensitiuo ita etiam intellectus operationes nominantur ab operationibus sensuum propter similitudinem ⁊ sic loquitur Cassio. Ad secundum dicendum ꝙ illa verba que dicuntur de diuite oportet methaphorice intelligi vel secundum rerum similitudines ⁊ non secunduꝫ res ipsas vt Aug. dicit. Ad tertium dicendum ꝙ secundum quosdam in anima separata non manent potentie sensitiue actu sed in radice tantuꝫ. Si autem actu maneant non ideo frustra erunt quãuis actib⁹ careant. manent enim ad nature integritatem sicut membra generationis in resurgentibus corporibus.

Einde queritur de his que pertinent ad graciam. Et circa hoc queruntur tria. Primo de precepto honorationis parentum. Secundo de consilio quantum ad votum obedientie. Tertio de voto continentie.

Articulus nonus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ ille cuius pater non potest sustentari a filio nisi contrahendo accipiat dotez vnde patrem nutrire possit non teneatur contrahere vt patrem sustentet. Cum enim caritas sit ordinata plus aliquis tenetur sibi ꝙ patri. Sed laudabile esset si aliquis propter virginitatem seruandaꝫ se morti exponeret. ergo non tenetur aliquis pro seruanda patris vita matrimonium contrahere. Preterea preceptum non contrariatur consilio. Sed de virginitate seruanda est consilium vt patꝫ .1. ad Cor. 7. ergo per preceptum de honoratione parentum non obligatur aliquis ad hoc vñ virginitatem perdat. Sed cõtra Preceptum affirmatiuuꝫ obligat pro loco ⁊ tempore. Sed tẽpus de honoratione parentum est quando parentes indigent. g.º tunc obligatur aliquis ex tali precepto. ⁊ ita videtur ꝙ teneatur matrimoniuꝫ contrahere si alias patri subuenire non possit. R.º dicendum ꝙ casus propositus non videtur esse de facili possibilis. Uix eniꝫ contingere potest quin aliquis parentes sustentare non possit absqꝫ matrimonii contractu saltem manibus operando vl mendicando. Si tamen hoc contingeret esset idem iudicium de v̄ginitate seruanda in isto articulo ⁊ de aliis perfectionis operibus sicut est introitus in religionem. de quo quidam varie opinantur Dicunt enim aliqui ꝙ si aliquis habet patrem indigentem debet ei dimittere si quid habet ad eius sustentationez. ⁊ sic potest licite religionem intrare parentum curam patri celesti committens qui etiam aues pascit. Sed quia hec opinio nimis videtur aspera ideo melius videtur dicendum. ꝙ aut iste qui habet propositum intrãdi religionem videt se in seculo non posse viuere sine peccato mortali vel non de facili. Si timet sibi periculum peccati mortalis cũ magis teneatur saluti anime sue prouidere ꝙ corporali necessitati parentum non tenetur in seculo remanere. Si autez videt se posse in seculo conuersari absqꝫ peccato distinguendum videtur. quia si sine eius obsequio parentes nullo modo viuere possunt sic tenetur eis seruire ⁊ alia opera perfectõnis pretermittere ⁊ peccaret eos dimittens. Si vero sine eius obsequio possunt aliqualiter sustentari non autem honorifice. non propter hoc tenetur opera perfectionis dimittere. Secus autem est de illo qui iam religionem intrauit. quia cum iam sit mortuus mundo per professionem solut⁹ est a lege qua in mundanis obsequiis parẽtibus tenebatur secundũ doctrinam Apl̄i ad Ro. 7. In aliis aũt spũalibus puta orationibus ⁊ hmõi eis tenetur seruire. Et hoc ꝙ dictum est de introitu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USALES

religionis potest etiam de obseruantia virginitatis ꝛ de aliis operi bus perfectionis dici. Ad primum g⁹ dō q si aliquis nō esset virginitatem professus non deberet mou fame anteq̄ matrimoni um contraberet. Ad ꝛᵐ dō q preceptum contrariari consilio nihil prohibet in casu.

Articulus decimus

D secundum sic proceditur. Uidetur q religiosus qui emi sit votum obedientie tenetur in omnibus prelato obedire etiam in indifferentibus. qz per votum castitatis religiosus oī cō cupitu renunciat. ergo per votum obedientie abrenunciat pro prie voluntati quantum ad omnia. Preterea beatus Benedict⁹ dicit in regula. q etiam si prelatus impossibile iubeat tēptandum est. g⁹ multo magis in indifferentibus obedire tenetur. Preterea votum obedientie ad statum perfectionis pertinet. hoc autez non esset si non teneretur obedire nisi de his que in regula continētur qz quilibet subditus etiam secularis tenetur suo prelato obedire in aliquibus que pertinent ad ius sue prelationis. g⁹ videtur q religiosus teneatur simpliciter in omnibus obedire. Sed contra Religiosus non tenetur ad plura q̄ secularis nisi quatenus se p votum obligauit. Sed per votū professionis non se obligauit ad obediendum nisi secundum regulam. g⁹ in pluribus obedire nō tenetur q̄ que sunt secundum regulam. Preterea Bern. dicit in li. de dispen. ꝛ precepto. Nihil precipiat mihi prelatus eoꝛ q̄ non promisi. nihil prohibeo eoꝛ que promisi. Rᵒ dicendum q circa hoc partim conueniunt omnes ꝛ partim adinuicez dissentiunt Qz enim religiosus non teneatur prelato obedire in his que sunt contra deum vel contra regulam vel quantum ad ea in quib⁹ prelatis dispensatio non committitur omnes communiter dicūt. Qz etiam in his que sunt artiora q̄ regula obedire non teneatur sed sic obedire si obedientie perfecte vt ab omnibus dicitur. Sed circa indifferentia vel ea que sunt infra artitudinez regule aut equalia regule sunt due opiniones quibusdaz dicentibus q obedire in hmōi est de necessitate obedientie. aliis aūt q non est de necessitate obedientie sed de perfectione. Que quidē due opi. ꝛ si multum differre videantur quantuz ad vocem tñ quantum ad rem paruz vel nihil differre inueniuntur. nam ad regulaz pertinere intelligē da sunt non solum ea que sunt expresse in regula sz etiam illa que quocunqz modo ad regulam reducuntur. vtpote que pertinēt ad obsequiuz fraterne societatis ꝛ ad punitionē culpaꝛ ad que duo

fere omnia hmōi indifferentia possunt reduci. Si tamen aliqua sunt que nullatenus ad regulaz reducūtur videtur esse verior opi nio q obedire in hmōi non sit de necessitate obedientie sed ō perfectione vt Bern. manifeste dicit in li. de preceptis ꝛ dispensationi bus. ꝛ hoc iō qz obedientia non se extendit vltra potestatē vl⁹ius prelationis que quidē sz⁹ regulam limitatur. Ad primuz g⁹ dō q votum ꝺtinentie respicit speciale genus actus. sed votū obedientie respicit generaliter omnes actus. vnde nisi determinaretur eius generalitas esset religionum confusio qz omnes ad idem tenerentur. Ad ꝛᵐ dicendum q loquitur quantum ad perfectionem obedientie. Ad tertium dicendum q per votum obedientie supponitur religiosus prelato suo quantum ad generalem dispositionem vite sue licet non quantum ad omnes actus particulares. secularis autem suo prelato obedire tenetur quantuz ad aliquos act⁹ speciales nō ꝑtuz ad generalē dispositionē vite sue.

Articulus vndecimus

D tertium sic proceditur. Uidetur q post votum simplex castitatis aliquis matrimonium contrahens nec reddere ō bitum nec exigere possit quia apud deum non minus obligat votum simplex q̄ solemne vt canon dicit. Sed post votum solemne emissum aliquis nec petere debitum nec reddere. g⁹ nec post emissionem simplicis voti. Preterea per peccatum nullus excusatur a peccato. Sed iste qui contrahit post votum simplex peccat quando primo debitum reddit quia adhuc potest votum implere religionem intrando. ergo postq̄ semel reddidit adhuc peccat vel reddendo vel exigendo. Sed contra. Ecclesia non cogit aliquos ad peccandum. Cogit autem reddere debitum etiam post votuz simplex castitatis. ergo reddendo debitum non peccat. Rᵒ dicendum q quantum ad redditionez debiti omnes conueniunt q post simplex votum continentie tenetur reddere debitum. quia votum simplex matrimonium contractuz non dirimit. ꝛ ex quo matrimonium est contractum vir non habet potestatem corporis sui sed mulier. vnde tenetur mulier debitum reddere. sed circa petitionem debiti quidaz dicunt q cū q̄tum ad hoc sit in sua libertate tenet adhuc votū implere. ꝛ ita peccat debitū petēdo. Alii vo dicunt q si p signa appareat q mulier velit sibi debituz reddi q̄uis ipa petere erubescat q vir petere debz etiaz post votū simplex. ꝛ p cipue si timeat vxoris de lapsu. sed hoc in idem redit cum primo.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Nam hoc est ex parte vxoris quedam interpretatiua petitio vt sic vir petendo reddit. vnde nō efficitur ex parte vxoris grauius matrimonium quod esset si semper eam expresse petere oporteret.

Ad primum ergo dicendum q̄ vtriusq3 voti trāsgressio inducit reatum peccati mortalis ex hoc q̄ vtrumq3 equaliter obligat apud deum. sed quantum ad impedimentum matrimonii nō habet vtriūq3 equalem efficaciam. Nam per votum solemne transfert se vouens quasi in corporale obsequium ipsius dei per susceptionem ordinis vel introitum religionis. quod autem aliquis semel vni dedit non potest postmodum alteri dare. z ideo post votum solemne non potest aliquis se tradere in potestatem vxoris matrimoniuz contrahendo sed in voto simplici est sola promissio Qui autem aliquid alicui promittit potest idē alteri dare licet fidem promissionis non seruet. z ideo ille qui simplex votum emittit potest postmodum matrimonium contrahere licet peccet quia priorem fidem irritam facit. Ad secundum dicendum q̄ primus concubitus non excusat sequentes quibus debitum reddit a peccato inquantum est peccatum sed inquantum est actus quidam matrimonii consummatiuus.

Einde queritur de bis que pertinēt ad culpam. Et primo quantum ad culpam que contrariatur bonis moribus. Secundo quantum ad culpam que contrariatur recte fidei. Circa primum queruntur tria. Primo de acceptione personaruz. Secundo de peccato infamie. Tertio de preciositate vestium.

Articulus duodecimus

D primum sic proceditur. Videtur q̄ qui honorat diuites propter diuicias peccat. Ita enim dicit glo. Jaco. z. Si introierit in conuentu vestro ꝛc. Mundus pauperem abicit diuitem colit. fides xp̄i econtra docet facere contra fidem xp̄i peccatū est. ergo honorare diuitem propter diuicias est peccatum. Preterea honor secundum phm̄ in primo ethi. debetur rebus diuinis. Sed in diuite non est aliquod diuinum propter diuicias. g̊ non debetur ei honor propter diuicias. Preterea ex verbis phi in p̊ ethi. colligitur q̄ honor est exhibitio reuerentie in testimoniuz virtutis. Sed aliq̄ diues non est virtuosus. Cum g̊ falsuz testimoniuz sit esse peccatuz qđ non debet fieri propter scandaluz vitanduz videtur q̄ nec etiam cā vitandi scandali diues debeat ppter diuicias honorari. Sz ꝯtra ē glo. Aug. Jaco. z. sup illud. Si introierit ꝛc. In quottidianis ꝯfessionib9 qui p̄fert diuitē pauperi

non in hoc peccat nisi intus ita iudicet vt quanto ditior tanto melior videatur. sed non semper aliquis huiusmodi exterioribus bonoribus diuitem honorans eum propter hoc iudicat meliorem. ergo non semper peccat. R.o dicendum q̄ accipere personaz differt contra accipere causam. Accipere enim causam est iudicium formare ex aliquo qđ facit ad causam qđ laudabile est. Accipere vero personam est formare iudiciuz ex aliqua conditione persone que non facit ad causam qđ vitium est. Uñ contingit q̄ ex eadē conditione persone considerata qñq3 fit iudiciuz iustuz qñq3 est acceptio personaꝝ. sicut si in aliqua controuersia detur sententia pro aliquo qr est litteratior erit acceptio personaꝝ. Si autē ex hac consideratione in licenciando ad magisteriuz aliis preferatur nō erit acceptio personarum. Si ergo aliquis honor diuiti exhibeatur propter causas ad quas diuicie aliquid faciunt nō erit acceptio personaꝝ. erit autem si ad hoc nihil diuicie operentur. Est aūt duplex honor. vnus qui debetur alicui ratione sui ipsius propter ipsam virtutem sicut est ꝛmendatio. inuitatio z hmōi.. z ad hunc honorem diuicie nihil faciunt. Unđ si talis honor alicui propter diuicias exhibeatur erit acceptio personaruz. vnde dicit maximus Ualerius q̄ honores qui virtuti debentur sicut triūphi z alia huiusmodi apud romanos antiquos nulla pecunia emi poterant. Alius honor alicui debetur secundum statum quem habet in republica. sic enim in persona respublica honoratur z propter h̊ reges z principes z hmōi persone honorantur secunduz illud. 1. Petri. 4. Regem honorificate. Et qr in terrena republica diuites statum obtinent altiorez ideo ciues celestis irm̄ quasi in Babilonia peregrinantes debent eis inter quos conuersantur morem gerere vt Aug. dicit in li. de ci. dei. In bis que non sunt contra deum et sic etiam diuites honorare illis tumtaxat honoribus qui ad exteriorem conuictum pertinent licitum est. Ad primum ergo dicendum q̄ in bis que ad fidem xp̄i pertinent peccatum esset diuites pauperibus preferre. sicut sunt ministrationes sacramentorum z alia huiusmodi. sed in bis que mundi conuictus requrit oportet mundo gerere morem. Ad secundum dicendum q̄ etiaz diuicie inquantum sunt quoddam bonum sunt aliquid diuinū. precipue inquantum prebent facultatē ad multa bñ agēda. Ad 3m dđ q̄ rō illa procedit de honore qui exhibet alicui rōe sui ipsi9

Articulus decimustertius

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ aliquis peccat infamiam non repellendo. Crudelis eniz esse dicitur qui famā suam negligit. Sed crudelitas peccatum est. ergo peccatum est infamie non resistere. Preterea Eccl. 17. dicitur. Unicuiqz mandauit deus de proximo suo vt scz ei prosit exemplo ⁊ verbo. Sed hꝰ impeditur per infamiaz. ergo quilibet tenetur repellere infamiam

Sed contra est ꝙ contēnere infamiam videtur eē actus humilitatis. Unde in vitas patrum legitur de multis sanctis patribus q̄ proprias infamias sustinebant eas non repellentes. ergo non est peccatum. Rꝰ dicendum ꝙ vtrūqz scz ⁊ contemptus fame ⁊ appetitus potest esse laudabile ⁊ viciosum. fama enim non est necessaria homini propter se ipsum sed propter proximum edificandum. Appetere ergo famam propter proximuz caritatis est. appetere vero propter se ipsum ad inanem gloriam pertinet. Econuerso contemptus fame ratione sui ipsius humilitatis ē. ratione vero proximi ignauia ⁊ crudelitas. Illi gꝰ quibus incumbit ex officio vel ex statu perfectionis aliorum saluti prouidere peccant nisi infamiam propriam iuxta posse repellant. Alii vero quibus magis custodia sue proprie salutis imminet possunt sue humilitati prouidentes famam vel infamiam contemnere. Sed cum infamia dupliciter repellatur scz occasionem subtrahendo ⁊ linguas detrahēcium compescendo. primo modo omnes tenentur infamiam vitare alias sine scandalo actiuo transiri non posset qđ semper peccatum est. sed secundo modo non tenentur. nisi quatenus debet aliquis saluti proximorum prouidere. et hoc est qđ Grego. dicit. 9. omel. super Ezech. Linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare vt ipsi pereant. ita per suam maliciam excitatas debemus equanimiter tollerare vt nobis meritum crescat. aliquādo etiam compescere nedum de nobis mala disseminant eorum qui nos ad bona audire poterant corda innocentium corrūpant ⁊ infra. Ui etenim quorum vita in exemplum imitationis est posita debent si possunt detrahentium sibi verba compescere ne eorꝫ predicationem non audiant qui audire poterant. ⁊ in prauis moribus remanētes bene viuere cōtēnant. ex his pz solo ad obiecta.

Articulus decimusquartus

D tertium sic proceditur. Uidetur ꝙ vti preciosis vestibus semper sit peccatum. Omne enim quod fit propter vanam gloriam peccatuz est. Sed preciosa vestimenta non portantur nisi

ad inanam gloriaz. vñ Grego. in omel. de diuite epulone. Nemo quippe vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit videlicet vt honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria preciosum vestimentum queritur ipsa res testatur ꝙ nemo vult ibi preciosis vestibus indui vbi ab aliis non possit videri. ergo vsus preciosarum vestium semper est peccatuz. Preterea .1. ad Thi. 6. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti simus. glo. Quod amplius est a molo est. Sed preciositas vestium est amplius. ergo est peccatum. Sed contra est quod Seneca dicit ad quandam reginam. Indue te delicate non propter te sed ne dignitas regia vilescat. Preterea. 1. ad Thi. 2. Non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste preciosa. glo. vltra modum suum. Et ita si aliquis preciosis vestibus secundū modum suum vtatur non peccat. Rꝰ dicendum ꝙ aliter est hic loquendum de persona publica ⁊ de persona priuata. Nam in persona publica cōsideratur ⁊ status dignitatis ⁊ proprie persone cōditi. circa que duo ita se debet habere vt dignitatis auctoritas veniat in contemptum ⁊ ne ipse in superbiaz efferatur. Utrūqz ergo potest esse laudabile ⁊ ꝙ preciosis vtatur ad reuerentiam auctoritatis inducendam ⁊ ꝙ vilibus vtatur ratione proprie humilitatis ita dumtaxat ne que ad auctoritatem conseruandum fiunt in superbiam degenerent. ⁊ ne dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur auctoritas sicut Aug. dicit. Et hac ratione laudabiliter sacerdos in diuino officio preciosis vtitur indumentis ad reuerentiam diuini cultus. ⁊ laudabiliter ab hmōi propter humilitatē in quibusdam religionibus abstinetur. In eo autez qui est priuata persona virtuosum est si propter propriam humilitatem abiectioribus indumentis vtatur etiam ꝙ status proprius requirat. vnde Grego. dicit in omel predicta. Si abiectio preciosi indumenti virtus non esset euangelista de Johanne vigilanter non diceret. Erat indutus pilis camelorum. Licitum est autem vt secundū modum proprie persone preciosis vtatur. sed peccatum est si propriuz modum excedat. Et quia preciosum dicitur relatiue sicut et magnum cum id quod est preciosum vni non sit alteri preciosum preciositas vestium semper sonat in excessum proprii modi. et secundum hoc semper est peccatum preciosis vestibus vti. Et sic loquitur Grego. Unde patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum ꝙ in alimento ⁊ tegimento intelligunt omnia que nobis sunt necessaria conueniunt nostri status.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USALES

Einde queritur de culpa que ꝯtrariatur recte fidei. Et circa hoc q̃runtur duo. Primo vtꝝ hereticis sit ꝯmunicandum Secundo vtꝝ redeuntes ad ecclesiam sint recipiendi.

Articulus decimusquintus

D primum sic proceditur. Uidetur ꝙ hereticis sit ꝯmunicandum. Dicitur enim Math. 13. in parabola de zizania: ꝙ paterfamilias dixit messoribus. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem. messis autem est consummatio seculi vt ibidem dicitur. Cum ergo per zizania intelligantur heretici videtur ꝙ heretici nõ sint a ꝯmunione fideliuꝫ separandi ante diem iudicii. Preterea videtur contra hoc domini preceptum facere principes hereticos interficientes. Sed contra est qđ dicitur. 2. ad Cor. 6. Exite đ medio eorum ⁊ separamini ⁊ loquitur de infidelibus. qđ patet ex hoc qđ premiserat. Nolite ducere iugum cuꝫ infidelibus. ergo hereticis non est ꝯmunicandum. R.º dicendum ꝙ hereticis communicandum non est duplici ratione. Una est ratione excõmunicationis. Nam cum sint excõmunicati non est eis ꝯmunicandum sicut nec cum aliis excõmunicatis. Alia est ratio heresis. Primo propter periculum ne eorum conuersatio alios corrũpat secunduꝫ illud. 1. ad Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua: Secundo etiam ne videamur eorum peruerse doctrine aliquez assensum prestare. Unde in. 2 canonica Jo. dicitur. Si quis veniat ad vos ⁊ hanc doctrinam non habet nolite eum in domuꝫ ducere nec aue ei dixeritis. qui enim dicit ei aue ꝯmunicat operibus eius malignis. vbi dicit glo. Secundum ꝙ vox est instituta ꝯmunionẽ esse ostendit cum illo alioquin simulatio est que in xp̃ianis esse ñ debet. Tertio ne ex nostra familiaritate aliis detur occasio erroris Unde ibidem dicit alia glo. Et si vos forte decepti non estis alii forsitan per talem vestram familiaritatem possent decipi qui crederent illos placare vobis ⁊ sic crederent illis. vnde alia glo. ibidem dicit. Tanta apl̃i atqꝫ eorum discipuli in religione cautela vtebantur vt nec verbi quidem ꝯmunionem cum aliquo eorum quia veritate declinauerant habere paterentur. Hoc tamen intelligendum est nisi cum aliquo loqueremur de eius salute. Ad primum ergo dicendum ꝙ in illo precepto patrisfamilias duplex conditio intelligitur. Una est vt exponatur preceptum de vniuersali separatione maloꝝ a bonis. et hoc accipitur ex ipsa questione messorum qui dicunt. Uis imus ⁊ colligimus ea. hoc eniꝫ nõ erit vsqꝫ ad diez iudicii. Secunda conditio est vt intelligatur precep

tum qñ mali sine periculo bonoꝝ extirpari non possunt. Et hº patet ex responsione patrisfamilias qui dixit. ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis ⁊ triticum. Quod quidem tribus modis contingere posset. Unoº si aliquis prescinderetur anteq̃ de eius malicia constaret. vnde dicit glo. ꝙ monet dñs ne ambigue iudicemus. Secundo si non esse in malicia obstinatus. vnde nullus excõmunicatur nisi propter ꝯtumaciaꝫ. vnde dicit glo. ibidem. Monemur non cito amputare qꝛ qui hodie errat forte cras defendet veritatem. Et Thi. vl. dicitur. Hereticum hominez post primam ⁊ secundam correptionez deuita. Tertio si simul boni cũ malis inuoluantur propter qđ dicit ibi glo. Aug. Qꝛ multitudo non est excõmunicanda nec principes populi. Istis autem remotis debent mali prescindi secundum illud. 1. Cor. 6. Auferte malum ex vobis. ⁊ per hoc patet solutio ad secundum.

Articulus decimussextus

D secundum sic proceditur. Uidetur ꝙ heretici redeuntes ad ecclesiam non sint recipiendi qꝛ peccauerunt ꝯtra fidez que est ecclesie fundamentum. Et ideo in edificatione ecclesie nõ debent super edificari. ergo non debent ab ecclesia recipi. Sꝫ cõtra est ꝙ ecclesia nulli debet claudere gremium sicut xp̃us qui de se dicit. Eum qui venit ad me non eiciam foras. Jo. 6. R.º dicendum ꝙ quãdiu huius vite status durat homo non potest esse totaliter in peccato obstinatus. Hoc enim erit in damnatis post mortem. et ideo quãdiu in hac vita viuitur cuilibet relinquit̃ locus penitentie ⁊ quilibet quantumcũqꝫ deliquerit vel in fide vel in moribus est ab ecclesia recipiendus ad penitentiam. ⁊ ꝯtrariuꝫ dicere est heresis nouatianorum: sed tamen non est necessarium ꝙ semper ad dignitatem recipiantur nisi cum aliquibus misericorditer dispensaretur precipue propter bonum pacis vel propter fructum alium qui inde speretur. Ad primum ergo dicendum ꝙ quãdiu fundamentum fidei non habet ab ecclesia recipi ñ debet sed post q̃ conuersus incipit habere recipiendus est.

Articulus decimusseptimus

Einde queritur de hoc qđ pertinet ad gloriam scꝫ de visione dei in patria scꝫ vtꝝ aliquis intellectus creatus possit videre deum per essentiam. Et videtur ꝙ non. Intellectus ad intelligibile est aliqua proportio. Sed intellectus creati ad diuinaꝫ essentiam nulla est proportio cuꝫ distent in infinitum. gº intellectꝰ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

creatus diuinam essentiam videre non potest. Preterea pl⁹ distat spiritus increatus ab intellectu creato q̄ spiritus creatus a sensu. Sed sensus non potest cognoscere spiritum creatum. ergo nec intellectus creatus spiritum increatum. Sed contra est Exo. 33. super illud. Non videbit me homo ⁊ viuet. dicit glo. Grego. Fuere nonnulli qui deum dicerent etiam in illa regione dissimilitudinis in claritate sua conspici sed in natura minime videri quos nimirum minor inquisitionis subtilitas fefellit. Neq3 enim illi simplici ⁊ incommutabili essentie aliud est claritas aliud est natura. sed ipsa ei natura claritas ipsa claritas natura ē. ⁊ ita essentia dei videbitur a beatis. R.º dicendum q̄ necesse est ponere diuinam essentiam videri a beatis. Beatitudo enim est vltima perfectio rationalis nature. nihil autem est finaliter perfectum nisi attingat ad suum principium secundum modum suum. quod ideo dico quia ad principium quod est deus attingit aliquid dupliciter. Uno modo per similitudinem quod est commune omni creature que tantum habet defectione quantum consequitur de diuina similitudine. Alio modo per operationem vt pretermittatur ille modus qui est xp̄o singularis sc3 in vnitate persone. Dico autem per operationem inquantum rationalis creatura cognoscit ⁊ amat deum. ⁊ quia anima immediate facta est a deo id̄o beata esse non poterit nisi immediate videat deum sc3 absq3 medio qd̄ sit similitudo rei cognite. sicut species visibilis in pupilla vel ī speculo non autem absq3 medio quod est lumen confortans intellectum qd̄ est lumen glorie de quo in p̄s. dicitur. In lumine tuo videbimus lumen. Hoc autem est per essentiam deum videre. Und̄ in hoc ponimus beatitudinem rationalis creature q̄ deum per essentia3 videbit. sicut phī qui posuerunt animas nostras fluere ab intelligentia agente. posuerunt vltima3 felicitatem hominis in cōtinuationem intellectus nostri ad ipsam. Ad primum ergo dicendum q̄ proportio dupliciter dicitur. Uno modo proprie secūdum q̄ importat quendam determinatum excessum. ⁊ sic proportio requiritur inter intellectum et intelligibile ad hoc q̄ sit cognitio cum comprehensione qualiter diuina essentia nunq̄ videbitur ab intellectu creato. Alio modo dicitur communiter pro qualib3 beatitudine. ⁊ sic infinitum potest habere proportionem ad finitū si sit perfectio eius vel aliquam huiusmodi habitudinem habeat ad ipsum. ⁊ talis proportio sufficit ad hoc q̄ intellectus noster videat diuinam essentia3 attingendo non comprehendo. Ad secundum dicendum q̄ obiectio illa procedit de distantia scd̄m proprietatem nature non solum s3ᵒ rōnem cognitionis. Nā spūs creatus non est sensibilis sed spūs increatus est intelligibilis.

Incipit quodlibet vndecimum
Articulus primus

Uesitum fuit de deo de angelis ⁊ de hominibus. De deo vero quesitum fuit de immensitate ipsius de cognitione eius ⁊ de predestinatione. Circa immensitatem vero dei quesitum fuit vtrum solius dei sit proprium esse vbiq3. Ostendebatur q̄ non. Numerus enim est in rebus numeratis Sed constat q̄ omnes partes vniuersi sunt numerate. ergo numerus est in omnibus partibus vniuersi et sic videtur q̄ sit vbiq3. Non est ergo solius dei proprium esse vbiq3. Preterea vniuersale est quod est vbiq3 ⁊ semper. Sed vniuersale non est hoc quod deus. ergo non est proprium solius dei esse vbiq3 ⁊ semper. Preterea substantia spiritualis excedit corporalem. Sed hoc quod dicitur esse vbiq3 pertinet ad substantiam corporalem quia in solis corporalibus est proprie assignare locum. ergo multo magis esse vbiq3 pertinet ad substantias spirituales ⁊ sic videtur q̄ non sit solius dei proprium. Preterea ad commendationem terreni regis pertinet q̄ possit gubernare etiam in absentia sua regnum. S3 deus est commendabilior omni rege. ergo videtur q̄ etiam competat sibi ad suam commendationem q̄ gubernet totum mundum vel aliquas partes in absentia sua per prouidentiam et sic nō videtur q̄ sit dei proprium esse vbiq3. Preterea constat q̄ quedam dicuntur deo esse propinqua et quedam remota. et quanto magis sunt remota tanto magis sunt corruptibilia. Non aūt possent dici aliqua propinqua ⁊ aliqua remota deo si deus esset vbiq3. ergo videtur q̄ deus non sit vbiq3. Preterea dato q̄ tota machina mundialis esset vnum corpus continuum constat q̄ illud corpus esset vbiq3. Non ergo est solius dei proprium esse vbiq3. Contra. Ambrosius probat spiritum sanctum esse deum quia est vbiq3. Sed si esse vbiq3 non esset solius dei proprium ratio sua non valeret. Cum ergo ratio huiusmodi valeat videtur q̄ sit solius dei proprium esse vbiq3. R.º dd̄ q̄ spiritualia dicuntur esse in loco non quidem per contactum magnitudinis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

sed virtutis. ⁊ ideo secundum rationem virtutis cuiuslibet rei spi-
ritualis oportet nos loqui de loco in quo est. virtus autez dei est
infinita que quidem infinitas apparet quantuz ad duo. Primo
qꝛ non solum excedit creaturas que sunt fuerunt ⁊ erunt sed etiaz
omnes que possunt ymaginari. ergo deus non soluz est in illis q̃
sunt fuerunt ⁊ erunt sed etiam in illis que possunt ymaginari esse
Secũdo qꝛ virtus dei simul ⁊ semel in omnibus operatur ⁊ in sin
gulis secundum proprium modum rerum. ⁊ ideo esse vbiqz pro-
prie acceptum soli deo competit. aliis autem rebus competit esse
vbiqz ĩproprie. Unde distinguitur modus quo deus est vbiqz. ⁊
quo alie res quibus aliquo modo ꝯpetit esse vbiqz. Nam hmõi
dicuntur esse vbiqz qꝛ sunt tantum in his que sunt ⁊ presentia sũt
deus autem non solum in his que sunt sed etiam in ymaginatis
⁊ in preteritis ⁊ futuris. Item alie res non sunt vbiqz sicut in loco
vno sed sicut in diuersis locis. sed deus ita est vbiqz ꝙ est in quo
libet ⁊ in toto qꝛ eius virtus habet efficaciam non soluz in id qđ
est ꝯmune vniuerso sed etiam in id qđ est proprium vnicuiqz rei
particulari. Et ideo est in omnibus sicut in vno loco ⁊ sicut in plu
ribus qđ est proprie esse vbiqz. vnde cum hoc modo solus deus
sit vbiqz solius dei est proprium esse vbiqz. Ad primuz ergo
dđ ꝙ numerus nõ est in rebus numeratis sicut in loco sed sicut ac
cidens in subiecto. Preterea vnus numerus licet sit in omnib⁹ nu
meratis sicut vnica essentia non tamen est in qualibet parte. quia
non quelibet pars numeratur eodem numero. Item numer⁹ non
est omnino vnus sed multitudo quedam. Deus autez est in reb⁹
per virtutem suam ⁊ in singulis operatur vt dictum est. Ad se
cundum dicendum ꝙ vniuersale dicitur esse vbiqz ⁊ semper magꝭ
per remotionẽ ꝙ̃ per positionẽ. Non enim dicitur vbiqz esse ⁊ sem
per eo ꝙ sit in omni loco et in omni tempore sed qꝛ abstrahit ab
his que determinant locum ⁊ tẽpus determinatum. ⁊ preterea vni
uersalia non sunt subsistentia. Ad tertiuz dđ ꝙ substantia spi
ritualis excedit corporalem excessu dignitatis nature sed nõ in vir
tute agendi ĩmo videmus ꝙ multe substantie spirituales habent
determinata corpora in quibus agant sicut anima rationalis cor
pus humanum. Ad quartum dđ ꝙ non esse vbiqz per totũ
regnum est ex defectu regis terreni propter circumscriptionem sue
substantie. Deus autem cum sit in circumscriptus est vbiqz ⁊ tñ si
non esset vbiqz nihilominus gubernaret omnia prouidentia sua
Unde in rege terreno non esse presens est ad defectum sed ꝙ gu-
bernet in absentia est ad ꝯmendationem. deus autem ⁊ vbiqz est

⁊ omnia gubernat. Ad quintum dicenduz ꝙ hmõi distantia
⁊ propinquitas creaturarum ad deum non est secundum locum
sed secundum similitudinem ⁊ dissimilitudinez. Nam illa que ma
gis assimilantur deo dicimus esse sibi propinquiora. que vero ma
gis recedunt a similitudine ipsius dicimus esse sibi remotiora.
Ad sextum dđ ꝙ dato ꝙ tota machina mundialis esset vnum
corpus continuuz non tamẽ propter hoc posset ymaginari ꝙ esset
vbiqz sed in vno loco tantum quia totum illud in quo esset acci-
peretur pro vno loco ⁊ sic nõ attingeret quodlibet particulare qđ
esse vbiqz complectitur in sua ratione.

Articulus secundus

Irca cognitionem vero dei querebatur vtꝝ deus cognoscat
malum per bonum. et videtur ꝙ non qꝛ cognoscere vnum
per aliud pertinet ad defectum cognitionis. sed in diuina cogniti
one nullus potest esse defectus. g° videtur ꝙ deus non cognoscat
malum per bonum. Preterea cognoscere vnum per aliud ẽ in
cognoscendo discurrere. Sed in diuina cognitione non est discur-
sus. ergo cum cognoscere malum per bonum sit cognoscere vnum
per aliud videtur ꝙ deus non cognoscat malum per bonũ. Pre
terea quicquid deus cognoscit cognoscit per essentiam suam. Sz
malum nec est effectus diuine essentie neqz est ei oppositum vt di
cit Aug⁹. g° videtur ꝙ deus non cognoscat malum per bonum.
Preterea phũs dicit in. 3. de aĩa. ꝙ intellectus qui semper est in
actu non cognoscit priuationem. Sed intellectus diuinus est sem
per in actu. g° ⁊c. Preterea omne qđ cognoscit cognoscit ꝑ ali
quaz similitudinẽ ipso cognoscente existentẽ. Sed malum nõ ha
bet aliquã similitudinem in deo. g° deus non cognoscit maluz ꝑ
aliquod bonum qđ in eo existat. Contra est qđ Aug. dicit ꝙ
malum cognoscitur sz° ꝙ ab ipso bono discordat. R° dđ ꝙ ꝓ
pria cognitio vniuscuiusqz rei est sz° ꝙ cognoscitur per propriam
rationẽ. In cognoscibilibus aũt quedam sunt que habẽt rationẽ
propriaz absolutã vt homo ⁊ lapis. quoꝝ propria ratio nõ depen
det ex alio. Quedam vero sunt que non habent propriam rõnez
absolutam sed ex alio dependentem. sicut est in relatiuis ⁊ priuati
uis ⁊ in negatiuis quoꝝ rõ dependet ex ordine quem habent ad
alia. Nam ratio cecitatis non est absoluta sed dependens inquã
tum habet ordinem ad visum cuius est priuatiua. Cum g° deus
omnia cognoscat secundum proprias rationes. dico ꝙ illa quoꝝ
ratio est absoluta cognoscit absolute et non per aliqđ aliud. Illa

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

vero quorum ratio est dependens ⁊ in ordine ad alia cognoscit se
cundum ordinem ad illa ex quibus dependent. Cum ergo ratio
mali non sit absoluta sed dependens inquantum scꝫ discordat a
bono creato cognoscit malum secundum ordinem ad bonum sꝫ
ꝙ scꝫ discordat ab ipso bono. Ad primum g° dd ꝙ in illis q̄
habent rationem absolutam est ad defectum cognitionis cognos-
cere vnum per aliud. sed non in illis quorꝫ ratio est ad aliud vt
dictum est. Ad secundum dicendum ꝙ cognitio discursiua est
cognoscere vnum cognitum per aliud cognitum absolute. Sꝫ cog
noscere vnum incognitum per aliud cognitum ad quod ordinat
non est discurrere cognoscendo et hoc modo cognoscitur malum.

Ad tertium dicendum ꝙ licet malum non sit oppositum diui
ne essentie. tamen est oppositum effectui diuine essentie. nam bo
num increatum non habet maluꝫ oppositum sed bonis effectib⁹
qui causantur a bono increato opponitur malum. et inquantum
discordat ab his effectibus cognoscitur. Ad quartum dicēduꝫ
ꝙ illud habet locum in illo intellectu qui cognoscit res per ade-
quationem ⁊ species suas. ⁊ iste modus cognoscendi non est ī deo
qui cognoscit omnia per essentiam suam. Ad quintum dicen
dum ꝙ licet maluꝫ non habeat aliquaꝫ similitudinē in deo tamē
oppositum mali scꝫ bonum creatum hꝫ similitudinem in deo sicut
in causa sua. et ita bonum cognoscitur per se ipsum. malum vero
per bonum.

Articulus tertius

Jrca predestinationem querebatur vtrum predestinatio im
ponat necessitatem. Et ostendebatur ꝙ sic. Constat enim ꝙ
predestinatus omnino saluatur. Sed hoc non est nisi necessarium
esset predestinatum saluari. videtur ergo ꝙ predestinatio necessita
tem imponat. Preterea ad Ro. 9. dicit Aplus. Non est volen-
tis neqꝫ currentis sed miserentis dei. ergo videtur ꝙ quicquid est
de salute sit ex sola predestinatione diuina ⁊ ex nullo alio. ⁊ sic vi-
detur necessitatem imponere. Contra. Aug. dicit. Qui creauit
te sine te non iustificabit te sine te. R.° dicendum ꝙ predesti
natio certitudinem habet ⁊ tamen necessitatem non imponit. In
predestinatione enim tria sunt consideranda. quorum duo presup
ponit ipsa predestinatio scilicet prescientiaꝫ dei ⁊ dilectioneꝫ id est
voluntatem qua vult predestinatum saluare. ⁊ tertium est ipsa pre
destinatio que nihil aliud est q̄ directio in finem quem vult deus

rei dilecte. Quodlibet autem horum trium certitudinem habet et
tamen necessitateꝫ non imponit. Et ꝙ prescientia diuiuina certitu
dinem habeat patet. Deus enim cognoscit res nobiliori modo q̄
nos cognoscamus. Nam cognitio nostra est in tempore. ⁊ ideo in
tuitus noster respicit res secundum rationem temporis scꝫ presen
tis preteriti ⁊ futuri. vt scilicet cognoscat preterita vt preterita. pre
sentia vt presentia. futura vt futura ⁊ certitudinaliter. Cognitio
vero diuina est supra tempus ⁊ mensuratur eternitate solum. ⁊ iō
non cognoscit prout sunt in tempore sed prout sunt in eternitate
scilicet prout sunt presentia. et hoc tam necessaria q̄ contingentia.
vnde omnia cognoscit tanq̄ presentia in sua presentialitate. Cuꝫ
ergo etiam intellectus noster certitudinaliter cognoscat presentia
multo magis deus omnia sibi presentia certitudinaliter cognos-
cit ex quo nulla necessitas rebus cognitis inducitur. sicut videm⁹
ꝙ aliquis existens in loco eminenti videt certitudinaliter ordineꝫ
venientium aliquorum euntiuꝫ per vias. ⁊ alius in plano existēs
videt uisi que sunt sibi presentia. ⁊ tamen hominibus istis ex hoc
nulla necessitas imponitur. Nam hoc non est nisi per hoc ꝙ in al
to existens intuetur omnia vt presentia que eunti in plano sunt p̄
terita scilicet illa que retro sunt. Presentia illa scilicet que sunt iux
ta se et futura illa scilicet que anteriora sunt. Qꝛ autem voluntas
diuina cetitudinem habeat et tamen necessitatem non imponat
sic patet. Voluntas enim dei est efficax ⁊ perfecta causa omnium
rerum quia omnia quecunqꝫ voluit dominus fecit. Cuius per-
fectio et efficacia apparet ex hoc ꝙ non solum mouet ⁊ causat res
sed etiam dat eis talem modum causandi inquantum cuilibet rei
determinatum modum contulit quo suos effectus produceret.
Unde quia ipse voluit quedam esse in vniuerso necessaria ⁊ que
dam contingentia constituit quasdam causas quibus contulit vt
contingenter causarent et quasdam quibus contulit vt necessario
causarent effectus. Unde voluit istum vel illum effectum non so
lum esse sed etiam tali modo esse scilicet vel contingenter vel ne-
cessario. sicut ꝙ voluit Petrum non solum currere sed etiam con-
tingenter currere. et similiter voluit istum vel illum hominem sal
uare sed eo modo vt arbitrii libertatem non perderet. ⁊ sic videli-
cet ꝙ Petrus vel Martinus saluetur habet duas causas. Unam
scilicet voluntatem diuinam et hec habet certitudinem. Aliam
liberum arbitrium et hec habet contingentiam. Et sic est in aliis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

rebus quia si sint contingentia prouenit eis ex causa prorima. Qz vo sint certa z necessaria prouenit eis ex causa prima. Uñ prima causa rez. s. diuina voluntas etiam de ꝯtingentibus certitudinez bz. ex qua quidē certitudine non ponitur ipis rebus aliqua necessitas. qz non soluz vult ea esse sed tali modo esse. s. necessario vel ꝯtingenter vt dictum ē. Qz vo predestinatio certitudinem habeat z necessitatez non imponat similiter patet. Motus. n. vel directio vel propositum dingendi in finem qđ est ipsa predestinatio ē sz ꝯstitutionē z ordinē cāz a deo ꝯstitutaz. Constat aūt ꝙ qñ sunt due cause ordinate quaz vna ē necessaria z alia contingēs effect⁹ semper ē ꝯtingens. In p̄destinatōne aūt sunt due cause quaz vna est necessaria. s. ipse deus. z alia ē ꝯtingens. s. ipm libez ar. z ideo oz effectum p̄destinationis ꝯtingentē esse. Uñ qz deus scit et vult istum vel illum ꝯsequi talē finē p̄destinatio certitudinē bz. qz vo deus vult vt sz⁹ libertatē arbitrii in talē finē dirigatur. ideo hmōi certitudo nullaz p̄destinato necessitatē imponit. Ad primū g⁹ dicendum ꝙ hic p̄destinatus oio saluatur est ex certitudine diuine p̄destinationis. nō tñ est ibi necessitas absoluta sz ꝯditionalis. qz si talis est p̄destinatus necessario saluatur non aūt est necessariuz simpliciter. Ad z⁹ dō ꝙ vbuz apli nō ē sic intelligendū quin sit necessarium velle z currere ex parte nostra. sed qz prin⁹ primuz bene operādi ñ ē a nobis sz ex misericordia diuina infundēte graciaz nihilomin⁹ tñ oz ꝙ ex parte nostra sit aliquod principium.

Articulus quartus

Circa angelos q̄situm fuit de motu angeli. s. vtz motus eius sit in instanti. Uidetur ꝙ sic. Constat. n. ꝙ mutatio angeli simplicior est oī mutatione corporali. Sz inuenitur aliqua mutatio corporalis in instanti sicut illuminatio z hmōi. g⁹ multo magis motus angeli ē in instanti. Preterea nobilissime creature ꝯpetit nobilissimus motus. nobilissimus aūt motus ē ille qui fit in instanti. g⁹ ꝯpetit nobilissime creature. s. angelo. Contra. Omnis motus bz prius z posterius. Prius aūt z posterius in motu ē numerus tēporis. g⁹ in oī motu ē tēpus g⁹ nullus motus etiaz angeli est in instanti. R⁹ dō ꝙ oīs mutatio bz duos terminos quos non ꝯtingit simul esse. vñ impossibile ē ꝙ aliquis motus vel mutatio sit in instanti hoc mō ꝙ idem instans ambos terminos cōplectatur. Uñ sciendus ꝙ in rebus corpalib⁹ duo termini motus vel mutationis dupliciter pñt se habere. Uno⁹ ꝙ sit assignare instans in quo termin⁹ ad quē p⁹ ē. z aliud instans in q⁹ terminus

a quo vltimo est. z sic cuz inter quelibet duo instantia sit tempus medium sequitur ꝙ de vno termino mot⁹ in alium fiat transit⁹ p tēpus. z sic talis mutatio est in tēpore z non in instanti. hoc autem ꝯtingit qñ inter duos terminos mot⁹ ē aliqđ mediuz accipere. sicut inter album z nigz z inter esse hic z ibi. Sz aliqui termini mutationis sunt inter quos non est accipere mediuz. Sicut inter albū z non album. inter ignē z nō ignē. inter tenebrosum z luminosuz qz affirmatio z negatio sunt sz⁹ se imediata. z similiter priuatio z forma in subiecto determinato. z in talibus licet sit accipere istās in quo primo ē terminus ad quē nō tñ ē accipere instans in quo vltimo ē terminus a quo. Cuz. n. inter quelibet duo instantia sit tēpus medium sequeretur ꝙ in illo tēpore medio in neutro extremoz esset. qđ ē impossibile cuz sint extrema oīo imediata. Oportet ergo dicere ꝙ cuz illud instans in quo primo est terminus ad quē sit terminus alicui⁹ tēporis ꝙ in toto tēpore p̄cedēti duret terminus a quo. z sic cū inter tēpus z instans qđ ē terminus tēporis nō sit tēpus medium. nō sit transitus de vna extremitate in aliaz in tēpore sed in instanti primo desinit esse terminus a quo z incipit esse termin⁹ ad quez. z hmōi mutationes dicuntur esse instātanee sicut illuminatio generatio z corruptio. Sed oz ꝙ iste mutationes sint termini motuū ꝯtinuoz z i tpe existētiuz qz tpus in q⁹ ē vltimo termin⁹ a q⁹ mēsurat aliquē motū sz⁹ ꝙ subiectū accedit ad terminū ad quē. sicut p alteratōez materia disponit ad formā z p motū localē corp⁹ luminosuz accedit ad sitū in q⁹ illuminat. z sz⁹ b⁹ oz ꝙ generatio z corruptio sunt termini alteratōis z illuminatio mot⁹ local. Sic g⁹ due sūt mutatōes corpaliū. sz neutra baz pōt esse i motu āgeli. Cū. n. mot⁹ āgeli attēdat sz⁹ diuersos ꝯtact⁹ virtuales āgeli ad diuersa loca qui ꝙdez ꝯtact⁹ ñ sūt ꝯtinui sequitur ꝙ mot⁹ āgeli ñ sit ꝯtinu⁹. z ita tps qđ ꝑprie mēsurat motū āgeli ñ ē ꝯtinuū cū ꝯtinuitas tpis sit ex ꝯtinuitate mot⁹ vt oz in. 4. phi. Nō. n. pōt dici ꝙ mot⁹ āgeli mēsuretur tpe ꝯtinuo qđ ē numerus mot⁹ celi. qz mot⁹ āgeli ñ dependet ex motu celi. z sic sequit⁹ ꝙ motus āgeli mēsuret quodā tpe in q⁹ sunt in instantia sibi succedētia sine ꝯtinuatōe qz tps ex hoc ꝙ ē numer⁹ ñ ē ꝯtinuū. sz ex h⁹ ꝙ ē numer⁹ mot⁹ ꝯtinui. Sic g⁹ i motu āgeli duo extrema mot⁹ ñ sūt in duob⁹ instātib⁹ inter q̄ sit tps mediū neqz itez vnū extremoz ē in tpe z aliud in instāti qđ terminat tps. sz duo extrema sūt i duo b⁹ instātib⁹ inter q̄ ñ ē tps mediū. z sic oz dicere ꝙ mot⁹ āgeli sit in tpe sz alio mō ꝙ motus corpalis sunt i tpe. Ad p⁹ g⁹ dō ꝙ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

mutatio angeli secundus predicta ostenditur esse simplicior q̄ ali qua mutatio corporalis. Est.n. simplicior illa q̄ illa mutatio cui⁹ duo extrema sunt in duobus instātibus inter que cadit tēpus medius. tñ inter duo instantia motus angeli nō cadit tēpus medius Sicut etiaꝫ simplicior ē q̄ illa cui vnum extremus ē in toto tpe ꝓtinuo cū vnū extremū sit in instanti indiuisibili z tñ nō intercidit tēpus medium sicut nec ibi. z quia est simplicior ideo etiam sequitur q̄ sit nobilior. Unde patet solutio ad secundum.

Deinde quesitum ē de boue. Et circa hoc q̄situꝫ ē de partibus nature humane. de sacris gracie. z de ꝓuersatiōe hūane vite Circa p⁹ q̄rebant duo. Primo de aīa. Secundo de corpore.

Articulus quintus

E aīa aūt q̄situꝫ ē vtrū sint eiusdē substātie aīa sensitiua z intellectiua. Et oīdebat q̄ nō. Nā aīa sensitiua educit de potentia materie. intellectiua ꝯo ē p̄ creationē. nō ē g⁹. eadē substantia vtriusq;. Preterea in nulla subā q̄ sit vna z eadē ē eodē tpe motus ad opposita. Sꝫ sensus z ratio eodem tpe mouētur ad opposita. sicut dicit aplʒ ad Ro. 7. Video aliā legē in mēbris meis repugnantē mē. g⁹. sensitiua z rōnalis nō sunt vn⁹ subē. Preterea corruptibile z incorruptibile nō sunt eiusdē generis. g⁹. nec idē numero. Sꝫ aīa sensitiua ē corruptibil'. intellectiua ꝯo incorruptibil' g⁹. sensitiua z intellectiua nō sūt eedē numero z sic nec eiusdē subē Preterea aīa sensitiua ē cōis nobis z brutis. Sꝫ in brutis educit de potentia materie g⁹. z in nobis. non ē g⁹. eadē cum intellectiua que est p̄ creationē. Contra. Unius perfectibilis vna est pfectio. Sꝫ corp⁹ hūanum ē vnum pfectibile. g⁹. aīa q̄ ē ei⁹ pfectio est vna. R⁹. dō q̄ arca ordinē formaꝝ ē duplex opinio. Una ē Anicebron. z quorūdaꝫ sequaciuꝫ eius qui dicunt q̄ sꝫ⁹ ordines generꝫ z speciēꝫ sunt diuerse forme subāles sibi inuicē aduenientes sicut est subā est corpus ē aīatum z ē aīal. Dicunt g⁹. q̄ quedā forma subālis est p̄ quā est subā tantū. z postea ē quedā alia p̄ quā est corpus. deinde ē z alia per quā est aīatū z alia per quā est aīal z alia per quā est bō. z sic dicunt de aliis formis subālibus rerus. Sed hec positio stare non potest. q; cum forma subālis sit q̄ facit hoc aliquid. z dat esse subāle rei tunc sola prima forma esset subālis cum ipsa sola daret esse subāle rei z faceret hoc aliquid. omnes autem post primam essent accidentaliter aduenientes nec darent esse rei simpliciter sed esse tale. z sic in amissione vl' acquisitione ipsarum non esset generatio z corruptio sꝫ tantum alteratio. vnō pꝫ

